UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

Durantis, Guilelmus

Avgvstae Tavrinorvm, 1578

urn:nbn:de:hbz:466:1-96846

Visual Library



0
IX 15
Th. 992a.

0 IX
26

SPECVLVM IVRIS

GVLIELMI DVRANDI,

Cui præter solitas Ioan. Andreæ, Baldi, & aliorum additiones, accessere Alexandri de Neuo, ad vnumquenque titulum lucubrationes.

Aureum Repertorium in totum Ius Canonicum, item Ioan. de Deo Cauillationes, ac Alberti Galeoti Margaritam, ad finem quarti libri subiunximus.

Cum Indice rerum & verborum locupletissimo.

PARS PRIMA.

Paderbornae
Collegii S. J.



AVGVSTAE TAVRINORVM:
Apud Hæredes Nicolai Beuilaqua. M. D. LXXVIII.

VITA G. DVRANDI, EX PERIOCHIS Vitarum Iurisconsultorum Neopalæorum Exscripta :

HENRICI de Segusia, Cardinalis HOSTIENSIS auditor & discipulus fuit GVLIELMVS DVRANDVS, qui eximium opus, quod SPECVLVM inscripsit, anno M. CC. LXXI. edidit, ex eo magnam sanè gloriam apud posteritatem consecutus. Multa tamen veterum scriptorum ipse sibi sumpsit, & in hoc Opus ad verbum descripsit, quæ postea IOAN. ANDREAS in Additionibus suis passim notauit atque prodidit. Præterea frequentissimum hoc illi est, opinionibus aliorum hinc inde vtramque in partem recitatis, subijcere, quæstionemque in suspenso relinquere. quæ quidem res dubium lectoris animum magis etiam implicatum reddit. Nihilominus tamen vtilis scriptor est, deque Iuris prudentia bene meritus. Excessit ex uita non multo pòst, quàm Speculum absoluisset, iuuenis adhuc, & annum xxx. non ita multum egressus.

DE EODEM.

EX BIBLIOTHECA Vulgari Decretum.

GVLIELMVS DVRANDI, episcopus Minacensis, siue Mimatensis, Henrici HOSTIENSIS quondam auditor atque discipulus, quem SPECVLATOREM nominant, doctor in Iure peritissimus, & Ecclesiasticæ obseruationis valde studiosus, scripsit ad Ottobonum Cardinalem S. Hadriani, postea summum Pontificem Hadrianum V. egregium opus, in tribus voluminibus partitum, quod prænotauit

Speculum iuris,	*lib. IIII.*	*Item*
Rationale diuinorum,	*lib. VIII.*	
Repertorium Iuris,	*lib. I. & quædam alia.*	

ITEM

DE EODEM EX COMMENTARIO Verborum Iuris.

SPECVLATOR Iurisconsultus, nomen habuit GVLIELMI DVRANDI: sed cum anno M. CC. LXXI. volumen illud de Iure scripsisset, quod Speculum Iuris inscripsit, SPECVLATOR vocitatus est. Vita functus traditur florente adhuc ætate, cum vix annum trigesimum excessisset.

DE ALEXANDRO DE NEVO Quædam, Ex Eius Consilijs Collecta.

ALEXANDER DE NEVO ciuis fuit Vincentinus, qui in iuris scientia magnam est adeo gloriam adeptus, vt Paduæ, tunc temporis cum eò loci iurisprudentiæ vigerent studia, doctoratus laurea fuerit insignitus, ibique per aliquot annos iura canonica ordinariè legerit. Floruit sub annum à Christo nato quadringentesimum septuagesimum, supra millesimum, cum & ibidem publicè ius ciuile docerent D. Bartholomæus Cœpolla, Ioannes Baptista de Rosellis, & Angelus de Castro, Pauli filius.

Rubricę huius voluminis.

Accusato.	84	Iurisdictione omnium iudicum.	57
Accusatore.	80	Legato.	13
Actore.	70	Oeconomo.	101
Actore ab uniuersitate, seu à tutore, &c.	101	Officio omnium iudicum.	60
Aduocato.	109	Officio ordinarij.	41
Arbitro, & arbitratore.	43	Orphanotropho.	162
Assessore.	42	Personis quæ nec agunt, nec defendunt.	109
Auditore.	42	Procuratore.	85
Coniuncta persona.	97	Recusatione.	66
Curatore.	107	Reo.	78
Detensore.	98	Salarijs.	146
Dispensatione.	25	Syndico.	98
Excusatore.	98	Tabellione.	145

GVLIELMI DVRANDI,
VTRIVSQVE CENSVRAE
omnium calculo haud dubie principis, & omnium practicorum oculatissimi, excellentissimique Ducis,
Speculi pars prima.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia est thronus Dei.*
2 *Sacramenta ecclesiastica continent in se miracula.*
3 *Mandata quæ dicantur.*
4 *Suasionum transgressio penam non mæretur.*
5 *Comminationis exemplum Euangelicum arboris infructuosæ excidendæ & comburendæ.*
6 *Ecclesia Dei est paradisus voluptatis.*
7 *Scientiæ plenitudo intelligitur per Cherubim.*
8 *Doctorum lingua dicitur Gladius flammeus.*
9 *Veritas fidei per quam peruenitur ad vitam, custodienda est per Cherubim, id est, Doctores.*
10 *Alæ sex Cherubim, sex ætates, siue sex leges Mundi significant.*
Lex naturæ corrupta est in homine per peccatum.
11 *Lex Prophetica contrariatur legi Mosaicæ, quo ad vsuram.*
Euangelium dat salutem omni credenti.
12 *Indulget Dominus, vbi vetat Apostolus.*
13 *Canon duas tantum leges admittit, quas vocat Publicam & Priuatam.*
14 *Nomina doctorum, qui super Canonicæ legis expositione laborarunt, & præ cæteris clarioribus sapientiæ præconijs coruscarunt.*
15 *Antiquitas est reuerenda.*
16 *Stellæ lucidissimæ duæ permansuræ in æternitates perpetuas, quæ sint.*
17 *Filius deuotus imitari debet quæ bonus pater facit.*
18 *Finis non datur in faciendo libros.*
19 *Scientia Scripturarum illi est demonstranda, qui sibi demonstratam seruare non negligit.*
20 *Iura dicuntur per ora Principum diuinitus promulgata.*
21 *Gratia non omnibus æqualiter diuiditur sicut aquæ fontis ab omnib. æqualiter non sumuntur, sic de doctrina, scientia, prudentia, gloria, &c.*
22 *Diuisiones gratiarum.*
23 *Scientia placitandi est per quam necessaria.*
24 *Iudiciorum ordo & placitandi vsus, exordium dicitur habere in paradiso.*
25 *Tollendo, hæc nomina Meum & Tuum, inter homines esset vita quieta, & homines sui essent, si sua non essent.*
26 *Ordo iudiciarius à lege veteri videtur comprobari per auctoritatem Moysi dicentis, In ore duorum vel trium testium, &c.*
27 *Speculi materialis cum hoc speculo comparatio.*
28 *Libri huius vtilitas & commendatio.*
29 *Veritatem diligenter examinantes non citò in culpam decidunt, tanquam vero amploque lumine circundati, tenebras non percipientes.*
30 *Lectio huius Operis ad instar quatuor fluminum Paradisi, quatuor Euangelistarum testimonio confirmatur.*
31 *Iura humana variantur secundum varietatem temporum.*
32 *Præcepta Canonica pro necessitate vel vtilitate mutantur & laxantur.*
33 *Erubescere non debet antiquitas, si quid melius horum, quæ ipsa tradidit, nouitas adinuenit.*
34 *Obliuisci bonorã operũ & ministerij propter Deum exhibiti, non est iustũ.*
35 *Doctor deiectari potest in commendatione suæ doctrinæ, non auiditate laudis consequendæ, sed seminandæ veritatis charitate.*

REVERENDO IN CHRISTO PATRI suo Domino Ottobono, Dei gratia sancti Adriani Diacono Cardinali, Gulielmus Durandus domini Papæ subdiaconus & capellanus, inter Decretorum Professores minimus, cum recõmendatione sui, vtriusque hominis sospitatem, & cum debita correctione perspicaciter speculari, ac salubriter attendere præsens Opus[a]



DE throno Dei procedunt fulgura, & voces atq; tonitrua, & in circuitu eius die ac nocte clamant animalia senas alas habẽtia. Hæc leguntur in Apocalypsi [b] Et 93. dist. c legimus. circa mediũ, ibi: filius tonitrui, &c de pœniten. dist. 2. pennata ex, de elec. c. scriptũ est, in principio. † Sanè thronus Dei ecclia est, à qua pcedunt fulgura miraculorũ, voces mandatorũ, suasionum atq; tonitrua comminationũ. † Si quidem miracula sunt in ecclesiasticis sacramẽtis & aliis signis, vt de consec. dist. 2. relata. extra. de cel. miss. cum Matthæ. & §. quæsiuisti. 1. q. 1. tenea-mus. † Mandata sunt, vt, Non occides. 23. q. 5. c. 1. & c. fin. non li-cebit. 32. q. 5. non mœchaberis. & q. 6. c. fi. & q. 4. c. fi. † Suasiones sunt, quarum transgressio penam nõ me-retur. dist. c. fi. † Comminationes sunt, vt Omnis arbor quæ fructũ non facit, excidetur, & in ignem mittetur.[d] extra, de decim. quamuis. Has quidem voces atque tonitrua tam in die prosperitatis, quam in nocte aduersitatis indefesse clamant, siue pronuntiant animalia, i. doctores ecclesiæ, vt 43. dist. sit rector. 7. q. 1. c. aduersitas. §. hoc etiam tunc obseruandum & §. seq. extra, de renunc. cum pridem. §. propter malitiam. quos diuina prouidentia columnas immobiles in suę fulcimentum ecclesiæ stabiliuit: vt extra, de acc. qualiter. 2. §. 1. ver. & ideo sancti. 2. q. 7. accusatio. 50. dist. fidelior. in fin. 19. dist. ita Dominus Deus. Ad q̃ desig̃andum in Gen. 3. in fi. legitur, q̃ cum Dominus Deus eiecisset Adam de paradiso propter suum peccatũ: vt 40. dist. Adam. de pœ. dist. 1. Adam. collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & gladiũ flãmeum

ADDITIONES. atque

a Præsens Opus. ¶ Ego Ioan. And. huius Speculi speculationem assumens, illum speculor, qui est speculum sine macula, & candor lucis æternæ. Sap. 7. ipsumq; suppliciter inuoco, vt iuxta verbum Hieronymi contra Susannã, in fi. mihi de suo fonte det gratiam, per quam in ipso, qui est veritas, Io. 14. hic sciam, & possim veritatem scripturarum huiusmodi Speculi speculari, q̃ in illis stylo vel calamo à veritatis semita non diuertam: & sic effici merear suæ magnitudinis speculator. 2. pètitione. 1. Licet autẽ hoc loco interposito videatur incongrua: quia tamen statim inchoabo concepta, hic illa iuste cogor exprimere, quæ nec prætermittere volui, ob reuerentiam enim autoris sui Operis principium cum suo tit. finemque præseruare disposui. Speculum igitur hoc, cuius commendationem & meditatam imitationem auctoris dicendam referuo, ĩ. de of. iud. §. vlt. in prin. quoad decem reformare disposui: quorum aliqua post factum reputabuntur fuisse facilia, cuius cõtrarium suspicor experiri. Primò enim quotas omnes Bibliorum, & morales mihi notas, quas auctor omisit, dare curabo. Secũdò cum ponit dicta doctorum, saltẽ qui scripsere volumina, & omittit vbi scripserint, id sæpe supplebo. Tertiò illa, quæ scripsit, authore & loco suppressis, sæpe vnde sumpserit, enarrabo. Quartò, quæ post primam publicationẽ Operis addidit, declarabo. Quintò multa, quæ scriptorum vitio, vel auctoris inaduertẽtia sunt corrupta, cum certo signo curiosius emendabo. Sextò, licet quę allegat pro & contra, non soluam quia id esset duplicare volumen: contraria tamẽ, quę simpliciter signat, & non soluit respondendo vel remittendo, soluere laborabo. Septimò, in materiis, saltem quas plenius auctore tractaui, uel cum in illis ab ipso discordo, ad nouellã remissiones dabo. Octauò in aliis, si eius opinio non placebit, id exprimam, dicens quare: & si placuerit opinio, vel dictum, illa quandoque textus, ratione, vel opinione iuuabo. Nonò, addam sæpe quæstiones affines materiis, quas si breuitatis causa nõ prosequar, vbi haberi poterunt, intimabo. Decimò, ea, quæ iura noua corrigunt vel decidunt, in suis materiis explicabo: & quæ in Sexto sunt inserta, sub illo signabo: & de allegatis extrauagãtibus, si reuocatæ, mutatæ, vel abbreuiatæ sunt, certificabo. Et hoc tripartitum, & in ordine vltimũ, festinantius prosequar: quia fuit inter mea motiua præcipuũ, expertus Canonistas non prouectos, merosque Legistas in his errare sæpissimè & fortius Notarios, quibus etiã huius libri studium congruit, vt ipse author asserit ĩ. ver. igitur speculum. in prin. & c. hoc autem. & in rubrica de notario. Nam secundum Senecam epistola 108. non est mirandum, ex eadem materia quemq; suis studiis apta colligere. cum in eodẽ prato quærat bos herbam, canis leporem, ciconiaq; lacertam. Concludo q̃ offerre non audeo, q̃ concepi, scilicet me in prędictis fore breuiloquum: quia testante Hieronymo ad Athletam, Rota currens sæpe format amphoram, qui vrceum formare conceperat. Cerno etiam supra scripta prolixiora fore, quam credidi: quæ bis decem lineis putabã includere. Summè tamen placet, & inter huius fabricæ motiua fuit hoc potissimum, q̃ in nouella breues remissiones huc addendo possim additiones in illa vitare prolixas. Sileant igitur, precor, reprehensores huius Operis nõdum visi, cum aduertent quædam hic scripta, ibi addi non potuisse sine deformitate voluminum: licet id agendo multorum scripta defenderent, inter quos noster auctor, vt supra dixi, versi. 4. & Hosti. qui quãdoque additiones integræ chartæ fecit. vt in Decr. à nobis, de decimis. totum scilicet q̃ ibi scripsi super fi. secundæ gl. Est autem sciendum, q̃ iste dominus Ottobonus, cui Auctor hoc Opus direxit, fuit nepos domini Inno. 1111. vt ĩ. versi. nouissime. per quem cardinalatum adeptus fuit, & demum quinque Romanis põtificibus intermediis, scilicet quartis, Alexãdro, Vrbano, & Clemente, Gregor. 10. & Inno. 5. electus fuit in papam, & assumpsit nomen Adriani, q̃ cardinalis in cognomen habuerat, sed vixit solum trib. dieb. & sic spes digna & quasi certa huius auctoris ad cardinalatum fuit cum ipso Papa sepulta. De ipso vero auctore, quia bene fecerit nomen suum inscribẽdo, vide in nouella Sexti, in vltima quæstione: & præcipuè in vlti. col. versi. 7.

b Apocalypsi. ¶ Quarto capitulo, non tamen ad literam, sed per saltũ. Scias, q̃ hanc auctoritatem & partẽ profectionis ipsius habere potuit auctor ex Ioanne Fauentino, qui in sua lectura Decreti, quę illo tempore Summę nomen arripuit, & hucusque seruauit, in operis principio hanc auctoritatem assumpsit, quam tamen ipso plenius auctor iste prosequitur. Ioan. And.

c Non occides. ¶ Exod. 20.

d In ignem mittetur. ¶ Matth. 7.

6 atque versatilem ad custodiendum viam ligni vitæ.† Nempe pa-
radisus voluptatis, ecclesia Dei est: de qua in Gen. 2. Plantauit au-
7 tem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio.† Cheru-
bim vero, qui interpretatur Scientiæ plenitudo, vt de pe. dist. in. 2.
8 principium prope fi.† Ordo doctorum est, quorum lingua flam-
meus gladius dicitur, quia flamma charitatis ignita, iuxta illud
Prophetæ: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos igne
vrentem: vt Psal. 103. atque versatilis: quia prompta ad omnia &
parata. Nam omni poscenti de fide debent reddere rationem: vt
37. dist. c. qui ecclesiasticis §. hinc Petrus, ver. parati. extra, de sacra
9 vnct c. j. §. quia vero. ver in vertice.† Hi ergo Cherubim ad custo-
diendam viam ligni vitæ, i. veritatem fidei orthodoxæ, per quam
peruenitur ad vitã: vt in præl. §. quia vero. & 24. q. j. vbi sana fue-
runt in ecclesia collocati: vt fides catholica circũcincta tali muro
in expugnabili bellatorum, posset resistere ascendentibus ex ad-
uerso: vt extra, ne cler. vel mo. super specula. §. fi. 43. dist. sit rector.
10 in prin. 7. q. 1. aduersitas. §. cum vero. 1. q. 3. saluator. in prin.† Quę
siquidem animalia senas habent alas. Per sex alas, sex leges intelli-
ge. Prima est lex Naturalis, secunda Mosaica, tertia Prophetica,
quarta Euangelica, quinta Apostolica, sexta Canonica: vt 25. q.
1. omne quod. Primam Deus concessit homini in prima eius
a creatione: vt 5. distin. in prin. iuxta illud: [a] Fecit Deus hominem,
& inspirauit in eum spiraculum vitæ: legem, s. naturalem. Vnde
b Apostolus: [b] Sunt qui habent legem Dei scriptã in cordibus suis.
Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ le-
gis sunt, faciunt, ipsi sibi sunt lex: vt 19. quæst. 2. duæ. Verum dia-
boli inuidia succrescente post peccatum, confusa est in homine
lex naturæ. quia pondere distortæ malitiæ depressa est rectitudo
iustitiæ, & erroris caligine offuscatum est lumen iustitiæ: de pen.
dist. 2. principes. 16. q. 2. visis. Vt autem ex hac confusione aliquã
tisper infirmitas nostra consurgeret, miserator Deus illam coad-
iuuans: vt 12. quæstione secunda. cum redemptor. viuendi legem,
quã à seculo in hominis corde scripserat, literis per Moysen ex-
pressit, decemque præceptis cõclusit, vt 7. distin. Moyses. de pen.
dist. 1. libenter. extra, de sum. tri. cap. 1. §. hæc sancta. quam legẽ
veterem seu Mosaicam nuncupamus: vt extra, de ele. cum in ve-
teri. & extra. de pur. post par. capi. 1. & etiam legis Decalogus ap-
pellatur, vt de pe. distin. 1 tres autem sunt. Huic quoque tanquã.
11 modus, lex accessit Prophetica, vt in §. hæc sancta. Nam† cum
Mosaica vsuras ab alienigenis sineret exigi, vt 14. quæst. 4. cap. ab
c illo. profecto talis permissionis vsum lex dissuadet prophetica, [c]
dicens, eum fore in tabernaculo Dei mansurum, qui pecuniam
suam non dedit ad vsuras, & munera, &c. vt 47. distin. quoniam.
& 14. quæst. 4. si quis obligatus. Sed quoniam. vt ait Apostolus ad
Hebræos 7. Lex neminem ad perfectum adduxit: Euangelium au-
tem salutem dat omni credenti. & arg. 23. quæst. 5. ad fidem. cum
d aduenit plenitudo temporis misit Deus filium suum [d] legislato-
rem, per quem nobis statuit legem vitæ, legem quidem immacu-
latam animas cõuertentem, quam felici vocabulo Euangelicam
appellamus. vt 1. distin. in prin. & in d. ca. libenter. extra, de consti-
12 tutio. Huic vero lex accessit† Apostolica, illam modificans
in quibusdam. Nam quod indulget Dominus de perfectionis cõ-
e silio, vetat Apostolus, dicens: [e] Ego dico, non Dominus, si quis
frater iam nunc, &c. 2. quæst. 1. multi. ad idem. 28. q. 1. iam nunc.
& vbi Dominus non præcipit in spiritu Dei, Apostolus fideliter
consuluit, vt ibi: De virginibus præceptum non habeo. consilium
autem do, bonum est si sic permanet. int. 28. quæst. 1. sic enim ne-
que. in 1. col. Denique ecclesia Deo auctore crescente, gradibus-
que ac ordinibus ritè in ea dispositis, cum ad eos decernẽdos, cle-
ricorumque lites dirimendas lex non sufficeret Euangelica: vt j.
in tractatu libello. de libel. conce. in prin. tam ab Apostolis, quã
eorum vicariis per temporum curricula statuta plura sunt edita:
vt j. versic. sane. quæ generali vocabulo Canones appellantur, vt
15 dist. c. 19. dist. c 1. in prin. 13. distin. cano. 25. quæst. 1. violatores.
licet & multa alia specialia nomina sortiantur. vt 25. quæstio. 2 si
quis dogmata. & 3. distin. regula §. porro. Quibus si quidem sedu
lò consideratis, vix quisquam hesitationis emergere poterit scru
pulus, qui per eos nequeat explicari, vt extra, de priuileg. super
13 specula.† Canon tamen duas leges ponit tantum, videlicet pu-
14 blicam, i. canonicam, & priuatam: vt 19. quæst. 2. duæ.† Porro su-
f per huius canonicæ legis expositione [f] varij iuris professores per
varias temporum successiones diuersimode laborarunt. vt Ruf-
finus, Sylvester, Ioan. Hispa. Ioan. Fauen. Hug. Melen. Petr. Pisa.
Ioan. Galen. Dama. Boemus, Pet. Papien. Alanus Anglicus, Petr.
Apu. Laur. Vinc. Tanc. Ioan. Theu. Ioan. de Fonto. Ia. de Ar[illegible]

ADDITIONES.

a Iuxta illud. ¶ Gen. 2.
b Vnde Apostolus. ¶ Ad Rom. 2.
c Prophetica. ¶ Psal. 14.
d Filium suum. ¶ Ad Galatas. 4. c.
e Dicens. ¶ j. ad Corinth. 7.
f Expositione. ¶ No. ad ea, quæ infra dicam.
g Fauentinus. ¶ Hic fratrem Ray. de Pennaforti, quem toties allegat, non debuit omisisse.
h B. Parm. ¶ Non mireris, si omnes supra scriptos in prœmio Nouellæ nõ descripserim: cum ibi in ver. antiquarũ. solum de his, qui scripserant super quin-
que antiquis compilationibus, vel alterã illarum, facerem mentionem: hic vero loquendo de expositorib. legis Canonicæ, omnia ipsius scripta & vo-
lumina comprehendit: & tamen de antiquis, quos ibi scripsi, prætermittit Bernardum Papi. Credo tamen, quod vbi supra est Pet. Pap. debet esse B.
Item antiquum B. compo. de nouo non conqueror: quia secutus est istum.
Item Richardum Anglicum, & Rodoicum Bertrandum, Guil. Na. quem
tamen allegat j. titu. 1. §. 2. versic. sed nunquid. & §. sequitur. ver. verum. &
§. restat. ver. item mortuo mandatore. & titu 2. §. nunc ostendendum. ver. 9.
& Phi. quem etiam allegat j. de primo decret. §. nunc videamus. in fin. Eõ
uerso mihi noti non sunt Pet. Boemus. & Pet. Apulus, quos hic ponit illos
ergo vel alios, vt Io. Hispa. & Fauen. Hug. & Mel. Item Bazianum, & Gan
dulphum, quos duos auctor etiam omisit, quorum scripta super compil. il-
lis non habentur per modum Summæ, lecturæ, vel apostillarum, congrue
prætermisi. De modo dixi: quia Paulum Vngarum, qui notabilia secundæ
& 3. compil. ordinate collegerat, etiam non expressi. ¶ In his autem insta-
do credens non displicere, quæro quare Ber. Pap. Ioan. Galen. & antiquum
B. compo. ibi præposuit Ruffino, Sylvestro, & aliis, qui fuerũt antiquiores.
Dico id actum quia fuerunt compilatores non solum glossarum, sed textuũ,
vt ibi scripsi super 1. gloss. Ipse ergo B. super Rubricis compil. quam fece-
rat, & cui suum nomen inscripserat, fecit Summam, quæ incipit: Profectus
discipuli gloria magistri. Fecit etiam super illa paucas glossellas Ioan. Ga-
len. de quo auctur j. de act. vel petitione. §. 1. ver. porro. Et per me de electi.
quam sit. super fine glo. Sic patet aliquas gloss. fecit, & ipsius fuit par primæ
glo. Decre super hoc, de renun. B. compo. quia non diu viguit sua compila-
tio, non habemus, quod illam glossauerit: sed legerat duas primas compil.
& apostillas dederat super illis cui certas legendo signabam: vt de app. cap.
2. Et interpositionem faciendo, sciendum, quod dum Decretales legebam,
dabam signa antiquorum quorum fuerant gloss. quod propter breuitatem
raro posui in Nouella. quod enim breuissime fiebat signo, multum occupa-
ret in scripto. Ruffinus, de quo in 9. quæstio. 1. in summa. 3. quæst. 4. in sum-
ma. de pen. distin. 1. quis aliquando. §. illud autem. de bigamis. capit. 2. in 4.
glo. Et Sylvester, cuius fuerunt duæ primæ gloss. Decre. ad nostram. de con-
sue. & Ioan. Hispanus fecerunt lecturas super Decre. in quib. nullam Decre.
alleg. Idem dico de Ioan. Fauen. de quo not. 13. distin. nerui. 27. distin. quod
interrogasti. 4. quæst. in summa. 9. quæst. 1. cap. 2. 16. quæst. 2. & 13. quæstio. 4.
in summ. & de iur. pat cap. 2. de senten. excomm. cum non ab homine. præ-
uenerunt enim compilationes, de quibus supra. Dicuntur tamen primi duo
superuixisse, & certas compilationes legisse: & sic reportatas post eos ali-
quas apostillas. Hugo, certum est, quod vidit primam & secundam compil.
in sua tamen summa rarissime Decretales allegat: & si allegat, vt facit 56.
distin. §. 1. & cap. 1. non tamen allegat sub compil. vel sub rubrica: motus, vt
puto, quia non fuerant papales. Quod illas viderit, patet: quia Decr. in qua
dam. de cele. mis. & Decre. quanto. de diuor. directæ fuerunt ad ipsum tunc
Ferra. episcopum: & de ipso loquitur Decre. coram. de offi. dele. vt ibi dixi:
quæ omnes in tertia compil. postea sunt insertę. Richardi Anglici videtur
fuisse glo. vlt. Decre. ex literis. j. de spon. Rodoicus habuit cognomen Mo-
dici passus: de ipso dixi post Vincen. de sepul. fraternitatem. super 3. gloss.
sibi etiam multæ glo. signantur, inter quas est glo. pen. Decre. 2. de coniu. le-
pro. vbi perpendas, quod horum posteri ipsos allegando, vel ipsorum gl.
signando, & solam literam R. sine vocali ponendo, inter Ruffinum, Richar
dum, & Rodoicũ, nos reliquerunt incertos: qui vocalib. positis, certi fuisse-
mus propter uarietatem ipsarum. De Mellendo no. 18. distin. secundum. 28.
quæst. 1. virginib. & de ser. non ordi. nullus. & de accus. veniens. in 1. glo. De
Pet. Hispano. de appel. pastoralis. in glo. hæc ratio. & 50. distinctio. in sum-
ma. 11 quæst. 3. nemo contemnat. 33. quæstio. 1. si quis accepit. & vide quod
de eo scripsi, de restitutio. spolia. literas. in gloss. ergo ecclesia, &c. Bertrandi
gloss. fuerunt secunda in Decret. non est. de spon. & 1. in Decret. sequen. Da-
masus fecit summam super 1. compil. & librum quæstionum super multis
Decretal. & Brocarda. & hunc allegat gloss. 2. in Decretal. ad hæc. de rescri.
Alan. Laur. Vincen. Ioan. Theu. & Tan. glossas abundanter habemus. Vinc.
autem, qui scripserat super 4. compil. facta in Vincen. in compil. Greg. gloss-
sauit illam. Tancr. autem in antiquis compil. allega, Vincen. & ipse Vincen.
in compil. Greg. allega. Tanc. Bazianum miror per auctorem omissum: de
quo multæ gloss. loquuntur. de cle. ægro. tua. & summæ distin. 2. & quæstionis
7. in cauta secunda distinctionis primæ, de pen. & 1. quæsti. 1. qui studet. 27.
quæstio. 2. desponsaram. 32. quæstio. 7. licite. 33. quæstio. 5. mulier. de conse.
distin. 2. capit. 2. & distin. 3. qui bis. ¶ De Gandulpho idem dico, de quo auc-
tor in versic. porro. de quo supra. & not. de conse. eccles. vel al. cap. vno. lib.
6. in 4. gloss. & 31. distin. quoniam. 1. quæstio. 1. detrahe. 11. quæstio. 3. non li-
cet. 32. quæstio. 1. dixit Dominus. & quæst. 2. honorantur. & quæstio. 7. licitè.
Gul. Nasonis reportationes multas habuimus, & de ipso loquitur glo. De-
cretal. ad hoc quoniam. de app. Iacob. de Al. magister H. glossauit Honoria

d suo
pic[illegible]ece.
quæsp[illegible] contra, c[illegible]que In fi. ¶ Vide

96enu.l.tanta.§ tanta.† Nouissime autem duæ stellæ lucidissimę nostris temporibus mirifice rutilarunt, videlicet sanctissimæ recordationis do.Inno.papa.IIII. vester patruus, pater Iuris.[a] Et reuerendus pater Dominus meus Henricus Dei gratia Hosti. episcopus lumen Iuris, quorũ veneranda memoria fulget, vt splendor firmamenti perpetui, velut stellę in æternitates perpetuas permãsurę:[b] ut extra, de magistris c. super specula. quorum etiam dignitate nihil est altius: vt C. lib. 12. de consul. l. 1. Cum in hoc cuuctos incomparabiliter transcenderint cuiusque magnitudinem maioris excellentia obumbrantes: ut de pœ. dist. 2 principium prope fi. sicut eorum opera indicant euidẽter extra, de sta. mo. quod Dei. in princ. extra, de reg. iur. est ote 86 dist. tanta. Quicquid namque alibi circa iuris theoricam quæritur, in eorum scriptis perfectissime reperitur: 37 dist. legimus.§ hinc etiam versi. fi † Cæterum cum eorum actio mea sit instructio, ut 12. q. 1. exemplum. quia quæ bonus pater facit, debet deuotus filius imitari, ut 56 dist. Dominus noster in fi nec potest filius quicquã à se facere, nisi quod patrem uiderit facientem: ut de consec. dist. ulti. c. fi. in fi ideo animaduertens ego solicite, quod circa iuris practicã, videlicet tam circa libellos aliasque formas iudiciales tradendas, quam circa iudiciorum ordinem, à plurimis sit diuersimode laboratum, videlicet à Pileo, Bagaroto, Tancredo, Roffredo Beneuentano, Vberto de Bobio, Vberto de Bonacurso, Ioanne de Deo. Gratia & Bonaguida Aretino, Ioanne de Blanosto, Aegidio Bononiẽsi, & aliis plurimis: [c] nec adhuc super his doctrina tradita sit ad plenũ, quia nulla lex in Republica sufficienter uidetur ab initio promulgata: ut in Auth col. 6. quib. mod. na. fil. ef. le. in prin. [d] nunquam perfectum in humanis intentionibus reperitur: ut C. de uet. iu. enu. l. 2. § sed quia diuinæ. iuxta illud Psal [e] Imperfectum meum uiderũt oculi tui. ut de consec. dist. 4 si non sanctificatur. Idcirco, reuerende Pater, quem Deus insigne luminare fulgore nempe rutilans mirifico, super suę cãdelabrum ecclesiæ uenustissimè collocauit, 18 cum stris iuris lucerna radians, & auriga iustitię singularis, † & fruendi plures libros nullus sit finis. ut legitur in libro Eccle. c. 12. [f] merito ad uestræ honorem reuerentiæ, ut 96. dist. quædam capitula quæ sunt ad uestri gloriosi odoremen nominis ubiq; diffusum mæuum memoriter rerinendum, ut extra, de re iudica. ad aposto licæ. in supra scriptione, § & extra, de uerb. sign. in his: & C. de testa. l. iubemus uersi. sed ne aliqua. & de consecr. distin. 2 semel. & ſuer. proxi his uacare disposui, ne qua Iurisprudentiæ particula nostro tempore maneat indiscussa: vt C. de uet. iu. enu. l. 1. §. primum nobis. & l. 2. § hoc igitur. Imitatus sapientissimum Ecclesiasten, qui quæ fecerat inuestigans, composuit parabolas multas, quæsiuit pit: Ad honorem summæ Trinitatis, Inchoat autem sicut Vbertus ab Aduocatis, de quibus est totus primus liber: sed & postea fecit libellum, cuius nigrum incipit, Principio nostro, quem libellum Iudicium vocauit, à iudicibus & iudiciis inchoando: illumque in quatuor partes diuisit: multum ẽt in illo fauit Canonistis: quia cum leges allegat, aniscetit librorum partialiũ numerum, & distinguit tria volumina Digestorum, vt sic legem possit facile inuenire rubricarum etiam sæpe, quo ad partiales libros, numerum exprimendo. ¶ Octauus, Gratianus Aretinus quem allegat auctor 3. de proc. §. vt autem. versi. & nota quod fi de iu. cal. versi. nunc dicamus. ver. item dixit. quem quæsitum nondum inueni. ¶ Nonus, Bonaguida etiam Aretinus. Iste Summam fecit introductoriam aduocatorum ecclesiastici fori. & incipit: Cum aduocationis officium. & 1. rub. de diuisione operis. Secunda, de moribus aduocatorum. & ipsam Summam in quinque partes diuisit. Composuit etiam margaritam satis vtilem, sed inordinatam, & quæ in repertorio suo per rubricas Decretalium ordinato multum potuit iuuare Guliel. ipsam autem quæ incipit: Quoniam post inuentionem scientiæ, Gemmam vocari voluit: quam in tres partes diuisit: & à iudicis & iudicibus inchoauit. ¶ Decimus, Io. de Blanosco Burgundus, qui plene prosequendo titulum, de Actionibus, super ipsarum singulis ponit libellos, præmittens post prologum suum & continuationem materiæ, an ante oblationem libelli sit aliquid faciendum. incipit autem post titulum eius opus: Ego Ioan. de Blanosco: nec in reliquis nomen celat. In omni enim libello se ponit auctoré, & nostra iura nõ vexat. ¶ Vndecimus, Aegi. Bono. qui post inuocationẽ Christi incipit: Ego Aegidius, & inchoat à præsentatione rescriptorum, & libellum diuidit in quinque partes. ¶ De aliis autem, quos auctor nõ exprimit, prætermitto Bernardum Dorna, prouincialem, qui scholaris fuit Azonis, & librum de libellorum conceptione composuit: qui incipit: Quoniam nefanda subdolaque hominum. Tractatum autem inchoat quærendo, quid sit libellus, de nostro iure parum allegans. ¶ Secundus sit Guliel. de Droreda Anglicus, qui legens Oxoniæ, satis commendabilem & copiosum libellum composuit de Iudiciorum ordine, quem in sex partes diuisit, & inchoauit ab impetrando. incipit autem. Cum omne artificium. in eo autem satis nostris iuribus vtitur. ¶ Tertius sit Albertus Galeotus Parmensis, cuius vtile opus licet Margarita vocetur: non tamen ab ipso. Illud enim vocauit Summam quæstionum: nec fuit Margarita solum remittẽs, imo principalius & longe amplius decidit causidica, & instruit aduocatos. Incipit autem, Cum ego Albertus, & à procuratoribus inchoat, & incõgruis materiis plenus, quam §. prox. ruminauit nostra iura. Mirandum enim videtur, quod auctor superius omisit eundem: cum credam, q; de toto illius opere decẽ virgulas hic inserere non omisit: & illum licet non semper, sæpe tamen allegat: sed inter practicos ipsum ponere noluit, quem practicum non putauit. ¶ Quartus sit Nepos de Monte Albano, qui familiarius se exhibens nostro iuri opus suum, q; incipit, Cum plures libelli. Fugitiuum libellum voluit appellari, & merito: quia suæ rubricæ communiter formantur per contra. inchoat ergo, Contra rescriptum, prosequitur contra scripturam, contra iudicem, contra arbitrum, & c. & sic forma sua docet reos fugere, vt etiam ipse dixit, in fine. Quintus, fit Odo. qui Summam de libellis formandis super qualibet actione dicitur composuisse, quæ incipit: Postquam opus notariæ in qua primo tractat, quid sit libellus: demum composuit ordinem iudiciarium, qui incipit: Quemadmodum Christi fauente clementia, & tractat primo de editione actionis. ¶ Sextus sit Martinus de Fano, cuius opus incipit: Quoniam plerique principalem causam. qui distinguit 11. tempora causarum. Composuit etiam aliud opus: in quo in singulis actionibus ponit instrumenta breuissima. cuius coniungit breuissimos libellos, q; opus etiam breuib. glo. ornauit. & incipit, Pars hic agens. ego quidem Martinus cõfiteor: & verum est. ¶ Septimus, Guido de Suzaria, cuius opus post inuocationẽ explicitam Trinitatis, incipit: Super causarum ordinatione primo videndum est inchoat autem instruere aduocatum actoris, & nostrorum iurium sibi familiaritas non fuit, licet voluerit esse episcopus, vt scripsi de voto. c. vno. li. 6. super 3. gl. fateor tamen, q; in ipso opere duos Canon. & tres Dec. alleg. Habuimus Boñ. duos Rolandinos, scilicet Rolandinum de Romantiis, & Rolandinum Passagerium: primus fuit Legum doctor, & maximus aduocatus, & composuit libellum de ordine Maleficiorum, cuius principiũ post inuocationem Domini est: Incipit paruus libellus. & tractatũ inchoat ab Accusatione. Secundus, fecit summam notariæ, quam quasi totam inseruit hic auctor: & hi multis additionibus causam dederunt. Habemus quatuor huius rei opera, & auctorum nomina ignoramus, opus scilicet q; incipit: vt nos minores. quæ verba in progressu sæpius repetuntur: & inquantũ ex contextu percipere potui, Gallicus fuit auctor eius, & post tempora Inn. quarti, fuit etiam iuris vtriusque peritus. inchoauit autem distinguẽdo decem tempora causarum. ¶ Habemus etiam opus, q; incipit, Ad summariã notitiam cursus consueti causarum, q; eodem modo decem causarum tempora distinguit: & tam breuissime prosequitur, q; mihi mediam petiam excedit in modico. ¶ Habemus etiam libellum qui vocatur, Contentio actoris & rei, & incipit: Quidam literas impetrarũt, in quo posito quodam themate de citatione & multis causarum articulis de vtroque iure disputant, reus citatus & actor. Item libellum, qui dicitur, Paruus ordinarius, qui incipit, Quia decisio causarum. & tractatum inchoat, quid sit causa, quid iudicium, &c. Verbis autem vtriusque Iuris vtitur, sed nominatim iura aliqua non allegat. Integraliter quarto ista transcurri inquirendo, si in formis vel aliter possem de auctoribus coniecturas habere: qui tamen ita loquuntur, q; nedum ipsorũ nomina, sed nec prouincias tertii & quarti mihi liceat coniectari: quia tamen in personam Greg. papę ponit formas, vtrosque eos tempore Greg. x. scripsisse concipio.

ADDITIONES.

a Pater Iuris. ¶ De cuius promotione & commendatione ſ. dicam super rubri. ne se. vac.

b Permansurę. ¶ Danielis. 12.

c Plurimis. ¶ De his, quos notos habui, ſ. dicam. & ne per tot frusta dicenda diuiderem. reassumo de Pileo qui modicensis fuit, quod Tanc. in princ. sui libelli, de quo statim dicam, dixit, quod Rickardus Anglicus, quem nominat auctor ſ. de aduoc. §. 1. versi. sed nunquid clericus. præuenit Pileum, leges & canones pro vtraque parte sub §. allegando, quod Pileus ciuili ordine paucos inducẽs canones in modum Summæ perfecit: vnde ipse Richardus in Distinctionibus, quas super Decreto composuit, quæ inchoant: Patres nostri omnes sub nube fuerunt, dixit summam ordinis iudiciorum vtilem & necessariam compilasse. Richardi Summam non vidi: Summa vero Pilei intitulata, De ordine iudiciorum, & incipit: Inuocato Christi nomine, rem aggredior difficilimã. & tractatum inchoat. De confectione & correctione libelli. ¶ Secundus Bagarotus libellum composuit. & incipit: Precibus & instantia: & contractum, qui incipit, Ab accusatore, composuit. & secundum. cui Cauillationum nomen imposuit: & incipit, Cum periculosum sit mihi. & de iudicis recusatione præmittit. Scias tamen hoc quasi per omnia idem opus ad literam cum opere Vber. de Bonacur. de quo sequitur, quod aliquis horum fur fuerit. Quis autem fuerit, relinqua nus illi, cuius est furta punire, Alterius igitur nomen quo ad illud opus expressum, pro vtroque sufficiat. ¶ Tertius Tancredi libellus incipit: Assiduis postulationibus, & in quatuor partes diuiditur, & tractatus incipit: A iudice ordinario. Et hoc sciendum, q; Bar. Brixi. hunc libellum solum in antiquarum compilationum allegationibus reformauit, aliqua ponens ad literam, omisso tamen Tancredi proœmio. ¶ Quartus Roffredus Beneuent. in vtroque iure composuit, quæstiones vtiles circa ipsorum materiam prosequẽdo, & opus incipit: Si considerarem ingenium. & à Iudicio, ſ. quid sit, inchoat tractatũ. In iure vero Canonico incipit, Super omnibus actionibus. Allegare autem primos semper intendo, nisi exprimam de secundis. ¶ Quintus, Vbertus de Bobio, cuius opus incipit: Quia pietas paterni nominis & inchoat ab aduocatis: fecit opus ita confusum q; particulariter difficile allegatur, vt in processu patebit. ¶ Sextus Vber. de Bonacur. cuius opus ab eo nomen suscepit de Præludiis causarum & incipit, Cum de mandato imperialis maiestatis. & inchoat ab exceptione contrà iudicem, & vide q; præmisi, vbi de [illegible]to. Sed cum allegabo simpliciter Vbertũ, intelligam de primo. Idẽ que Ioanni de Deo coniungitur. ¶ Septimus, Ioan. de Deo reforma[illegible]s libellum Vber. de Bobio confusum, vt dixi, illum ampliauit, ordi[illegible] in septem libros diuisit, & illi nomen Cauillationum im[illegible]

[illegible]int inser[illegible]

d In prin. ¶ Concor. pulchre Seneca, epistola 65. dicens: Multum adhuc restat operis, multumque restabit, nec vlli nato post mille sęcula præcludetur occasio aliquid adhuc adiiciendi. Et Gale. secundo de Virtutibus naturalibus, dicit, q; impossibile est eundem incipere & finire aliquam artem. Ioan. Andre.

e Illud Psal. ¶ [illegible]rum And[illegible]

f Cap. [illegible] [illegible]n. ſ. I[illegible] And[illegible]

§ Sup[illegible] [illegible]libro. [illegible] [illegible]miter in a[illegible]

[illegible]ars.

quæsiuit uerba utilia, & scripsit sermones rectissimos, ac ueritate plenos: vt in eius lib. ca. 12. habetur, & futuris prospiciens: vt j. de offi. iud. in princ. scriptis tradere, quod Spiritus sancti gratia ministrauit. quodq; experientia præbuit, ac lectio docuit diu turna, de prato doctrinæ illorum flores eriam aliquos colligendo. Nec mirum, cum de eodem fonte gratiæ discipulus biberit & magi-
19 ster. † Nec aliud doctus tradere poterit, quam quod à doctore susceperit: vt 24. quæst. 1. cum beatissimus. Nemo enim debet viam ingredi, quam à doctore non didicit: vt 16. quæst. 1. si clericatus. in fi. & C. de ali pu. præ. l. 2. in fin. imo oportet scientiam ab eo discere scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatē sibi traditam seruat, vt ipse eam, quam recte suscepit, possit asserere: vt 37. dist. relatum. Quod autem ex eodem fonte, vt dixi, discipulus biberit, & magister, patens est, cum omnis scientia sit à Deo. vt 37. dist. hinc etiam. & 1. quæst. 2. quam pio. & omnis lex. vt ff. de lega. & sena. consu. l. 3. imo & ipse Christus est scientia: vt 38.
20 dist. si iusta † Et iura sunt diuinitus per ora principum promulgata, vt 26. quæst. 3. nemo. 25. quæst. 1. violatores. & quæst. 2. igitur. 8. dist. quo iure. 50. distin. si quis diaconus in princ. & c. si ille. in fi. & 80 distin. illud. & C. de præscri. long. temp. l. fin. ibi, ideo enim, &c. Quia Deus imperium ad hoc de cęlo constituit: vt in Auth. de instrumen. cau. & fi. prope prin. §. quia igitur imperium. col. 6.
21 † Vtrum licet vtrumque idem fons imbuat, non ob hoc sequitur, quod æqualiter quisque sumat: hinc est, quod non omnium communis est gratia: vt de pę. dist. 4 cap. sed non in pluribus. post §. eorum vero. neque æqualis gloria, nec omnes ministrant æqualiter, nec æquali scientia, vel prudentia omnes sunt præditi: sed in euangelizando alius alio melius operatur: ideoque dici pōt alius alio doctior, etiā in ipsa salutari doctrina: & hæc leguntur de consec. dist. 4. cum tantum. Et probantur 8. quæst. 1. licet ergo. & 9. dist. quis nesciat. Bono enim melius inuenitur. arg. ff. si cert. pet. l.
a cum quid. [a] quia nec omnes per omnia, sed certi per certa meliores aut deteriores inueniūtur: vt C. de ve. iu. enu. l. 1. §. cunq; hoc. Pluit namque Dominus super vnam ciuitatem. & non super alteram, & eandem ciuitatem ex parte compluit, & ex parte aridam
b derelinquit: vt de pę. distin. 1. pluit. [b] Hinc etiam est quod legitur
22 1. ad Corin. 12. diuisiones gratiarum sunt. & j. † Alii quidem datur per Spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii fides, alii gratia sanitatum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum: vt facit 1. quæst. 1. tenemus. & quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas, quosdam euangelistas, quosdam pastores & doctores: vt extra,
23 de hære cum ex iniuncto. in princ. & c. sicut in vno. † Sane placitandi scientia perquam est necessaria. Nam effrenata cupiditas ex humanę conditionis corruptione proueniens, pacis æmula, materlitium, & materia iurgiorum, tot noua litigia generat, quod plura sunt negotia, quam vocabula, vt extra. in proœmio Decre. & ff. de præscrip. verb. l. naturalis, extra, de constit. nam concupiscentiam. 47. dist. bonorum. in Authen. coll. 1. vt iud. sine quoquo suf. §. cogitatio. versus finem. & natura prona est ad dissentiendū: vt de consecr. distin. 4. sicut in sacramentis. extra, de consec. præben quia. in prin. ff. ad Trebel. quia poterat. 63. dist. si forte, & nonas de properat edere formas C. de ve. iur. enuc l. 2. §. sed quia di
24 uinæ. † Hinc est, quod iudiciorum ordo, & placitandi vsus in paradiso videtur exordium habuisse. Nam Adam de inobedientia à Domino redargutus, quasi actori exceptionem obiiciens, relationem criminis in coniugem, imo in coniugis auctorem conuer
c tit, dicens: [c] Mulier quam mihi sociam dedisti, me decepit, & comedi. de pen dist. 1. serpens. videtur tamen, quod tunc homines iure naturali regebantur, secūdum quod omnia cōmunia erant. 47. distin. sicut. & dist. 1. ius naturale. & 12. q. 1. dilectissimis. Placi-
25 tandi non erat vsus. Nam secundum † Senecam, [d] homines quie
d tissime viuerent, si hæc duo nomina Meum, & Tuum, de medio tollerentur. & alibi dicit: Nostri essemus, si nostra, non essent. Sed dic, quod & tunc aliquid erat proprium. vnde Adæ, vbi supra, dictum est, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. vt 1. dist. in capite. à lege quoque veteri ordo iudiciarius comprobari videtur. ait
26 enim † Moyses: [e] In ore duorum vel trium testium, &c. 2. quæst.
e 4. §. 1. extra de testi. cap. in omni tunc etenim rerum dominia erāt
f distincta. [f] Vnde dictum est, [g] Non concupisces rem proximi tui.
g In nouo etiam Testamento placitandi comprobatur vsus. Vnde
h Apostolus: [h] Secularia igitur iudicia si habueritis, &c. 11. quæst. j. sicut enim. §. ex his. Hinc est quod super litibus dirimendis tam Apostoli, quam eorum successores, varios canones ediderunt: vt 16. dist. cap. 2. 3. & 4. & 15 dist. sancta. ¶ Igitur Speculum iudiciale formabo, in quo quidam iudices, aduocati, tabelliones, partes, testes, cęteręque personæ speculari valeant qualiter in iudiciis ordinariis & extraordinariis, ciuilib. & criminalib. ac in singulis iudiciorum capitulis sua rite officia moderentur. arg. 19. dist. enim-
27 uerò. Debet namque quisque solicite † qui [illegible] incumbat officio, speculari: vt 21. distin. cleros. vers. discor[illegible] contra, c. Quan quam non sit in speculo res, quæ [illegible] admodum materiale speculū cuiuslibet formæ sibi oppositę imaginariam profert similitudinem siue instar: vt arg. de pęn. dist. 2. si enim inquit. circa medium ver. si quis auditor. Sic profecto hoc speculum formas varias in iudiciis, & extra, necessarias recipiet, & distinguet. Quisquis ergo huiusmodi speculo caruerit, priuilegio speculationis carebit: ut 16. quæst. 7. sed hoc diximus. prope prin. iuxta illud 3. Ezech. proph. Speculatorē te dedi domui Israel. tantus enim ac talis est liber iste, ut absque illo si quis iuris peritiā sibi uoluerit arrogare, semetipsum irrideat, sicut alibi ait Hiero.
28 in prologo Paralip. † Quanta autem huius Operis utilitas sit, non est opus uerbis exprimere. Nam linguis tacentibus seipsa rei veritas exhibebit: vt ff. de in integ. resti. l. 1. & plenitudo nulla requirit
i commendationis augmenta: vt 16. quæst. 1. si omnia. in fin. [i] Hoc autem solum audacter assero, quod huius solers inspectio quemuis quantumlibet inexpertum, peritum iudicem, cautum cauſidi cum, & tabulariū efficiet eruditum. Hæc etenim iudicialia plene pro viribus explicabo, & cum omnis iactantia à bonis sit moribus aliena. arg. 21. quæst. 4. omnis iactantia. & 6. quæst. 1. imitare. 11. quæst. 4 si quis vere. vereor si quidem principem imitari, qui se iactat ea melius & plenius omnibus ante se determinasse. in
29 Authen. colum. 3. de trien. & se. §. illud quoque. † Sed & qui rerum veritatem coniiciunt, non facile ad culpandum veniunt, si ueritatem examinent diligenter. vt in Authent. vt defun. seu fu. eo. in princi. col. 6. nempe pro viribus, quod effusum & immensum est, subticebo quod vero optimum & meritum est, subrogabo: vt in Authen col. 5. de eccle. re. immo. alien. in prin. vt nil hic immensum, neque inordinatum sit: vt in Auth. colum. 4. de consulibus. §. cuncta si quidem. in princ. 2. colum. extra, de accus. qualiter. 1. quia penè nihil immensum bonum est. in Auth. vt deter. sit nu. cle. in princ. colum. 1. & arg. 83. dist. legimus. prope fin. 14. quæst. 5. capit 2. & cap. scriptum. & C. de ue. iur. enucle. §. contrarium. ¶ Cæterum non est mei propositi, iuris materias tam copiose ab aliis traditas refricare: nam hoc esset aquam mari superaddere, cū tamen adiectione non indigeat plenitudo, vt in præalleg. cap. si omnia. & 36. distin. bene quidem. in princip nisi id forte quandoque contingat, ut addam, uel ut aliter. dicta perstringam. Ad hoc enim sufficere censeo aureum Repertorium dudū à me labore eximio compilatum. Solum ergo quę ad exercitium seu factum pertinent, hic stylo nouo & vtili enucleabuntur: quæstiones quoque plurimę, quas diuersis tęporibus in causis & scholis ac consiliis examinari vidi in Romana curia, & alibi, inserētur. C. de quæst. diuo. Varię insuper impugnationes singularum personarum in iudicio interuenientiū monstrabuntur. Formæ quoque singulorum iudicialium actuum describentur. Formę etiam instrumentorum tam in iudiciis, quam in contractibus interuenientium, supponentur illis magistrorum dictis postpositis, quæ varia ac vacua magis opinione iactantur, quam auctoritate aliqua roborentur, ut 36. distinctione. c. deinde. uersic. quæro. & 23. quæstio. 6. vides quia quod ratione caret, extirpandum est. ut 68. distin. cor episcopi. nec est ad emendicata suffragia recurrēdum: ut C. libr. 12 de palatinis sacrarum lar. l. scriniis. in principio. & in Authen. de iudi. prope principium uersiculo. illi autem. collat. 6. Quidam enim in tantam ingressi sunt obscuritatem, ut diuinando magis quam interpretando docuerint. ut in Authentica de testa imperfect. prope fi. Alii uero sub quadam iustitiæ specie fucatis quibusdam inquisitis adinuentionibus æquitatē obruere studeant: ut 11. quæstione. 3. ita corporis. Ex his enim quæ leguntur, uerisimilitudines capiunt, sensum alienum quærentes, extrinseco quoquomodo ipsum ex literarum authoritate confirmantes: ut 37. distinctione, relatum. Sunt quoque nonnulli nullo dogmate fulti. ut 16. quæst. 1. sunt nonnulli. in princ. quibus est discretionis immoderata subtilitas: qui dum existimari hebetes nolunt, sæpe se in quibusdam inquisitionibus plus quam expediat, exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. ut hæc leguntur 48. distin. hinc etenim uer. paruo autem. & uer. nasus etenim. & hi in præcipitium suos mergunt auditores, quibus non salutaria, quæ corrigant, sed quæ illos delectant, erronea prædicant: ut 2. quæstio. 7. secuti sunt ad fin.

ADDITIONES.

a l. Cum quid. ¶ Non eget argumento, quia text. est ff. de uerbo. obligat. ubi autem non apparet. in prin. & facit de conseera. dist. 5. non Andr.
b Distin. j. pluit. ¶ Amos 4. cap. Io. And.
c Dicens. ¶ Gen. 3.
d Senecam ¶ In Prouerbiis sub liter a q. Io. And.
e Moyses. ¶ Deuter. 19. Io. And.
f Distincta. ¶ Vide quod no. ff. de iust. & iur. l. ex hoc iure. I
g Dictum est. ¶ Exodi 20. Io. And.
h Apostolus. ¶ j. ad Corinth. 6. Io. And.
i [illegible] quod dicam j. de offi. iudi. §. ulti. in prin.

16 tñ dicunt, legato cardinali, uel alij noto & non suspecto, absque literæ ostensione esse credendum. arg. in prædict. c. nobilissimus. & 2. q. v. quæ de causis extra, de' oc. c. 1. in fin. ext. de off. legat. officij. in fin. & C. de sum. trinitã. liquet. in princ. & prope fin. quod satis sustineri potest in his, quæ ad legatum pertinent ex officio & iure legationis: secus autem quoad alia, quæ speciale mandatũ requirunt: indistincte tamen creditur eis: & raro uidemus de ipsorum peti copiam potestate. Consulo igitur, ut quicunque aliquid a legato recipit, quod ad cum iure legationis non pertineat, siue fuerit dispensatio, uel aliud habeat sub manu publica te
norẽ literæ, qui quam talis ptas ipsi legato est commissa speciali-
g ter. g. arg. ext. q̃ hæret. cũ ex iuncto. §. q̃ si forte. ¶ Vtrum autẽ soli Cardinali aliquid asserenti credatur: dicã j. de teste. §. primo.
17 uer. itẽ q̃ fuit. † ¶ Sed quid si legationis literæ perditæ sunt? Dicunt Vber. & Io. q̃ potest probare omissionẽ per testes: & audietur. C. de test. testium. in fin. non tñ sufficit probare tenorem literæ, nisi probetur illam sine uitio esse: ut extra, de priu. cum olim. 1. in fin. C. de iud. instru. l. fin. C. de edict. diui Adri. tol. l. 1. Ber. uero no contra in prædi. Decr. cum olim. argum. C. de mand. princi. l. unica. extra, de offi. deleg. cum in iure. nbi de hoc: quia nec esset superior, coram quo hęc probatio fieri posset. extra, de elec in fi. alias tamen, ut dicit, si honestus & notus sit, potest, & debet ei credi: ut in prædic c. nobilissimus. De hoc infra, de instru. edi. §. re stat uersic. quid si habet: & j. de sen. §. fin. ver. si autem. Sed nunqd sufficit probare mandatum factum fuisse sine literis? Dicit Ioan. q̃ non: ut in præ. l. unic. C. de man. prin. Delegatus autem bene potest probare mandatum, ut in Anth. de litig. §. omnem. & argu ex tra, de rescriptis. ex parte. & de off. deleg. prudentiam. ¶ Tanc. uero & eius sequaces dixerunt, quod non sufficit probare amissionem instrumenti, nisi originale probet: quod hic non est uterius prosequendum. & uide infra, de proba. §. uidendum. uer. sed nun-
18 quid. & sequenti. † ¶ Quid ergo, si quis se pro legato gerit, cum non sit? quia sæpe etiam Cardinales mittuntur nuncij pro certis negotijs, sine plenæ legationis officio. nec ad prouincium certam
h Et quidem dicunt aliqui h, quod ualebunt eius sententiæ, si gentes ad eum bona fide, tanquam ad legatũ, communiter recurrebant, quia communis error facit ius. 3. q. 7. infamis §. tria. ff. de off. prætor. l. Barbarius ff. ad Macedo. l. 3. Quos ergo absoluit, absoluti erunt. ut extra, de sent. ex com. ad eminentiam. & super hoc ui-
19 de quod no. extra, de elec. c. dudum. 2. prope princ † ¶ Sed nunquid legatus ecclesiæ Romanæ potest concilium celebrare? Et uidetur quod sic: particulare tamen, non generale. ut 3. dist. c. regula. §. porro. xvii. dist. regula. multa enim concilia particularia, sine præsentia domini papæ, præsente legato Romanę sedis celebrata inueniuntur: ut xvi. dist. sexta. lxiii dist. c. 2. 1. q. 7. conuenientibus.
i Sed Hug. Lau & Io contra i, nisi ad hoc specialiter destinetur, uel nisi hoc ei specialiter committatur: & secundum hoc intelligunt iura innuentia legatum concilium facere posse. Talis enim legatus potest facere concilium generale, si de generali fuerit ei specialiter iniunctum: uel particulare, si de particulari. Priuilegium enim
K de concilio congregando k sibi Romanus pontifex specialiter reseruauit: ut 2. q. 6. ideo. & ideo nõ transit in generali legatione: ut
20 j §. nunc ostendendum. uersic præmissa. † Quia mandata iurisdictione generali, non transit potestas cõcilij faciendi, vt ff. de offi. eius, cui man. est iurisdic. l. 2. & arg. ext. de elec. q̃ sicut. in fi. Sed cõ
l tra eos facit l: nã Metropolitanus & Primas faciunt ire proprio sua ꝯcilia prouincialia & particularia xvi. dist. c. j. 92. dist. si Ss eps vacans uocatis ad hoc suffraganeis suis: ut xviii. di. in multis. c. ibi positis. & extra de accus. sicut olim. Et episcopus facit suam synodum episcopalem cum clericis suis: ut 18. dist. non oportet. & 38. dist. quando. xii. quæ. 2. placuit. & episcopus. Non ergo omnibus his inferior erit legatus Romanæ ecclesiæ quoad hoc: imo poterit ꝯcilium facere, & prouinciale & particulare cũ episcopis prouinciæ sibi decretæ, & in eo constitutiones & statuta edere: ut j. uersi. põt etiam legatus. Nec obst ꝑdict. c. ideo quia loquit de concilio generali & uniuersali: quod habet fieri uocatis episcopis di-
m uersarũ prouinciarum. Item non obst. præ. l. ff. de off eius, cui mã.
21 est iurisd, quia de alio dissimili concilio loquit m † ¶ De cõsuetu

ADDITIONES. dine

a Petitionem. ¶ Facit pro, cum ibi papa improbet sententiã latã per legatũ post appellationem: si dicit, q̃ approbat eius acta: respon. ut ibi no. in glo. 2.
b Sequen. ¶ Vbi dicam.
c Nostet. ¶ Non loquitur de legatis de latere, sed de minoribus, quos resp̃ sales vocat. Adde q̃ id, q̃ dicitur in hoc ver. sequitur Abba. consi. 77. lib. 2.
d Ber. contra. ¶ Qui hoc not. eodem titu. quod translationem. in 1. gl. Adde q̃ idẽ tenet Abba. in d. c. & Io. An. in c. 1. de uer. sig. Fel. in gl. cum gratiæ. de off. or. & ibi qd si sic datus super correctione criminũ, an exepti cõprehẽdãt.
e Resp. 1. ¶ lib. 6. Et facit de elec. si abbatem. eo. lib. 6.
f Perpetuetur. ¶ Hoc non expedit, eod. tit. c. 2. lib. 6. nisi dicas hæc respicere specialr ꝑmissa. q̃ nec expedit, in q̃ tñ sapiũt ipsius legati gratiã de off. dele. si su p. li. 6. dat tñ hodie litera legatis. q̃ q̃ cito exiuerint curiã, ipsorũ iurisdictio sit ꝑpetuata quo ad oĩa sibi cõmissa, & hãchabuit dñs meus dñs Carno.
g Specialiter. ¶ Cõiter legati in talib. ponũt in gratia, quã faciunt, totam literam commissionis eis factæ de illis. Adde q̃ legato cardinali credat absque literis, saluo in his q̃ papæ sunt reseruata. tenet Pau. de Cas. in l. una. de mã. prin. q. alle. Io. An. in c. j. de off. dele. in 6. in nouel. idẽ tenet Ab. ꝑsi. 18. scd o li. vbi dicit q̃ ét credit illis de gestis corã se. all. Io. An. & Hos. in c. ꝑstituras, ex. de ap. tenuit ét Ang. ꝑsi. 72. q̃ legato cardinali de latere asserẽti se habere spalem ꝑmissionẽ sup eo q̃ directo respicit iudiciũ alienũ, nõ credat sine pragmate suæ legationis, sec' in his q̃ ad nullius iudiciũ tendũt, sed ad ꝑmo dñi papæ. Et ita dicit se intelligere Inn. i. c. cũ iure. d. of. d. Adde tu. Ab. Sic. in d. c. cũ iure. & ex. d. of. del. vbi notabilr hoc tractat & ibi p do. si satis ample, amplissime tñ, p hac nã si qs vult uidere, ad utrãq; partẽ videat do. An. Sic. i tract. d. ꝑsit Car. in 2. ptc. i §. circa 2. mẽbrũ. ubi hoc dispitat p decẽ co.
h Aliqui. ¶ Host. in sum. eo. tit. §. 3. post prin.
i Io. contra. ¶ Qui hoc no. in præ. §. porro. & in c. ideo.
K Congregando. ¶ Semper referuat: & sic procedit hoc dictum.
l Eos facit. ¶ Dcit H. urgens ratio, qui hũc uer. posuit in sum. eo. ti. §. 3. in fi.
m Loqr. ¶ Scilicet manumissiões fiẽdas, ut ibi no. Ité ibi ñ loqr d legato principis, sed ꝑsidi. Et licet vera sit opi. q̃ possit. p. p dubium tñ opinionũ quandoq; id speciaiter ꝓcedit: vt pate in stylo, de quo dixi §. §. qualiter. in prin. sob prima legatione: Adde tu ad vers. seq. de pluralitate, &c. q̃ legatus potest absoluere cõcatos. & propter iniectionẽ manuũ in Clericos pro qua cunque læsione ét enormi. Ab. Sic. in c. quod de his. extra, de sen. exc

dine quoq; introductum eſt, quod legati de latere abſoluere poſſint illos, qui propter violentam manuum iniectionem in clericos in canonem latæ ſententiæ incidérunt: vt extra, de offi. legati. quod tranſlationem. quod dic, vt infra, eod. §. nunc dicamus, ver. circa. Poteſt etiam legatus abbatem, vel priorem exemptum tranſ-
22 ferre. De hoc infra, §. nunc oſtendendum. ver. 22. † illud quoque non eſt omittendum quod legatus dum legatione fungitur, inuigilare debet ſaluti, & ædificationi cleri & populi ſibi commiſſi.
a vt ff. de off. p̃tect. vr. l. j. §. quies quoq;. Nã legatus fidelis ſanitas.[a] nec debet ſubditos in procurationib. inhumaniter aggrauare, nec in hoſpitiis prębendis prouincium onerare: vt ff. de offic. proconſ. obſeruare. reſpon i. ne longi temporis victum. breuis nora conſumat. extra, de cenſib cum Apoſtolus. Augere enim Rempublicã, vt diuitiæ augeantur, damnabile eſt, & propterea quadam prouidentia militibus ſtipendia conſtituta ſunt ne dũ ſumptus quærit, prædo graſſetur: vt 22. q. j. militare. prope princi. Talis enim concuſſor eſt: vt ibi in fine. nec ibi per potentiam legationis nominis totũ, quod Leuitarũ eſt, in ſuos redigat vſus ut 93. diſtin. diacono. verſſing. nec cum aliena iactura deſideraret locupletari. vt extra, de pœnis. ſuã. ff. de p̃d. inde. l. nã hoc natura. quia ex quo auaritia creuit, perijt lex de ſacerdote. & viſio de p̃pheta: vt in p̃d c c. dia-
23 coni. circa mediũ, ver. nũc autem. † ¶ Prandia igitur eius ſint f'm cuiuſq; loci mediocritatem: vt de cẽſib. c. cũ nuper. & 10. q. 3. c. fi. ſic agens vt nulla eccleſia, ſeu prælatus ſe indebitè grauari rationabiliter conqueratur. Sed patiatur coniũgi eccleſias procurando, quæ per ſe non ſufficerent ſigillatim: vt eo. tit. de cenſib. c. cũ inſtãtia. extra, de p̃ſcri. accedentes. De talibus enim contributis licet viuere, non de ſymbolis vel confertis: vt 44. diſtinct. non oportet. c. non liceat. Quod ſi debitum modum in exigendo excedat, iure poterit ſubditus denegare: extra de exceſ. præ. ſane. & c. cum ad quorundam. Alias autem nullus ſe poteſt ab ipſius procuratione excuſare nec contra hanc currit præſcriptio, vt in præ. c. cum inſtantia. In modo tamen procurand. forte præſcriptio locum ha-
b bet. arg. in eo. c. §. ſanè. ar. tamen contra, eo tit. u. quanto[b]. ſed nec legatus, vel nuncius abſq; manifeſta & rationabili cauſa debet p̃curationem recipere, ni ſi perſonaliter viſitet: & cum in vno loco oportuerit eum neceſſariam moram contrahere, recipiat moderatas procurationes ab aliis eccleſiis vel perſonis, quę nondum fuerant ſuis procurationibus aggrauatæ: & cum aliqua non ſuffecerit per ſeipſam, duæ vel plures coniungantur in unum: ita tamẽ quod numerus procurationum numerum dierum, quibus huiuſ-
24 modi moram fecerit non excedat: vt eo tit. procurationes. † ¶ Intelligo autem moderatas expenſas, ſi fiant iuxta modum in ſuis ti-
c teris ſtatutum: vel ſi non ſit ſtatutum, iuxta decentiam ſui ſtatus[c]:
* non enim coguntur diuites pauperũ cibis veſci.* vt 41. diſt. non cogantur. & arg. extra, de prębend. de mulcta. in fi & ſecundum cõ ſuetudinem aliorum legatorum: vt ff. de lega. l. 2 §. fin. & extra. de cenſi. ſuper eo. in fi. Lautius enim procurandi ſunt maiores, quã minores prælati. arg. 35 diſt. eccleſiæ vt extra. de cenſ. cũ Apoſtolus. & 25. diſt. §. alias. ea, demum. prope fi. vbi dicitur, quod veniali ter peccat, qui pauperibus nimis delicata & ſumptuoſa cibaria miniſtrat. Et uide j. de expẽ §. fi. ver. & nota quod expenſæ. & j. de ſa-
25 lariis. §. j. prope prin † ¶ Hoc etiam ſciendum eſt, quod legati de latere domini papæ miſſi, & alij honorabiles nuncii puta epiſcopi, abbates & capellani ſui decenter recipiendi, ſunt, & honorandi: alijs autem minoribus puta curſoribus Apoſtolicæ ſedis, debet tantum in victui neceſſaria pro æquis & perſonis in domibus prælatorum prouideri, nihil is alijs ſibi datis expenſis: vt in conſti-
d tu. Alexã. 4. de cenſi. licet[d]. ¶ Item quando nuncij vel alii legati Apoſtolicæ ſedis tranſeuntes aliquid ab eccleſiaſticis perſonis poſtulabunt, ſi ipſi præſentes vel vicini ſint, debent facere copiam literarum ſuarum: ſi vero ſint abſentes, illarum tranſcriptum authentico ſigillatum oſtendere tenentur: alioquin nullus tenetur eis in aliquo reſpondere. Sed ſi oſtenderint, debet eis pro numero perſonarum & æquorum in literis comprehẽſo iuxta tempus, quo eos morari contigerit, cõpetenter prouideri: dum tamen illi dent ſuas patentes literas continentes quid, quantum & quando receperint ab eiſdem: quæ litere loco ſũ ordinariis aſſignentur: & ſi abſentes per procuratorem aut nuncium procurationẽ exegerint, ſoluentes debent tranſcriptum literarum ſub ſigillo authentico retinere, & ſic ſub aliquorũ teſtimonio ſoluere: nec petent procurationes, vel alia, niſi ab illis, per quorum diœceſes tranſitum fecerint: niſi forte alicubi contingat eos moram contrahere, vel niſi forte aliqua diœceſis ſecundum tempus moræ inibi factæ nimis in procurationibus ſit grauata: & hæc obtinent in legatis, quibus in aliqua prouincia plenæ legationis officium non eſt
e commiſſum: ut in conſtit. Alexã. 4. eo. tit. ne legati[e]. ¶ Vt autem
26 breuibus vtar, legatus, † quia loco Apoſtoli eſt, illius cõuerſatio-
m & abſtinentiam imitetur, non multum curet de ſpecioſis dobus, vel de lautis conuiuiis, & multo labore epulis conquiſitis: 35. diſtin. eccleſiæ principes. de conſe. diſti. 5. ne tales. in prin nõ mella faſtidia: vt 12. q. 2. gloria epiſcopi. bonis tamen & delicatis cibis vtatur: vt in præ. cap. non cogantur. & melioribus quã Io. ei præparet in gl. q̃ ponit in præ. c. cum inſtantia de cenſib nec ſuper barbas pauperũ comeſſationes ſiue conuiuia extraordinaria frequẽter. Nã ſpecies furti eſt, velle de alieno largiri. vt ff. de fur. l. ſi pignore. §. j. vnde ſecundum Augu. qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris. vt 14. q. 5. immolans. 1. q. 1. non eſt putanda. Et ſi quis totum tribuit, quod alteri abſtulit, potius addit peccato, quam minuat
27 vt 24 quæ. 5. forte. † Sumptus autem legato proficiſcenti dati nõ reſtituentur, ſi deceſſerit in munere legationis prius quam ad patriam reuertatur: vt ff. de legationib. l. legatus antequam. & C. lib. 10. eo. tit l. 2. Sed illud obtinet, quando de publico ſumptus legato ſubminiſtrantur. Legatus autem ſedis Apoſtolicæ de ſubſtantia pauperum procuratur: & ideo cauetur quod vltra victui neceſſaria nil imburſet. 47. diſtinction. ſicut hi. in fin. Nam Apoſtolica ſedes pro magna parte per ſua priuilegia diuites à præſtatione pro-
f curationum eximit: cum potius pauperes eximere debuiſſet[f]. Si autem legatus mortuus non fuerit, nec alia vrgens neceſſitas fuerit, ſed ſponte legationem deſeruerit, tunc bene reſtituet ſumptus: vt legitur & no. in præ. lib. C. quo etiã caſu punitur: vt j. §. punitur. ¶ Itẽ legato de latere cardinali debetur procuratio. extra, p̃ nunciam ſibi decretam, ſi forte contingat eum alio tranſitum face-
g re, ſecundum dominum meum[g] ſed alteri non, niſi forte hoc habeat ex priuilegio ſpeciali: ut extra, de cenſi. cũ inſtantia. extra, de iureiur. ego. arg. extra, de off. leg. c. officij. & legatus de latere excedit legatum p̃ſtitũti in p̃curationibus: vt ſ. §. ſequitur. ver. &
28 not. † ¶ Solent autem legati & nuncij literas ſuper ſuis procurationibus mittere ſub hac forma:

FORMA. Talis domini papæ nuncius, vel Apoſtolicæ ſedis legatus, tali epiſcopo ſalutem in domino Ieſu Chriſto. Cum pro negotijs Apoſtolicæ ſedis nos oporteat in tali prouincia amplius immorari, & iam receptarum procurationum tempus completum ſit: decreuimus ad præſens pro tot futuris menſibus die tali inchoandis, procurationes recipere ordinatas. Facta igitur de conſilio peritorum diſtributione æquali eccleſijs ciuitatis & diœceſis veſtræ, tot libras pro dicto tempore duximus imponendas. Quocirca imponendi, ac proportionabiliter exigendi per vos, vel alios dictam ſummam, cum moderatis & neceſſarijs expenſis pro exactione huiuſmodi faciendis, ab eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis exemptis & non exemptis ciuitatis & diœceſis veſtræ ſecundum vniuſcuiuſque eccleſiæ, & loci facultates prout fieri conſueuit, auctoritate nobis in hac parte conceſſa paternitati veſtræ, præſentium auctoritate, plenam committimus poteſtatem. Nos vero ex nunc contra fictores quoſlibet & rebelles ſi legitima per uos monitione præmiſſa de portione ſibi impoſita in præfixo eis termino ſatisfacere contempſerint, in his ſcriptis excommunicationis vinculo innodamus, & eorum eccleſias eccleſiaſtico ſupponimus interdicto. Quarum ſententiarum denunciationem & publicationem, & prædictarum etiam ſi neceſſe fuerit abſolutionem, & interdicti relaxationem poſt condignam ſatisfactionem vobis tenore præſentium duximus committendas pecuniam ipſam nobis intra decem dies à præſentatione præſentium computandos, omni excuſatione & dilatione ceſſantibus, per aliquem veſtrum certum & fidelem nuncium tranſmiſſuri. Porro vrgente nos uiarum difficultate cogimur ex nunc uos monere, & inſuper in his ſcriptis excommunicationis in uos, & in eccleſiam veſtram interdicti ſententias proferre,

ADDITIONES.

a Fidelis, ſanitas. Prouerb. 13.
b Quanto. ¶ Hoc ca. facit pro & p̃ propter diuerſas lecturas, quas ibi ſcripſi in pe. gl. Item pro hoc p̃rio facit quod no. j. de cenſi. in fi.
c Status. ¶ Vide quod dixi de cenſi. procurationes. in glo. tene quod.
* Veſci. ¶ Alias vti.
d Licet. ¶ Reuocata eſt: quia non inſerta in 6. ut in proœmio Sexti. in fi.
e Legati. ¶ De qua die vt proxi. dixi de Decre. licet. Adde Abb. in c. ad eminẽtiam. de ſen. excom. vbi dicit, quod legati non coguntur oſtendere mandatũ expreſſum ſuper his quæ ueniunt iure legationis ex diſpoſitione legis, vel eõ ſuetudinis, ſecus in alijs. & vide Felin. ibi in j. col. ver. limita omnes. vbi dicit, quod ſi ageretur de graui præiudicio alicuius, non crederetur etiam cardinali, niſi oſtendat literas: per gl. ſingularẽ in c. ſicut. eo. tit. q̃ gl. allegat p̃ ſua gul. Abb. in c. cum in eccleſiis. col 2. verſi. in ea. gl. de maior. & obed. Vide tamen Bart. in l. 1. C. de ſuperindic. li. 10. vbi dicit, p̃ illud quod dicunt Canoniſtæ, p̃ cardinalibus, & quibuſdam præcellentibus creditur, etiam ſi literas non oſtendant. nec habere ſe dicant. eſt contra illum tex. vbi non creditur ẽt præfecto prætorio. Hen. Fer.
f Debuiſſet. ¶ Hoc dixit, p̃pter hoſpitalarios, & olim templarios, vel ſimiles habentes talia priuilegia, quibus an obſtent verba generalia, quæ ponuntur in literis legatorum, ſæpe diſputatum eſt, nec diffinitum. Sed vide quod ſcripſi de exceſ. præla. c. vno. lib. 6. ſuper prima gl.
g Dominũ meũ. ¶ Vide q̃d dixi de cenſi. p̃curationes. in gl. tene, p̃ ubi videbis p̃ legatis & cardinalib. taxat curia in itinerãdo 40. flore. pro die, in p̃uincia vero ſua non ſit taxatio, ſed recipiunt vigeſimamquintam reditum.

ferre, si moram vel difficultatem aliquam In præmissis adhibueri
tis, & præmissa adimplere contempseritis, vel si hac occasione
aliquid vltra summam prædictam à subditis vestris duxeritis ex-
torquendum: sciturí quod super præsentatione præsentium lite-
rarum fidem earum dabimus potiori. In prima autem impositi-
one, oportet quod nuncij faciant fidem de Apostolico manda-
to vt §. versi. proxi. & versi. quid si legati. & se. ¶ Nuncij quoque
& legati viatores ad instar formæ prædictę suas literas hoc modo
formabunt.

FORMA. Tali episcopo talis domini papæ nuncius salutem.
Literas Apostolicas me recepisse noueritis in hac forma, Cle-
mens episcopus, &c. veniens igitur ad talem locum pro execu-
tione iniuncti mihi mandati, vel transiens per talem locum pro
sumptibus tot dierum, quibus ibi moram traxi, recepi tantum à
tali procuratore ipsius cleri, vestræ ciuitatis vel diœcesis dante ac
soluente pro ipso clero. Cum itaque diuisum in partes onus faci-
lius supportetur imponendi, ac proportionabiliter, &c. vt §. vsque
29 ibi: pecuniam ipsam, &c. † ¶ Legatus quoque constitutus po
test reuocare in irritum, quod fit per literas apostolicas obten-
tas, tacito de dispensatione per alias quibus renunciatum fuerat
obtenta: & decernere impetrantem earum commodo carere: vt
extra de rescript. ad audientiam. Vel dic, quod ibi processit lega-
30 tus auctoritate mandati Apostolici. † ¶ Potest etiam legatus de
latere interpretari mandatum domini papæ, vt extra, de postul.
præ. c. j. verficul. nec valet. Ex officio legationis potest interdice-
re totam terram regi adhærentem: prout ibi not. secundum pa-
piam. Imò etiam commendatur processus eius contra regem Fran
ciæ factus post appellationem à rege interpositam, & post causas
recusationis propositas: vt extra. de app. nouit. Appellatione aũt
ad dominum papam interposita, se non intromittat, nisi prout
31 no. j. §. nunc ostendendum. versic. 33. † Electionem quoque cele-
bratam de illo, qui abiurato schismate ad ecclesię rediit vnitatem
potest legatus de latere dispensatiuè confirmare: vt extra, de elec.
a quia diligentia. arg. tamen contrà 12. dist. nos consuetudinem [a].
Item etiam legatus de latere examinat quandoq; quod est noto-
rium, quia non est sibi notorium: & papa defendit & excusat eius
32 processum: vt extra de elect. bonæ. j. & c. venerabilem. † ¶ Facit
etiam legatus de latere consultationes super suis dubijs, & ei res-
pondetur: vt extra, de elect. dudum. j. & de temp. or. quod trans-
lati. & de dolo & contu. cum dilecti. & extra, de priu. recipimus.
& c. quia circa, & de senten. excom. officij etiã quo ad forum ani-
mæ: vt extra. de pœ. & re officij & papa libenter debet eius consul
tationes & relationes audire, ne illius videatur decrescere auc-
toritas, si eius consulta veluti prophanorum præces à suis aditis re-
pellit: vt C. de offic. vicar. l. 2. Consulit etiam dominum papam
legatus de latere super processu per legatum non de latere factum
vtrum valeat: vt extra, de elect. officij. delegatus autem legati ip-
sum legatum consulere debet in dubijs iuris, & non papam: vt ff.
33 de offi. proconf & leg. l. solent §. legatos. † ¶ Præficit etiam irregu-
larem, & in minoribus ordinibus constitutum in abbatem: ut legi-
tur & no. secundum papiam. extra, de æta. & qual. tuam. & de cor
b pore vitia. exposuisti [b]. † ¶ Potest etiam committere alijs prædi
34 care crucem, excommunicare, absoluere dispensare cum irregu-
laribus, & iniungere pœnitentias, si hæc fuerint sibi cõmissa, quod
alius facere non posset: ut extra, de offic. leg. ca. fin. Si ergo domi
nus Papa aliquid agendum specialiter legato committit, vel ali-
quem de prouincia sibi commissa ad eum remittit, legatus nõ co
gitur hoc specialiter perficere: imo poterit hoc alij committere pagẽ
dũ. vt ibi patet, & probatur ff. de off. præsi. l. sæpe. & l seq. sed & sine
commissione potest ex officio legationis absolutionem ab ex-
35 communicatione committere: vt extra de off. ordi. c. fi. † ¶ Potest
etiam legatus statuta facere, quæ perpetuò durabunt: vt extra. eo.
ca. fin. & extra, de uerb. sign. cap. ex parte. & cap super quibusdam.
§. fi. j. §. finitur. ver. quamuis. & ea interpretari, vt ibi dicitur. & ea
excommunicationis pœna vallare. vt extra, de loc. c. j vñ & papa
concedit etiam quandoq; aliquibus priuilegium saluis institutioni-
bus legatorum Apostolicæ sedis: vt extra, de præscript. veniens.
c Potest autem intelligi secundum Vin. [c] de illis statutis, quæ perpe-
tua sunt, quæ legatus edidit in concilijs prouincialibus, de quibus
loquitur 3. distin. c. regula. §. porro. 76. distinctio. vtinam. De alijs
autem præceptis & inhibitionibus aliud est: vt j. ver. sed nunquid
36 potest. † ¶ Sed per quem absoluentur violatores statutorum ip-
sorum? Respondi. per ordinarios locorum extra, de sentent excom-
munic. nuper. Vtrum autem in condendo statuta requires
prælatorum consensum, nota secundum papiam, extra, de of-
d fic. leg. capitul. fin. [d] Quid de sententia, quam ferret sub hac for-
ma, Quisquis furtum fecerit, sit excommunicatus, extra de sen-
ten. excommunic. à nobis. j. Dic quòd valet, & durabit legatione
finita: vt extra, de loc. capitul. & infrà uers. sed nunquid. Legatus
enim est iudex ordinarius: ut extra, de off leg. c. 1. & cap. fi. & C.
de offi. rec. prouin. cui ordinariam. & l seq. & ad idem. ff. de offic.
proconf. l. 1. & 2. C. de offic. eius, qui uicem alterius iudicis obtin.
l. 1. & 2. quia habet imperium in prouincia sibi decreta: ut ff. de of
37 fic. pcõs. & ideo. † ¶ Legatũ enim, si sit cardinalis dicimus similẽ
proconsuli. argu. ff. de offi. proconf. l. 1. & fin. extra, de sent. excõ.
ad eminẽtiam. quia cardinalis sumitur ex consiliarijs domini pa-
pæ: vt §. §. sequitur. sicut & proconsul. olim eligebatur ex consuli-
bus urbis Romæ ad aliquam prouinciam regendam. ff. de offic.
præsi. l. 1. arg. ff. de offi. quæsto. l. 1. §. ex his. uel potius præfecto pre
torio. secundum do. meum. arg. extra. de app. nouit & C. de episc.
aud. episcopale. Et quod legatus cardinalis sit similis proconsuli,
& ordinariam habeat iurisd. habet expresse in constit. Clem. 4. eo.
e titul. ex parte [e]. Alios autem singulos dicimus similes præsidib.
ar. ff. de offic. præsid. l. 2. Illi enim præsides prouinciarũ dicebant,
qui cum non essent prius consules, eligebantur ad regimina pro-
38 uinciarum: præses autem nomen generale est. † ¶ Nam omnes
legati Cæsaris. & alii omnes prouincias regentes, licet senatores
sint præsides appellant: ut ff. de off. præsid. l. 1. & præses prouincię
ordinarius est: ut C. de lega. lib. 10. l. si quod extraordinarium. & j.
de offic. ordin. §. j. Præterea apparet eum ordinarium esse: quia
uniuersę causæ criminales & ciuiles totius prouinciæ sibi decretæ
deferuntur ad eum: ut extra, de offic. leg c. 1. Cum ergo hoc pos
sint alij ordinarij facere, ut in præ. dec. à nobis. extra, de sentent.
excõ. multo fortius legatus poterit hoc: quia habet maius impe-
rium in prouincia post principem, ut in prælleg. l. & ideo & eod.
tit. si in aliam. § fin. & l. nec quicquam. in prin. ucarius etiam ordi-
nariam habet iurisd. ut not. extra de off. ord. quia in plerisque. &
hæc ualent ad disputationem quæstionis illius, quæ sequitur, u-
trum uidelicet legati indulgentiæ perpetuæ sint. argum tamen cõ
f tra, quod legatus habet delegatam iurisdictionem, non ordina-
riam, 25. quæst. 2. igitur. & cap. seq. [f] & c. in Galliarum. † ¶ Potest
39 etiam indulgentias pro ædificatione pontium & ecclesiarum hu-
iusmodi concedere, & illæ perpetuo durant: quia indulgentiæ ex-
tendendæ sunt: ut ff. de constit prin. l. fin. & extra. de dona. cum di
lecti. prout not. in præ. Decre. de offic. leg. cap. fin. Si enim episco-
pi & archiepiscopi, dare indulgẽtias possunt: ut extra de pe. & re.
cum ex eo. & c. seq. multo fortius ipse hoc potest: quia maius im-
40 perium habet in prouincia post principem, ut prædixi. † ¶ Sed
nunquid itre legationis poterit excedere numerum quadragenarium in literis indulgentiarum? Et uidetur quod non sicut nec e-
piscopi, uel archiepiscopi hoc possunt: ut in concilio generali, ex
tra, de pœn. & re. cum ex eo §. final. Respond. licet ibi de legatis
non fiat expresse mentio: tamen credo, quod ipsi propter reue-
rentiam dicti concilij, in hoc se debent alijs prælatis conforma-
re: ut j. §. nunc ostendendum. uers. 57. nisi super hoc uel rescri-
pto. uel uiuæ uocis oraculo aliquid eis concessum fuerit speciale.
41 † ¶ Sed nunquid potest aliquem ex aliqua causa reddere inhabi-
lem ad beneficia ecclesiastica perpetuo obtinenda? Videtur quod
non: quia præses prouinciæ non potest alicui interdicere arte
sua uti ultra tempus suum. ff. de pœnis. l. fin. ff. de postul. l. pu-
to. §. fin. argumen. contra. Nam etiam præfectus urbis ad tempus
& in perpetuum, potest alicui officium aduocationis, & negó-
tiationem, & professionem, & forum interdicere. ff. de offic. præ
fect. ur. l. 1. §. penultim. & hoc puto: & idem credo in laico ex
causa quoad publica officia: quia potest illum infamare per sen-
tententiam, quæ sententia facit ius, & perpetuo effectum habet,
donec ille restitutionis beneficium mereatur: ut extra. de hære.
si aduersus. in fin. & capitul. excommunicamus. § credentes. & 2.
q. 3. si quem pœnituerit in fin. & j. §. fin. Credo etiam, quod quili-
g bet episcopus potest hoc facere in sua diœcesi [g]. Quod autem le-
gatus possit ferre sententias sub conditione: puta, si quis sic fece-
rit, talem pœnam patiatur: & quod post finitam legationem du-
ret, probatur. §. uersicul. & quid de sententia. Nec obst. prælle. l.
de pœnis. & de postu quæ loquuntur, ubi iudex absque causæ, co-
gnitione pœnam infert sine temporis præfinitione, quæ pœna
tempore suæ administrationis tantum intelligitur durare. arg. ex
tra de cõstit. ex literis. 50. dist. c. j. in fi. Vnde si indignatus fortè pre
cipit,

ADDITIONES.

a Consuetudinem. ¶ Ibi soluitur. & vide §. eo. §. ver. sed quid dices.

b Exposuisti. ¶ Adde tu, q̃ legatus de latere potest absoluere ab irregularita-
te, quam quis celebrando suspensus incurrit: dum modo non celebrauerit in
contemptum. Ita Lapus all. 13.

c Secundum Vincen. ¶ Qui hoc not. in præc. c. fin. sed uide quod ibi dixi, &
statim sequitur.

¶ Adde tu q̃ legatus de latere nedum potest facere constitutiones, vt hic dici-
tur: sed etiam confirmare constitutionem, seu statutum capituli cuius di-
gnitatis prouisio spectat ad summum pontificem, etiã si hæc faciat cum præ-
lato ipsius capituli seu collegij. Vide Car. in cons. 6. in fi.

d c. fi. ¶ Et tenet quod non, ut ibi scripsi.

e Ex parte. ¶ Vide quod dixi in prin. huius §.

f Ex c. leq. ¶ In his duobus large ponitur versi. delegationis. sequens nõ faci

g Sua diœcesi. ¶ Facit elemen. de pœnis, si quis suadente. versi. ipsius filij.

cipit, vel interdicit alicui ne aduocet: poſt finitam legationem po
a terit aduocare. ff. de pœn. moris. ſ. cus ſi ſententialiter. a † ¶ Item
42 prouinciæ epiſcopi, & omnes alij legato ſubſunt, & ſibi obedire
tenentur: & ſi fortè aliquis epiſcopus ad ipſius vocationem veni
re contemp ſerit, mittendus eſt ad ſedem Apoſtolicam, ſuam in-
nocentiam, ſi poterit oſtenſurus. extra, de ap. cum parati. arg. ta
b men ↄtra. 25 q. 2. in Galliarum. b & ipſe debet cogere clericos obe
dire prælatis ſuis, nec debet diſſimulare quin ſignificet domino
papæ ea quæ male aguntur, ut extra, de inſtit. ad decorem. & iudi
care de epiſcoporum proceſſibus, & eos ſecundum iuris trami-
tes, quando expedire viderit, reuocare, & emendare poteſt.
43 † ¶ Creditur quoq; ſigillo legati de latere. Vnde creditur ei mit
tenti ſub ſigillo ſuo tenorem aliquorum priuilegiorum: extra de
confirm. vti. vel inut. cum dilectã & etiam delegati quandoque.
quod dic, ut ꝯ. de remiſ. §. vtile. verſi. ſed nunquid. Poteſt etiam co
gere dimittere beneficia eccleſiaſtica eos, qui illa minus canonicè
ſunt adepti, non obſtante confirmatione à ſede Apoſtolica ob-
tenta ſub illa forma: Sicut iuſtè poſſides, &c extra, de conceſſio.
præbend. quia diuerſitatem. ſed ibi ex ſpeciali commiſſione pro-
ceſſit legatus etiam, qui iuit ad concedendum pallium alicui præ-
44 lato. ¶ Et poteſt ſecundum interpretationem eccleſiæ Roma-
næ licitè recipere ab electo equum vnum, & electuaria, vinum,
& ſimilia. extra, de ſimo. & ſi quæſtiones. argum. contra: quia in 6.
c ſol. committitur ſimonia: vt eod. tit. ex tuæ c & pro gallina furtũ.
Inſtit. de rerum diui. § gallinarum. Non enim debet in totum ab-
ſtinere ab xeniis, nec etiam auare modum xeniorum excedere: qa
valde inhumanum eſt à nemine recipere: ſed paſſim viliſſimum,
& per omnia auariſſimum. Sed nec xenia producẽda ſunt ad mu
nerum qualitatem. Hæc legunrur ff. de off proconſ. ſolent §. fin.
Recipiat igitur confidenter eſculenta & poculẽta, quæ intra dies
proximos prodigantur: vt ff. de offi. præſi. plebiſcito. A donis au-
tem & munerib. abſtineat: ut in præ. l. Hinc eſt ꝯ Moyſes conſti-
tuit tribunos munera odientes: vt ꝛ. § legatus in fin. & ab illicitis
exactionibus: quia ſi debet alios ab hoc cohibere: vt ꝯ. ver in ſum
ma. multo fortius ſe: vt ꝯ §. nunc de epiſcopo. verſic. in his igitur.
45 † ¶ Item patriarcha legatus ex cauſa reuocat indulgentias domi-
d ni papæ, d & etiam ſuorum prædeceſſorum: vt extra, de cle. non
reſi. c. pen. Item non poteſt legatus de latere cogere appellãtem
ad papam corem ſe litigare: vt extra, de appel. ſi duob. quia quoli
bet omiſſo appellatur ad papam. 2. q. 6. ideo. arg. extr. de app. con
ſtiturus. Notandum quoque eſt, ꝙ legatus de latere poteſt eccle
ſiam inordinatam in præbendis, & in alijs ordinare: & papa ſentẽ
tialiter approbat quod per eum fit: ut extr. de cle. exc. min. propo
ſuit. Poteſt etiam Græcos & eremitas propter inobedientiam ſu-
ſpenſos & excommunicatos cum manuali abſoluere promiſſio-
46 ne, ſi nullatenus iurare voluntate extr. de ſen. exc. ſuper eo. † ¶ Po
teſt etiã ſe opponere guerris & diſcordijs, & propter hoc de cau
ſa, quæ eſt inter duos reges, cognoſcere: vt ext. de iudi. nouit §. 1.
Vtrum legatus uel alius poſſit ſuſpendere interdictum in aliquã
ciuitatem uel caſtrum prolatum. colligitur ex his, quæ not. extr.
de app. ad hęc quoniam & c dilectis & ſecundum papiam in c. ut
priuilegia. quod ꝯ ſequitur. Bene faciet autem legatus, ſi interdi-
ctum per ordinarium prolatum non ſuſpendit. argu. in his quæ
no. ꝯ. § nunc dicamus. verſ quod autem. De ſententia autem do-
mini papæ, uel de legati ſui intromittere ſe non poteſt, vt ꝯ. §. nũc
oſtendendum. ver. 26. Hoc tamen nota, ꝙ licet locus interdictus
ſit: tamen in eo poteſt celebrari, de licentia iuris: vt extra. de priui.
priuilegia. & c. ſeq. & etiam hominis: ut extr. de ap. dilectis. ſecun
dum quoſdam. Sed ſi perſona ſit interdicta, uel ſuſpenſa, non po-
teſt de licentia alicuius celebrari: nec ſuſpẽdi poteſt interdictum
in perſona ſuſpenſa. De quo dic ſecundum papiam, prout not. in
47 præ. c. vt priuilegia. † ¶ Sed nun quid legatus poteſt concedere ali
quib. priuilegium, ꝙ tempore interdicti liceat eis, interdictis &
e excommunicatis excluſis, ianuis clauſis ſuppreſſa voce celebrare
e diuina? e Credo ꝙ ſic, & proderit tale priuilegium, quãtum ad ſen
tentias ſuas & ſuorum ſucceſſorum, in legatione, niſi illi ſpeciali-
ter reuocauerint illud, & quorumlibet ordinariorum prouinciæ
ſuę: quia & ipſi ordinarij ſimile priuilegium, quoad ſuas & ſucceſ
ſorum ſententias, concedere poſſunt, niſi ſucceſſores id expreſſe
ex cauſa duxerint reuocandum. Quo ad ſententias autem Roma
ni pontificis uel delegatorum eius, dicit quidam, tale priuilegiũ
f non ualere. arg. tamen ꝙ etiam ꝯ illas ualeat. Nam papa cõcedit f
priuilegia, ſaluis inſtitutionib. legatorum Apoſtolicæ ſedis: vt ex
tra, de præſcri. ueniens. Pari ergo ratione in ſua & ſui delegati ſen-
tentia nõ intelligitur ea tollere, ſed ſaluare: quia uult iſtorum ſta
tuta & priuilegia perpetuo durare: ut extr. de offic. leg. ca. fi. Hinc
eſt, ꝙ legatus poteſt ratione pacis, comitis Tholoſæ & præcepta
& ſtatuta facere perpetuo duratura: ut extra. de uerbo. ſignifi. ſu-
48 per quibuſdam §. fi † ¶ Poteſt legatus, etiam nõ de latere, regem
& reginam malè coniunctos ſeparare: vt extra, qui fil. ſint legi. p
uenerabilem. §. verum. Item is, cui aliqua cauſa ſpecialiter delega
tur, maior eſt legato generali, quam cui ad illam: nec legatus iu-
riſdictiones illius dẽt aliquatenus impedire vel relaxare, nec ſen-
tentiam per delegatum latam poteſt legatus iure legationis irrita
re: ſed eam ritè laram confirmare poteſt, & ad requiſitionem ſiue
mandatum delegati, cui obedire tenetur, executioni mandare: vt
extra, de off. leg. ſtuduiſti. ext. de treu. & pa. c. 1. §. 1. & ar. 93. diſtin.
præcipimus. & extr. de offi. ordi. paſtoralis. C. ſi aduerſus rem iudi
ca. l. aduerſus ſententiam. Dominus tamen meus dicit, ꝙ delega-
tus non poteſt cogere legatum exequi: ſi, ſpõte hoc ille facere no
g lit. g † ¶ Patet ergo ex præmiſſis, ꝙ non põt legatus abſoluere ex-
49 communicatum à delegato domini papæ, & multo minus excõ-
municatum ab ipſo papa: nec de ſententia vel proceſſu illius ſe in
tromittere, niſi ad illius requiſitionem: ut in prę. decr. ſtuduiſti. &
11. q. 1. peruenit. Vel dic, ꝙ poteſt confirmare ſententiam illius in
communi forma, quæ parum prodeſſet, ſ. Confirmamus ſicut iu-
ſta eſt, extra. de conceſ. præb. quia diuerſitatem. ſed hoc non pla-
cet. Cum cauſæ autem cognitione non poteſt: quia per conſe-
quens poſſet etiam infirmare. 21. diſt. inferior. de pœn. diſt. 1. ver-
bum. ff. de re iud. qui condemnare. ff. de reg. iu. eius eſt. & l. nemo.
50 & vide ꝯ. § nunc oſtendendum. ver. 33. † ¶ Quid ſi is, cui papa cõ-
miſit inquiſitionem, negligens eſt, nunquid legatus põt illi ꝓcipe
re vt procedat? De hoc ꝯ. de inquiſitione. §. 1. verſi. ſed pone qd.
hoc etiã nota, ꝙ legatus debet cauſas cõmittere tm̃ perſonis in
dignitatibus, ſeu in eccleſiis cathedralibus, ſeu aliis collegiatis ho
h norabilibus inſtitutis: vt ext. de reſc. preſenti. h Et legatus Apoſto-
licæ ſedis, & etiam archiepiſcopus bene poſſunt aliquem trahere
per literas ſuas vltra duas dietas à finibus dioœceſis ipſius citati. Et
idẽ videt de delegatis eorũ, cum hoc nõ inueniatur, phibitũ. Cõ-
ſtitutio enim illa de reſcr. nõ nulli loquit in delegato dñi papæ.
Alij aũt ↄtra dicunt: ſed dominus meus dicit, quod contra literas
legatorũ excipi poteſt, ſi per eas quis vltra duas dietas trahatur
ar. extra, de reſcript. preſenti. reſpon. 1. quicquid tamen ipſe ſcrip
i ſerit, contrarium videmus vbiq; ſeruari. i † ¶ Cęterum licet lega-
51 tus alicui in aliqua cauſa ſimpliciter commiſerit vices ſuas: nihil-
ominus poterit reuocare ad ſe cauſam, licet ille ꝓceſſerit, quod
non eſt in deleg. De hoc not ꝯ. de remiſ. §. qui aũt prope prin. &
ꝛ. de off. deleg. §. ſequit. ver. & nota quod ſimpliciter. & §. reſtat.
52 ver. item reuocato. † ¶ Illud autem notandũ eſt, quod dominus
papa ita ſeruare debet, quod fit ꝓ eius legatũ, ac ſi ipſe feciſſet: ut
2. q. 2. de cã. & ff. de off. procur. Cęſa l. 1. in princ. extra, de cler. ex
com. mi. propoſuit. ext. de app. nouit. Credere. n. debet princeps
eum, qui ob ſingularem induſtriam explorata eius fide, & grauita
te, ad huius officij magnitudinẽ adhibetur, non alitet iudicaturũ
eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicatu
rus: ut ff. de offi. præfec. præto. l. vnica. prope finem, ext. de reſcri-
ptis. ſuper literis. prope finẽ, extra. de off. leg. nouit. Vnde non eſt
intentionis domini papę, lites ſopitas per legatum de ipſius latere
miſſum ſuſcitare: ut extra, de in integ. reſtit. expoſita, niſi eius
ſententia foret iniuſta, quia illam bene reuocat: ut ex, de re iudi.
cum cauſa quæ: imo quod per legatum minus canonicè fit, quan
doque ipſe ex cauſa tolerat: ut extra, de accuſ. ad petitionem. &
idem honor illi exhibendus eſt, ſicut & papæ: ut ꝛ. §. 1. & ipſe fa-
cere dicit, quod eius legatus facit. ff. de adminiſtr. tuto. l. ita tñ. §.
53 geſſiſſe. ex, de ſent. excom. mulieres 25. q. 2. ſi ea. † ¶ Porro priui-
k legium legatorum k eſt, ut legatione, durante, reſpondere nõ te-
neant, niſi de his tantũ quæ legationis tempore contraxerint: niſi
forte legatione finita, in prouincia permanſerint: ut ff. de iud. l. 2.
§. legatis. & §. ſequenti. & ff. de off. præſi. Senatus. ſed ſi ipſi agunt,
& contingat eos reconueniri, reſpondere tenent, niſi agant pro
iniuria ſibi illata: uel pro furto uel damno: ut in eadẽ. l. §. ſed & ſi
agant. & ff. de legationibus. l. Paulus reſponſo 2. & l. ſequenti. põt
tamen in alium compromittere: ff. de arbi. nõ diſtinguemus §. itẽ
ſi qs. Legato aũt tps ꝓdeſt, ex quo legatus creatus eſt, nõ ex quo

ADDITIONES. Romam

a Sententialiter. ¶ Vide quod ſcripſi eodem titulo cap. fin. ſuper 1. gloſſ.
b In Galliarum. ¶ Ibi limitata erat forma: nec expreſſe loquitur de legato.
c Ex tuæ. ¶ Solue, quòd ibi interuenit pactio, ut ibi dixi ſuper 1. gloſſ.
d Dñi papæ. ¶ Illud de papæ licẽtia. ité ibi potius eſt rẽperatio. q. reuocatio.
e Diuina. ¶ Hodie quæſtio iſta eſt ſuperflua, cum hoc liceat de iure communi.
de ſent. excom. c. fi. li. b. 6.
Adde, quòd ſtante priuilegio prædicto, ac etiam ꝙ poſſint recipere eccleſia-
ſtica ſacramenta ꝙ mortuis poterunt ſuper cadaueribus cantari diuina offi
cia, & tradi ſepulturæ. Ita conſuluit Fede. conſ. 286. & prędecedenti.
f Concedit. ¶ Sup. quandoque. & hoc ſoluit contrarium. Idem ergo ſi papa
interdiceret. ſaluis priuilegijs legatorum.
g Nolit. ¶ Niſi haberet eſſet ordinarius in loco, ſecundum Vinc. vt ſcripſi in de-
cre. ſtuduiſti. ſuper vlt. glo.
h Præſenti. ¶ Quam non habemus.
i Seruari. ¶ De archiepiſcopis dic ut de off. or. vt litigantes. lib. 6. De legatis
uero dic, ꝙ coram ſe bene citant per totam legationem. licet ultra duas die-
tas: ſi uero delegãt ipſi & ipſorũ delegati ſeruare dẽt decr. ſtatutũ. de reſcr.
li. 6. Adde, ꝙ delegatus habens ſub ſe plures prouincias, non põt trahere ho
minem unius prouinciæ ad aliam. Ita no. Ab. in c. nouit. in 3. no. de iud.
k Legatorum. ¶ Qui intelligantur quoad hoc legati: & de materia huius §. ſa
tis ſcripſi de foro compe. c. fi. ſuper glo. fi.

Romam veniat: ut ff. de leg. l. legato. Item qui in legationib. publicis uersati sunt, à ciuilibus muneribus & oneribus excipiuntur: ut C. de lega. l. 4. lib. 10. In transmarina autem legatione perfuncti, vacationem biennio habent: non tamen hi, qui de proximo obsequium Reipublicæ videntur exhibuisse: ut eo. tit. l. 3. Item præses prouinciæ fines prouinciæ excedere non debet nisi uoti soluendi causa dum tamen ei abnoctare non liceat: ut ff. de off. præsid l illud. ¶ In summa no. quod ad officium legati pertinet, ut in eundo facilem se præbeat: ita tamen, quod se contemni non patiatur, nec in ulteriorem familiaritatem prouinciales admittat. Nam ex conuersatione æquali contemptus nascitur dignitatis.[a] Sed nec excãdescat aduersus eos, quos malam causam fouere putat: nec precibus calamitosorum eum illachrimari oportet: & ita ius reddere debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat. Hæc legunt ff. de off. præsi. obseruandũ. Illicitas quoque exactiones & violentias prohibere debet: & ne potentiores humiliores iniuriis afficiant, ff. de off. præsi. illicitas. in prin. & §. neq; 4 dist. factæ. & 23. q. quinta. non frustra. † ¶ Vltimo consulo legatis, quod tam in citationibus, quam in confirmationibus, & in dispensationibus, & aliis formis, sequantur stylum Romanæ curię, qui super iure fundatur. in summa vero nota, quod quibusdam legatis plus conceditur, & quibusdam minus, quod ex suarum literarum patet inspectione: vt supra, uersiculo, nunquid legatus. in fine. Quid si literæ legationis indeterminatè loquuntur? Respon. plena est interpretatio facienda in eis: extra. de uerborum significatio. olim. de dona. cum dilecti. ff. de constit. princip. l. 1. Quædam tamen sunt, quæ non transeunt, quantumcunque sit legatio generalis: vt extra, eo. quod translationem. & j. §. nunc ostendendum. Illud etiam nota quod superueniente legato maioris auctoritatis, puta de latere, minoris officium cessat,
b quandiu ille præsens est: ut extra, eo. volentes.[b] extra, de priui. an-
55 tiqua. † Sed quid erit de causis inchoatis coram primo. Dic quòd ipse amodo se de illis non intromittet. Nam tutor gerere prohibitus, remotus esse intelligitur. ff. de suspect. tut. l. hæc enim. Sed an secundus superueniens de illis cognoscet? Respon. sic. ff. de iudi. si iudex. extra, de officio ordin. pastoralis. de eo qui mit. in poss. sess. causa rei seruan. cum uenissent. Argum. tamen contra: quia qui apud aliquem nomina edidit, apud alium cõsulem manumit
c tere non potest. ff. de off consul. l. 1. [c] Idem quoque erit de præbẽdis, quas minor sue donationi reseruauerat: quoniam secundus
d eas conferet. infra. §. proximo. versi. sed ecce. [d] Item si aliqua acta perficienda erant, ille perficiet. extra de fide instrumentorum. cũ
56 P. † ¶ Quid de causis commissis per primum ante secundi aduentum? Respon. non expirant commissiones, si iudices cęperant cognoscere. ar. extrà, eo. c. fin. j. §. finitur. Sed ad quem appellabitur ab illis iudicibus? Respon. ad legatum de latere, quasi ad successorem. Sed quis absoluet eos, qui excommunicati erant ante aduẽtum secundi? Respon. iste secundus de latere tanquam successor. Quid si lata sententia per primum secundus intra decennium superuenit? Respon. dicit Vin. non debere appellari ad secundum: quia pares sunt, licet primus factus sit priuatus 2. quęst. 6. anteriorum. §. fi. ar. tamen contra: quia secũdus de latere maior sit. extra,
e eodem, officij. [e] † Quid si primus extra prouinciam incidit in ca-
57 nonem latę sententię? Respon. potetit absolui à secundo de latere: quia primus inferior est illo, quo ad hoc. ar. extrà. c. excommunicatis. 21. dist. inferior. extra, de maio. & obed. cum inferior. Sed quid econuersò, Nunquid missus de latere poterit absolui à primo, qui non habet executionem? Et videtur quod sic, quasi se subijciat illius iurisdictioni. 2. quæstio. 7. nos si incompetenter. & quæst. 5. mandastis Contrà credo, vt in prædicto ca. inferior. Nec enim potest legatus de latere se subijcere alicui j. dominum papam: nisi in iudicio animæ, qui est casus exceptus: vt extrà de pen.
58 & re. c. fin. † ¶ Sed nunquid iste superueniens poterit corrigere & iudicare primum iam suspensum? Respon. sic, super his, in quibus excesserit tempore suspensionis: quia istius missi de latere est iurisdictio. Secus de his, quæ gessit ante huiusmodi aduẽtum. extra. c. studuisti. i. quia par in parem non habet imperium ff. de arb. nam magistratus. extra. de elec. innotuit. ¶ Sed an iste de latere aliquid potest mandare prius quàm ingrediatur prouinciam? Resp. videtur generaliter in quolibet, q non ff. de of. proconsl. l. obseruare. Sed si moram necessariam facit in via, nunquid potest præmittere legatum ad prouinciam, ad quam vadit? Et uidetur quod sic. ff. eo l. aliquando. j. §. nunc dicamus. in princi. Sed dic quòd prædicta lex non habet locum in casu, in quo loquimur quando videlicet alius legatus est in prouincia, qui non tenetur suspẽdere suæ legationis officium: nisi demum uiso legato de latere superueniẽte: nec etiam hoc casu ante ingressum in prouincia exercebit vo-
f luntariam iurisdictionem [f]. quod alias posset: vt in præ. §. nunc dicamus. imo primus iudicabit: & omnia faciet vsque in aduentum
g successoris, vel quasi. 8 ff. de offic. proconsl. l. meminisse. & valebit quicquid egerit, donec nouerit illum de latere aduenisse. vt eodẽ
59 ti. l. si fortè. † ¶ Sed pone q dominus papa primo legato commi-
h serat diuersas causas singulares, expresso nomine legationis: [h] & ipse ante aduentum secundi in illis processerat Apostolica auctoritate, non legati onis: nunquid post aduentum secundi poterit in illis procedere? Respõ. sic: extra, eodem, studuisti. extra, de off. deleg quoniam. de off. ord. ca. pastoralis. §. præterea. ¶ Item, quid si iste de latere se transfert ad aliam prouinciam sibi similiter commissam, in qua primus non est legatus: nũquid primus poterit re
sumere officij executionem & legationis, dum sic ille abest? Et videtur quòd sic: vt præd. Decre. volentes. ibi: quandiu legatus, &c. & ar. ff. de assess. si eandem. Sed dic cõtra nam legatus potest nego
60 tia vnius prouinciæ in alia tractare. ut extra, eod nouit. † ¶ Quid si iste de latere remanet, peractis negotijs legationis suæ: nunquid alius potest resumere executionem, vel vsum suæ iurisdictionis? Videtur q sic: quia alius uidetur cedere priuilegio. ff. de iud l. 2. §. omnes. Sed dic contra: nisi tempus certum esset sibi præfixum. extra de off. dele. de causis. Sed quid si secundus egreditur prouinciam animo redeundi ad illam? Dic q primus nequit vti iure suspenso: quia ille pro præsenti habetur: licet enim extra prouinciã iudicare non posset, tamen inde causas committere potest, & iubere sicut præses, qui prouinciam egreditur. ff. de off. præ. vrb. l. fi. Videtur tamen de mente iuris. quòd huiusmodi egressus non de
61 bet esse longe. ff. de off. præsi illud. infra §. finitur. in princ. † Quid si iste de latere existens in prouincia, concedit primo ut suum officium exequatur? Respon. hoc non potest: quia abdicando à se imperium non amittit. ff. de off. præsi. legatus. nisi hoc faceret sibi subdelegando: vt j. ver. sed an hoc. Quid si legatus de latere animo non redeundi mare intrat? Respon. alius poterit immediatè iure suo resumere exercitium suæ legationis, exceptis causis inchoatis per delegatos à cardinali. Quid de causis cœptis coram ipso cardinali, vel coram auditoribus curiæ? Respon. dici potest
62 quòd etiam illas finiet secundus. ŝ. versi. sed an seruus † ¶ Sed pone, q aura aduersa iterum reducat illum ad portum: nunquid primus tenetur ei cedere? Dixit Vinc. q si in breui rediit, debet illũ admittere: ar. de pœ. dist. i. diuortium. quia in ingressu Romæ deponitur imperium. ff. de off. proconsl. l. fi. Si autem longo tempore post rediit, finito legationis officio per longum exitum ad prouinciam, non videtur ex necessitate admittendus. ar. ff. de iudicijs si longius extra. de renun. c. ex transmissa. Vel dic ut j. § finit. ver.
i quid ergo. [i] Sed an hoc casu primus potest ei cedere, si vult obreuerentiam Apostolicæ sedis? Et videtur q non ŝ. ver. quid si iste. Vnde enim haberet iste iurisdictionẽ, si finita sit, ar. extra, de off. del. significãtibus. de pœ. dist. 4. quæris. versus prin. Vinc. contra & dicit quòd reuiuiscit ex eo, q recipitur. fingitur enim non recessisse, sed voluisse recedere: sicut quandoque quis nõ petijt, sed voluit petere: vt ff. rem ra. hab. amplius. Præterea in ingressu Romæ dicitur imperium deponere: vt ŝ. & ita ante ingressum id habet, licet non habeat executionem, cum non sit in prouincia: ut ff. de iud. venditor. § fin. sicut & primus legatus, qui ibi erat, præsente isto habuit imperium, sed non executionem, si ergo admittitur, poterit exercere.

ADDITIONES.

a Dignitatis. ¶ Facit 86. distin. quando. & quod ibi no. & extra, de Judęis. & si Iudæos.

b Volentes. ¶ Ibi ad literam notauit Vin. omnia quę sequuntur vsque ad fin. §. ut ibi etiam scripsi. in vlt. gl.

c Consulis. l. 1. ¶ De collega loquitur, non de successore: & tamen impedito primo, etiam collega id agit: ut ibi.

d Sed ecce. ¶ Ibi uide.

e Officii. ¶ lib. 6. Verum est q est maioris honoris & potestatis, quàm ille: sed non est maior illius, id est, super illum, cum utriusque potestas ab uno dependeat.

f Iurisdictionem. ¶ Sup. quo ad illam prouinciam, ex quo est ibi legatus, licet minor: & sic etiam intellexit Vin.

g Vel quasi. ¶ Hoc puto dictum propter illos duos dies, quibus deponit cingulum ante successoris aduentum. in Authen. de administ. in fi. coll. 7.

h Legationis. ¶ Sup. & proprio. alias non procederet quod sequitur.

i Quid ergo. ¶ Sub eadem alternatiua ibi hucremittit, sed iustior est istius causa, quia necessaria: illius uero uoluntaria. de quo ibi quæritur.

SVMMARIVM.

1 *Legatus quomodo possit beneficia conferre.*
Sedes Apostolica & legatus Apostolicus differũt, & in quo sit sedes Apostolica.

2 *Cardinalis legatus potest reseruare suæ dationi collationem prębendæ primo uacaturæ.*
c deamus. ext. de do. c. 2 licet sit arg. ꝺ, ff. de procu. l. ꝓcurator cui. c ¶ Itẽ si sit in causa, quæ immediate pertineat ad sedẽ Apost. forte melius faciet, si abstineat, nec de ea sine speciali mandato diffiniat, uel cognoscat. arg. ff. de off. procon l. nec quicquam. resp. 1.
58 †¶ Illud autem quæritur, vtrum prælatus vel exemptus, qui ex iuramento tenetur singulis annis limina Apostolorum uisitare, vt extr. de iureiur. ergo visitando legatum, securus erit? Respon. non. Limina enim Apostolorum ibi esse intelligitur, ubi est papa. vt 94. distinctio. legimus. prope fin. Apostoli enim illi sunt Petrus & Paulus. vt 12. q. 2. de viro. quorum papa est successor, ut extra, de homicidio pro humani. respon. 1. lib. 6 & aliud est sedes Apost. & aliud eius legatus, ut s. §. nunc tractemus. versicul. 1 sed nec legatus contra illius iuramentum sibi potest ad hoc terminum prorogare, vt s. ver. 24.

ADDITIONES.

a Legatus. ¶ Sup. non episcopus.
b Confirmare. ¶ Expeditum est quod potest de electio. si abbatem. 2. respon. lib. 6.
c Procurator cui. ¶ Obstat primo dicto de alie. nunc proxime de donatione. uide quod not. de off. uicarij. c. 2. in 4. glo. lib. 6.

Legatus quando & vbi ualeat suam iurisdictionem exercere.

SVMMARIVM.

1 *Legatus & cõfirmatus potest, etiam priusquam dioecesim ingrediatur, causas committere, exceptis hic expressis.*
2 *Præmittere debet legatus prius quam decretã sibi prouinciam ingrediatur, edictum de suo aduentu, exemplo Christi, qui præcursorem habuit.*
3 *Legatus iurisdictionem suam exercere non potest extra territoriũ prouinciæ sibi decretæ, quantum ad cognitionem uel diffinitionem causæ.*
4 *Beneficia conferre potest legatus, etiam extra decretam sibi prouinciam existens.*
5 *Potestas legati circa absolutionem excommunicatorum.*
6 *Intromittere se non potest legatus de sententijs ordinariorum suæ ꝓuincię.*
7 *Dictum illud, ꝙ legatus de latere possit dbsoluere excommunicatum causa uiolentæ manus iniectionis in clericum, intelligitur de leui iniuria.*
8 *Iniuria grauis, atrox & enormis, quæ dicatur.*
9 *Legatus de latere non solum potest excommunicatos absoluere, imo etiã absoluti ab alijs in casib. à iure concessis remittuntur ad eum, & remissis mandata iniungit, etiam si non sint de sua legatione.*
Legatus constitutus extra prouinciam sibi decretam existens, an poterit de consensu ordinari ad cuius diœcesim trãsit, absoluere excommunicatos propter uiolentam manuum iniectionem.
10 *Legatus an possit absoluere capientem se,*
Excommunicare an possit legatus extra prouinciam suam existens.
Excommunicatio causæ cognitionem requirit, sine qua ferenda non est.
11 *Legatus constitutus an possit absoluere subditos extra prouinciam delinquentes, qui reuersi petunt ab eo absolui.*
12 *Læso non tantum uerbalis satisfactio, uerum etiam pecuniaria est facienda per ladentem. & no. casum in quo impeditus lædens absoluitur etiam á legato de latere.*
13 *Excommunicare non potest legatus extra prouinciam existens, absq; licentia diœcesani: & hoc dicit papa.*
Denunciator & pronuntiator differunt.
14 *Delegati, qui ante egressum legati cœperunt uti iurisdictione, quomodo possint de causis cognoscere & excommunicare.*
15 *Legatus an poterit post egressum de prouincia intra annum exequi sententiam.*
16 *Iurisdictio legati prorogata, an expiret ipso reuocato, ubi etiam incepit de causa cognoscere.*

7.§. Nunc dicamus, quando & ubi suam iurisdictionem seu potestatẽ legatus valeat exercere Et quidem postquam ingressus fuerit prouinciam sibi decretam: prius vero non, nisi infirmitate impediatur, & res urgeat, ꝙ aliquã causam cõmittat. Item etiam priusquam ingrediatur, uoluntariã, sed non contentiosam iurisdictionem exercet: ut ff. de off. proconsl. l. & 2. respon. 1. & l. obseruare. § post hoc. & l. seq. Hodie tamen indistincte licere videtur, ut causas cõmittere possit: vt in Aut. col. 9. de collatoribus. §. ad hoc prohibemus. uersi. antequam ve-
1 rò. in penul. col. † ¶ Idemq; dici potest secundum dñm meum, a
a & Goff. b de electo confirmato, & præsertim consecrato: vt s.
b prius q̃ dioecesim ingrediatur, possit committere causas: excipitur tamen in prædictis legibus, vt nõ possit demandari ultimum supplicium, vel membri absciſſio: ergo nec secundum canones, clericorum depositio, vel perpetua amotio: Nam amotus dicitur abscindi: vt extr. de ex cess. præl. grauem ext. de deci. quamuis. in fi. & dixi. ꝺ. de iurisdi. iu. uer. sed canones. Patet ergo ex premissis, ꝙ legatus extra proninciam sibi decretam existens, potest causas in ea delegare: vt ff. de of. præ. vr. l. fi. quia hoc non requirit causæ cognitionem. ff. de off. proconsu. aliqñ. & l. solẽt. licet hoc ex imperio procedat: vt ext de off. deleg. pastoralis. Et hoc olim tãtum, quãtum necessariam moram extra prouinciam faciebat: vt ibi. Hodie vero potest, etiam si voluntariam: vt in præd. uersi. anteq; vero. Quidam tñ dixerũt, ꝙ qñ post ingressum prouinciæ ex aliqua causa exit, animo tamen redeundi, committere potest iurisdõnem contentiosam: sed priusquam ad prouinciam perueneri, non potest: vt in l. obseruare. § pe. quia etiam ipse illam nõ habet, quo ad exercitium. Vnde quod non habet, committere non potest: ut extr. de don inter uirum & vxo. cap. super. 1 que-
7. Daibertum. Nec etiam potest cogere recipere renitentem: ut extr. de offic. ordin. pastoralis. si tamen commiserit, & ingressus prouinciam ratum habuerit, quod fecit, valet tempore. & ui ratificationis tantum: vt in præ. l. obseruare. §. fi. sed hodie potest indistinctè committere etiam prius quàm prouinciam ingrediat, ut dixi. In ipso quoque prouinciæ, & cuiuslibet ciuitatis introitu debet legatus prouincialium mores seruare: ut in prealligata l. obseruare. § ingressus. & eod titul. l. si in aliam. & in Auth. col. 7.
2 de administratoribus §. illud autem. 12. distinc. illa. r† ¶ Recte autem faciet legatus, si prius quam sibi decretam ingrediatur prouinciam, edictum de suo aduentu præmittat, significans quando ingressurus sit: exemplo Christi, qui Ioannem suũ ꝓcursorem ꝑ-
c misit, c ut corda hominum ꝑpararet. Non tamen imprudẽter appetat populares cursus, & mundanos honores: sed nec ultro oblatos respuat iuxta decentiam sui status: quia & Christus super asi-
d nam taliter noluit honorari: d & præmissa denunciatione per eã partem prouinciæ ingrediatur, per quam alij legati consueuerunt ad instar proconsulis. Hæc omnia probantur in prælleg. l. obseruare. §. antequam. & §. seq. & §. recte. & in præ. §. illud autem. & iurisdictionẽ suam impedientes põt excõmunicare: ut s §. 1. uer. sed nunquid. Legatus autẽ egressus prouinciam, & reuocatus, licet sit priuatus quoad exercitiũ imperii, quousq; tamen portas urbis ingrediat, imperium non deponit. qđ dicut ꝺ. §. finitur. uer.
3 item quam citò. †¶ Et breuiter no. quod legatus iurisdictionem suam

ADDITIONES.

a Secundum dominũ meum. ¶ In summa huius tit. §. quando. & Gof. in uer. item legatus. & ita seruatur: dummodo si promoti sunt ꝑ Apo. sedem satisfiat extraua. Bonifacii, quę incipit, iniunctæ. scilicet ꝙ literæ promotionis exhibeantur: alias esset pœna administranti, & illum recipientibus ad administrationem. ut ibi.
b Et Goffr. ¶ In summa huius tit. post prin.
c Præmisit. ¶ Matth. 3. Ioan. 1.
d Honorari. ¶ Matth. 21. Ioan. 12.

suam exercere potest intra territorium prouinciæ sibi decretæ: non extra quantum ad cognitionem vel diffinitionem causę: vt extra. de offic. vicarij. capitul. penult. & ff. de iusti & iur. l. penulti. ff. de iurisdict. omn. iudi. l. fina. extr. de offic. lega. nouit. Nam & si vltra centesimũ lapidem egressus est, notio præfecti vrbis non est: ut ff. de off. pre. vrb. l. 1. §. initio. Potest tamen causas extra suã
a prouinciam existens delegare, vt supra. Item potest iudicare [a] in aliena prouincia de consensu eius, cuius est ipsa prouincia, argument. extra. de fide iusso. constitutus. in fin. & de auctoritate & vsu pal. ex tu arum. in fin. extra. de institutio. ex frequentibus querelis. per totum. 3. quæstio. 6. peregrina. & capitul. sequent.
4 & iunge. infra. versicul. sed nunquid legatus. † ¶ Potest etiã extra sibi decretam prouinciam existens beneficia conferre: vt extra de concess. præben. post elect. in parte decisa. secundum Io.
b & extr. de app. qua fronte. Item ea quæ sunt voluntariæ, non contentiosæ iurisdi. exercere potest extra prouinciam ff. de offi. proconsul l. 2. & l. obseruare. vnde legatus de latere põt de cõsuetudine excommunicatos propter manuum violentam iniectionẽ in clericos extra prouinciam existens absoluere: vt extr. de sent. excomm. ad eminentiam. ext. de offic. leg. c. quod translationem.
5 alias autem non: vt eod. titu. excommunicatis. † ¶ Circa potestatem autem absoluendi ab excommunicatione plenius est notandum. Nam legatus de latere cardinalis in prouincia sibi decreta existens, potest ex officio legationis absoluere delinquentes ibidem, siue sint eius subditi, siue non: sed aliunde ueniant, & ibi occurant, vel ad eum accedant: sed & extra prouinciam existens, siue ante ingressum: siue post egressum, prius tamen quam Romã ingrediatur: absoluere potest, vndecunque veniant occurrentes. Legatus autem constitutus intra prouinciam sibi decretam existens, potest subditos suos absoluere ratione domicilij & peccati, vel ratione peccati tantum: non dico ratione domicilij tantũ, ut j. versicul. illud etiam. Extra prouinciam existens non potest absoluere hos uel illos: quia priuatus factus est. ff. de off. præsi l. 3. Cæterum legatus natus, nec extra prouinciam suam, nec intra illam potest aliquos absoluere regulariter: nisi in illis casibus, qui omnibus aliis episcopis sunt cõcessi. Et hæc vera sunt, nisi primo, secundo, vel tertio, amplius per speciale priuilegium sit concessum. extra. de priui. porro. Hoc totum elicitur & probatur extra, eod. titul. excommunicatis. Et secundum hanc distinctionem intelligenda sunt iura illa, eod. titu. capitul. 2. & capitul. quod translationem & capitu. uolentes. & ext de senten. excommu. capitu. 1. in fin. & capitul. si uero aliquis. in fin. & capitu. sequen. & capitu. ea nosc itur. in fin. & capitu. de his. in fin. & cap. ad eminentiam & c. quamuis. Patet ergo ꝙ postquam legatus de latere egressus est vrbem, semper donec reuersus est ad illam, potest excõicatos absoluere: licet non habeat iurisdictionem, nisi in prouincia sibi decreta. Nam & proconsul statim atque egressus est vrbem, semp donec reuersus est ad illam, ubiq; insignia proconsularia portat, licet iurisdictionem non exerceat, nisi in prouincia sibi decreta: ut ff. de off. procon. l. 1. ¶ Quando autem dicitur legatum absoluere posse, intellige de excommunicatione, quam quis incurrit p̃ p uiolentam manuum iniectionem in clericum, seu in personam re
6 ligiosam: vt in præd. concor. & 17 q. 4. si quis suadente. † Nam de sententijs ordinariorum suæ prouinciæ se non potest intromittere, nec illas reuocare sine causæ cognitione, & secundum tramites iuris. ext. de sen. excõ. per tuas. de off. or. ad reprimendam de off. dele. cum contingat, sed nec extra fines suæ legationis. ut j. dicã ꝙ intellige de sententijs p̃ certam personam prolatis: secus autẽ est de sententijs in forma constitutionis in genere ꝓmulgatis: puta. Statuimus ꝙ quicunq; falsauerit chartam. uel iuseritad taxillos uel furtum fecerit, & huiusmodi, sit excommunicatus. Cum enim talis sententia potius iuris, quam hominis censenda sit: arg. 24. q. 1. c. 2. ext. de sen excom. à nobis. 1. & de app. reprehensibilis. respon. 1. legati à talib. sententijs passim absoluunt. Nam etiam à
c sententiis de iure scriptis absoluunt: ex quo eis specialiter nõ inhibetur, ext. de sententia exc. nuper. [c] De sententiis uero ordinariorum non suæ prouinciæ se nullatenus intromittat: siue cũ causę cognitione: siue intra suam prouinciam: ut in conco. quæ sunt
7 j. uer. sed nunquid potest. † ¶ Quod etiam dixi legatum de latere, uel alium ab excommunicatione, quam quis propter uiolentam manuum iniectionem in ecclesiasticam personam incurrit, absoluere posse, intelligendũ est in leui iniuria: & sic intelligenda sunt iura prædicta: quo casu episcopo interdicta est absoluendi potestas: licet ubi est leuissima, episcopus absoluere potest: ut extr. de sent. excom peruenit. & eo. titu. ni Decre. Innoc. IIII. extrauagan-
d ti, perlectis. [d] Si autem iniuria atrox, grauis & enormis sit, dicit dominus meus, quod nullus legatus tunc absoluere possit citra sedem Apostolicam, uel alium ab ea speciale super hoc mandatum habentẽ, nec hoc transit in generali legatione: ut in concor. positis. supra. §. nunc ostendendum. uersicu. legatus igitur. ibi: sed & si aliqua. Imo quando quis super hoc priuilegiatur in genere, vel in ſpecie, semper talis iniuria excipi consueuit: ut patet ext. de
senten. excom. si uero alicuius. respon. 1. in fin. & c. peruenit. & c cum illorum. §. 1. & 2. & c. relatum prope fi. & c. canonica. ergo secundum eum nec legato Apostolicæ sedis hoc licet in hoc casu ex generali legatione, nisi super hoc potestatem receperit specialem. Nam & potestas absoluendi potius ei competit ex cõmue tudine, quam de iure: ut in præ. c. quod translationem. & in hoc concordat Ioã de Deo, dicens legatum absoluere non posse mutilatores, uel occisores clericorum: ut in prædicto ca. cum illorũ. & 23. quæst. fin. si quis membrorum. & arg. 17. q. 4. si quis suadente. secundum sanum intellectum illius argu. tamen contra ext. qui cleri. uel uouen. cap. 1. ubi episcopus absoluit eum, qui diaconum uulnerauit. Sed dic, quòd ibi illud fecerit auctoritate Apostoli-
8 ca, & non sua. † ¶ Quæ autem dicatur atrox[1], & enormis & grauis iniuria. colligitur in præ. Decre. perlectis & c. cum illorum. institu. de iniur. §. atrox. de pœ. distinct. 1. aut facta. Hoc tamen præter homicidium, & membri mutilationem committo discreti iudicis arbitrio. ext. de offi. deleg. de causis. & not secundum papam in præ. c. cum illorum. In hoc autem inspiciẽdæ sunt conditiones personarum iniuriantis, & iniuriam passæ. & modus, & causa illatæ iniuriæ, & populi scandalum: ut 29. distin. sciendum. ext. de trã sa. c. si in fi. Dicit aũt quidam, ꝙ sanguinis effusio, etiam si ex capitis, uel brachij fractũ fuerit, nõ põt dici quoad hoc enormis iniuria, quod inde non sequitur mors, uel membri mutilatio, quod satis puto quoad legati potestatem. arg. ff. de ædil. edict. l. si is cui
e dens. alij contra. [e] Non solum autem potest legatus de latere excommunicatos absoluere: imo etiam absoluti ab alijs in casibus à iure concessis remittuntur ad eum, sicut & ad Apostolicam sedẽ:
9 vt in præ. Dec. ea noscitur. † ¶ Sed an tunc poterit mandata iniungere illis, qui non sunt de sua legatione, qui sic absoluti remittũtur ad eum. uidetur ꝙ si[2], quia cum possit eos absoluere, & per ꝯsequens eis mandare: ergo multo fortius absolutis poterit mandatum facere. argumen. 50. distinctio. accedens. ibi, & in hoc tuæ fraternitatis, &c. C. de episcop. & cleri. Authen. interdicimus. & hoc quidam tenent. Alij dicunt, quod ex quo absoluti sunt, cum amplius non sint in periculo, non remittuntur nisi ad papam, uel ad proprium legatũ, si in illa prouincia aliquis sit legatus. Quod enim legatus possit extra prouinciam sibi decretam absoluere, hoc inductum est propter periculum moræ: & mandata dare est accessorium absolutioni. Quamuis ergo ea dare possit accesso-
rie, non tamen principaliter poterit. Prius tamen dictum beni-
f gnius est: & satis per præd. Decret. ea noscitur comprobatur. [f] Et sunt hęc in argument. ꝙ legatus non potest dispensare cum illis, quos absoluit super irregularitate, quam administrando in suis officiis contraxerunt. quod dic vt j. §. consequenter. ver. quid si. ¶ Sed nunquid legatus cõstitutus extra prouinciã sibi decretam existens, poterit de consensu ordinarij, ad cuius diœcesim transit ibi absoluere excommunicatos propter uiolentam manuum iniectionem? Videtur quod non. cũ enim ipse ordinarius hoc non possit: vt extr. de senten excommunic. peruenit. non poterit alteri dare licentiam hoc faciendi: ut 1. q. 2. Dalbertum. extra, de donat. inter uir. & uxo. nu per. Quidam tñ dicunt, ꝙ potest: nam de consensu illius potest ibi pro tribunali sedere, & cõtentiosam iurisdictionẽ exercere. arg. extr. de app. Rom. & de foro cõp. Romana. lib. 6. & s. uer. & breuiter. Qd̃ satis admitti potest in subditis suis. Si enim potest ordinarius ei concedere, quod ibi subditos suos iudicet, & illum suum vicarium facere: multo fortius concedere potest de subditis ipsius legati. Melius tamẽ facit legatus, si extra
10 suã prouinciam hoc non faciat: vt 3. q. 6. peregrina. & si suis ter-minis sit contentus. extr. de sepul. c. 1. 24 q. 3. transferunt. † ¶ Sed quæritur, vtrum legatus possit absoluere capientem se? Ioan. no. 94. dist.

ADDITIONES.

a Iudicare. ¶ Inter subditos consentientes: quia extra territorium, &c. de cõsti. c. 2. lib. 6. & sic est in episcopis, saluo ꝙ hĩ in cle. de foro compe. quamuis & uide quod ibi not. in §. eisdẽ. in j. gl. Adde, an legatus in transitu possit dare mãdatum Apostolicum absoluto ab episcopo in casu necessitatis, quemadmodum & absoluere. Vide do. Abb. Sicu. in c. ea noscitur. extr. de sentẽt. excom.

b Secundum Io. ¶ Cuius dictum ponit G. eo. tit. nouit. ante fin.

c Nuper. ¶ Ad prædicta facit, quod scripsi de instit. ex frequentib. in fi. & de pœnit. graue. in fi.

d Perlectis. ¶ Quam hodie non habemus: & omnino uide qd̃ scripsi in præ. Decr. peruenit. super gl. Adde tu, ꝙ Ab. Sicu. tenet, ꝙ legatus possit absoluere in huiusmodi casu, in quacunq; læsione & enormi. in c. ad eminentiam & in c. quod de his. extr. de sen. excom.

e Alij contra. ¶ Vide quæ scripsi de sen. excom. ad eminentiam.

f Comprehenditur. ¶ Vt ibi scripsi in ulti. glo. licet hæc opinio sit benignior: tñ ꝛria uerior. Nec ob. dec eos. de sen. exc. lib. 6. cum tex. ibi non dicat, absolutum adire debere eum qui absoluere poterat: sed eum qui absoluere debeat ut ibi dixi.

94.d.fin.capitul.2.quod fic:vt extra, de senten.excommunicat. ad eminentiam.argiment.tamen contra:quia non debet esse iu-
a dex in propria iniuria.23.q.1.c.1 & 3.q.5.quia suspecti.respō.j a ¶ Sed nunquid pot st legatus extra prouinciam existens excommunicare? Dicēp non: vt extr.de offic.legat.nouit quia excommunicatio causę cognitionem requirit, sine qua ferenda non est. vt 2.q.1.nemo.& 11.quæst.3.nemo episcoporum. Vnde ferēda est à iudice pro tribunali sedente: vt 2.q.3.capitul. si quem pœnituerit.§.si quis.3 quæstio.3 capitu.induciæ.§.spacium. uersicu. à iudice. Sedere autem pro tribunali non potest in alterius prouincia,nec ibi aliquid disponere:vt in prædic.capitul.peregrina, 11.quæstio.j.si quisquam.& capitu.peruenit.ext.de paroch. nullus.9.quæst.2 episcopum.21.distinct. denique. ff. de bon.authorit iudi pos cum vnus.§.pen.Alij dicunt contra:vt 11.quæstio.3.
b si episcopus forte.b sicut Apostolus excommunicauit Corinthiū absentem extr.de appellat.cum sit Romana.in fin.11.quæstio.3. audi.9 q.3.capitul.fina.& hoc potest uerum esse secundum do-
c minum meum,c in notoriis.in quibus.causæ cognitio non requiritur.vt in proxi.conc.& extr.de iureiurand.ad nostram.3.de fil.
11 presbyter.quoniam.†¶ Illud etiam quæritur,vtrum legatus constituturus possit absoluere subditos suos,qui extra prouinciam suā deliquerunt: nunc vero ad illam reuersi.ab eo petunt absolui. Et videtur quod non, cum nequeat absoluere suos subditos extra prouinciam suam existentes,nec infra illam aliunde venientes:ut in prę.Decre.excommunicatis.argumen.contra:quia eius subdi-
d ti sunt, & in sua prouincia absolui petunt: vt in eadem Decre.Super hoc dixit dominus meus,d quod non potest: nam talis potest iudicari aliunde veniens, cum ratione delicti factus sit de foro eius, in cuius iurisdictione deliquit: ut extr. de foro compe.cum contingat.& capit fin C.vbi de crimi.agi oportet. Authen.qua in prouincia.C.vbi sena.vel da.l.j.3.quæst.6.ca.1. & ab illo potest excommunicari: vt ext.de rap.capit.primo.Hæc solutio probatur extra de sentent. excommunicat. officij. Quod euidentius apparet,si ponas duos legatos eiusdem generis,& subditus vnius in alterius prouincia delinquat.Nam indubitanter is in cuius prouincia delinquit, absoluere poterit. Et hac etiam ratione dici potest, quod aliunde veniens, & in sua prouincia delinquens, poterit per eum absolui: ut ff. de offic.præsid.l.3.versicul. habet. Alii uero dicunt, quod potest absoluere suos prouinciales extra suam prouinciam delinquentes.argument. decima.extra. quæst.prima.cap.placuit. i. Vnde secundum eos unus legatus absoluere poterit ratione domicilij,alius vero ratione delicti,secundum ea quæ not.in præ cap.placuit.sed secundum dominum
e meum e non est hæc mens Apostolica extra, eod.volentes. quia sic fines prouinciarum confunderentur:quod esse non debet: vt dixi.11.quæst.j.peruenit.& extra,de paroch.super eo argumen. tamen contra, quod in præmisso casu unus non possit sine reli-
f quo absoluere.extra, de sentent. excommunica. cum illorum. f
12 ¶ Quid si læsus legato de latere cardinali extra fines legationis occurrit,dicens.Domine non debetis hunc absoluere, nisi satisfactione præmissa: offero libellum: pero tantum pro iniuria mihi irrogata. Nam non solum verbalis, verum etiam pecuniaria est satisfactio facienda: ut probatur extra, de sentent.excommunic parochianos & ea notatur.17.quæst.4.si quis deinceps.nec tencor,nec uolo sibi remittere satisfactionem: vt legitur & not. 90.distinctio.si quis contristatus Quid faciet legatus? Non enim potest extra prouinciam sibi decretam causam hanc diffinire, neque ius dicere ff.de iurisdictione omnium iudi.l.fina. Super hoc
g dicit dominus meus,g quod debet scribere ordinario,ut iure suo hoc audiat, & diffiniat uice legati, excommunicatū absoluat, vel si periculum sit in mora, statim illum absoluat:ut ext.de sententi.excomm.sacro.Et mandabit illi,ut ad arbitrium ordinarij satisfaciat: alioquin in eandem excommunicationem illum reducat: sic enim curia seruat.Quid si legatus existēs in prouincia sua aliquem excommunicauit:nunquid postquam est illam egressus poterit illum absoluere? Dic quod non. Nam exeundo prouinciam priuatus est dignitate.ff.de offic præsid.l.3.& statim expirat eius iurisdictio.ext.de offic.legat.nouit.& capitu.final.absolutio enim causæ cognitionem requirit,ut dixi.quod verum est,quando exit prouinciam reuocatus, & animo non redeundi: alias secus.Non enim videtur diuertisse, qui incontinenti reuertitur: ut
13 j.§ proximo,versi.2.Papa dixit,quod si legatus exit, etiam non animo deferendi legationem, non tamen poterit extra prouinciam existens excommunicare sine licentia episcopi diœcesani: sed cum illa sic: vt s.uersicul.sed nunquid potest.& uersicul. sed nunquid legatus.Potest tamen absoluere, ubi suum errorem recognoscit sine causæ cognitione,propter periculum excommunicationis.argumen.extr.de sentent.excommunic sacro.§.si uero iudex. Si autem aliquem denunciasset excommunicatum propter uiolentam manuum iniectionem,potest bene egressus prouinciam illum denunciare.Nam denunciatio non ligat. extra, de appella.pastoralis.& de senten excommunic. cum non ab homine.& capit.sequen.denunciator enim non est pronunciator,sed est latæ sententiæ declarator.extr.de elect venerabilem. §. obie-
h ctioni,de appel nouit.h ff.de test heredes in fin.extr.de testi.co-
14 gen preterea.§.fin.†¶ Delegati autem ab eo post eius ingressum possunt excommunicare,& absoluere, & de causis cognoscere, si cœperunt ante egressum illius uti iurisdictione.extr.de offi.ordin.capitu.fina.ab eis appellabitur ad papam, uel ad successorem illius legati. Causam vero à se inchoatam non finiet legatus post egressum,sed successor ipsius,uel papa, qui intelligitur eius successor,ex quo alium non dat.ff.de iudicijs.mortuo.ext.de eo. qui
15 mit.in pos.cum uenissent.extra,de offic.ordin.pastoralis.†¶ Sed an poterit legatus post egressum de prouincia intra annum exequi suam sententiam? respon.non, secundum premissa: nec est contra,extra,de offic.delega. quærenti. quæ loquitur in delegato. legatus autem ordinarius est: vt supra, § supereſt versicul. quid de sententia. Alij autem dicunt idem iuris esse in delegato, & in legato. argument. in præ.Decret.pastoralis § 1.quod uidelicet vterque post sententiam retineat iurisdictionem intra an-
i num.quod non puto: i quia legatus exeundo prouinciam sibi de putatam animo non redeundi, nullam retinet iurisdictionem, imo fit priuatus, ut dixi. Dominus meus dicit, quod ordinarius potest exequi sententiam legati,de qua nullum est dubium:& coram eo proponi poterit actio iudicati.argument.ext.de offic legati.capitul.1.& de offic.ordina capitul.significauit.de foro com-
16 peten.postulasti.ff.de re iudica a dino. †¶ Sed pone, quod non subditi,uidelicet de aliena prouincia super quæstione, que inter eos uertitur,iurisdictionem legati in se prorogant,& legatus incipit de illa cognoscere:nūquid eo reuocato talis iurisdictio prorogata expirat? Idem etiam quæri potest de episcopo, cuius iurisdictio prorogata est:si ipse postmodum ad aliam ecclesiam trāsferatur. Et uidetur ꝙ duret iurisdictio prorogata ex quo incœpit ea uti priusquam ordinaria finiretur, argument. extr. de offic delega.gratum.& capitu.licet. potius enim videtur fuisse electa persona, quæ supereſt, quam iurisdictio, quæ defecit. argument. extr. de offic.delega.capitulo primo & de offic.deleg. capit. fina § his autem.ad fin extr.de arbit.ex parte.§.fina. & capitul.à nobis.extra,de test.requisisti.ff de leg.3 si quis concubinam.§.penulti.argument.contra: quia iurisdictio ordinaria erat principalis: prorogata vero accessoria.Pereempta igitur ordinaria uidetur perimi subrobata.ff.de regul.iur.cum principalis. ext. de electio.qualiter.ad fin & de fide instrument.inter dilectos. §. cæterum.in fi.Ad hoc facit j.q.j.cum Paulus.63.distin.quorum vices, in fi.25.q.2.c.fi.ext.de app.cum cessante cū concor.ff.de public.l. si ego.§ idem ait: si ædibus emptis.de usufr.l.si à Titio,ad fi.Pro & contra etiā facit ff eo l.item si fundi.§ huic uicinus.ff. de uerb. obl.l.inter stipulantem §.factam.¶ Super hoc no.dns meus extr.
k de offi.lega.nouit.k quod iurisdictio dignitatis prorogata, suppreſso proprio nomine legati uel episcopi, omnino expirat quātum ad personam iudicis prorogatis:ille enim ad successorem trāsmisit:vt extr.de offi.ordi.pastoralis.§.i.prope fin. Si autem fuit proprium nomen eius expressum:tunc videtur ꝙ eum iurisdictio sequitur prorogata.arg.ff.quib.mo.usufr.amit.l.quid tamē. j, resp, nisi propter crimen uel aliam causam famosam remotus sit, quæ ipsum ad iudicandum inhabilem reddit:ut 3.qu.7.iudicet. extra, de referip.scifcitatus. Sed contra hoc ultimum membrum facit, quia prorogari non potuit iurisdictio proprio nomine expresso tacita dignitare: quia non tanquam Petrus uel Martinus iurisdictionem habet,sed solum ratione dignitatis, & priuatorum cōsensus eum iudicem non facit,qui nulli præest iurisdictioni:ut ff. de iud.

ADDITIONES.

a Respon.j. ¶ De legato cardinali,tene quod dicit dec.Felicis.de pœnis. lib. & de non cardinali tamen episcopo,tene quod habes in cle.de pœnis. si qs suadente.in nentro istorum obstat contrarium:quia cum nullus absoluatur nisi hoc petat.11.q.3.plerunq;.& c.cum aliquis.de eo qui dux.in ma.significasti.petens per eum absolui, consentit eum esse iudicem. & sic cessat suspicio.de re iu.inter.cum conc.

b Forte. ¶ Ad hoc capitulum & rationem sequentem,respō de ut scripsi in decre.præ.nouit.super gl.j.

c Secundum Dominum meum. ¶ Eo.tit.nouit.ut ibi scripsi, super j. gl.

d Dixit dominus meus. ¶ In Summa eodem,tit.§.pen.

e Secundum dominum meum. ¶ In Summa eo.tit.§ pen.

f Illorum. ¶ §.si uero.sed de religiosis loquitur,qui fortius adstringuntur abbati,quam prouincialis legato. Item l.. le quod ibi dixi post Host.super secunda gl.

g Dicit dominus meus. ¶ Qui hoc no.eo.ti.offici j.lib. 6. & uide quod ibi scripsi super gl.tria genera.

h Nouit. ¶ Item scripsi hoc eodem tit.nouit.super fin.primæ glo. secundum Goff. Iac.& Host.

i Non puto. ¶ Idem Inn.ut scripsi eo.tit.nouit.super prima gl. ubi etiam in uenies id.quod sequitur.

k Nouit. Vbi uide in gl.quid sit.

de iudic. l. 1. & 2 in princip. extra, de foro competen. significasti. C. de iu. om. iud. priuatorum. De hoc j. de compe. iud. additio. §. j. versicul. quid si duo. Vltimo nota, q̃ legatus in pluribus prouincijs potest causas vnius prouincię in alia tractare: ut extra, de offic. leg. nouit.

Potestas legati, seu eius iurisdictio. qualiter finiatur.

SVMMARIVM.

1 *Legatus a principe, si exierit, non debet absque speciali mandato redire.*
2 *Legatus generalis missus ad aliquam prouinciam, si papa moritur eo exercente iurisdictionem, an ulterius poterit de causis cognoscere.*
3 *Concessio papæ de pumēdo abusores literarum Apostolicarum, an expiret moriente papa.*
4 *Legatus non est admittendus absque literis legationis, nec cum alio signo missus, tanquam legatus est habendus.*
5 *Vacante sede Apostolica, an cœtus cardinalium reuocare possit legatos a papa.*
Minor aliquando reuocat factum maioris.
6 *Legatus de latera si facit constitutionem de non recipiendo beneficium ecclesiasticum, nisi cum residentia sub pœna excommunicationis, an cōtra facientes teneatur: uide casum Metropolitani.*
7 *Princeps mittens posteriorem legatum ad aliquam prouinciam, non uidetur prohibere priorem.*
8 *Legatio præterito debetur reuerentia in memoriam pristinæ dignitatis.*

8. §. Finitur autē legati iurisdictio quatuor modis principaliter. ¶ Primo tempore, quando videlicet ad tempus datus est. argument. ff. de arbitr. l. si cum dies. §. si intra diem. & extra, de offi. deleg. c. de causis. ¶ Secundo reuocatione, ex quo uidelicet reuocatus, vel alio modo prouinciā egreditur non reuersus. ff. de offi. præsi. l. 3. §. 1. respon. 1. extra, de offi. leg. nouit. & c. fi. ff. de iudicijs. l. iudicium soluitur. & tunc finitur legatio quoad se, sed non iurisdictio in causis cœptis per alios, quibus eas delegauit: & intellige causas cœptas esse per solum citationis edictum: vt extra, de offic. leg. gratum. C. de liti. Authen. a litigiosa. a Causas autem inchoatas per se, uel per auditores curiæ suæ perficere nequit, postquam reuocatus uel egressus est: cum desinat esse legatus. & factus sit priuatus. argumen. ff. de suspe. tu l. hæc enim. argu. tamen quod etiam egressus retinet iurisdictionem, licet eam exercere non possit. §. §. superest. versicu. sed pone quod iura. & seq. sed si egreditur: vt statim reuertatur, iurisdictio intermittitur, non finitur. Et secundum hoc intellige. ff. de offi. præfect. vrb. l. fi. & extra, de offi. leg. c. fin. & capit. excommunicatis. Nec enim uidetur egressus, qui statim reuersurus est. ff. de diuort. l. diuortium. quæ est de pœn. distinct. 1. & ff. de in rem verso. l. si pro patre. §. si domini. & extra, de uerbo. significa. nam & ego §. §. superest. versicu. sed quid si secundus. Superflua ergo videtur indulgentia, quam quidam legati obtinent: vt si contigerit eos propter aliquam causam exire prouinciam suam, reuersi ad illam possint hoc non obstante legationis officium exercere argumēt. tamen quod sit necessaria, in qua etiā nota. supra, § superest. uersi. item præses. † Sed si uocatus à principe exierit, non debet absq; speciali mādato redire. Quid ergo si legatus reuocatus forte, vel ob aliam causam, prouinciam egreditur animo non redeūdi: sed audita morte papę potius uult in loco pascuæ manere, quam ad sedem Apostolicam redire: nunquid poterit ad prouinciam redire, & ibi legationis officium reassumere? Responsio patet ex premissis, quod non: nam egrediendo illam animo non redeundi, priuatus est dignitate & exercitio iurisdictionis. ff. de offic. præsid. l. tertia. supra. § nunc dicamus. versicul. quid si legatus. uel dic ut supra. §. superest. ad fin. versicul. sed pone quod iura. & sequen. ¶ Tertio, ex quo aliquod negotium retulit ad Apostolicam sedem, quoad illud negotium eius iurisdictio est finita: vt §. nunc ostendendum ver. 33. vbi etiam alij modi ponuntur. ¶ Quarto morte ipsius legati, uel illius, qui eum misit: & hoc quā do personalis est legatio, secundum dominum meum, extra, de præsumpt. mandata. non tamen, quoad causas cœptas: ut in præ. Decre. gratum. & eod. titu. relatum. quia quoad illas remanet legatio, non obstante morte mittentis: si autem ratione dignitatis competit legatio, tunc morte alterius non expirat, ut extra, de 1 offic. lega. capitulo, primo. † Pone ergo, quod legatus generalis missus est ad aliquam prouinciam, eo ibi exercente iurisdictionem, papa moritur: quæritur vtrum ulterius poterit de causis cognoscere, per appell. uel per simplicem querelam? Et uidetur ex b præmissis, quod non. Super hoc not. Ioan. de Deo in quæst. suis. b quod poterit, ex quo in uniuersum incœpit uti sua iurisdictione: sicut alias dicitur in iudice dele. in cuius commissione continetur clausula illa, quidam alii, & rebus aliis. quia si quoad expressa viuente mandatore perpetuatur iurisdictio: & quoad cōtenta sub prædictis clausulis intelligitur esse perpetuata: ut legitur & no. extra, de rescrip. pastoralis. Goff autem nota. in summa sua, eod. titu. id quod do meus supra versicul. proxi. dixit, quod videlicet morte mādatoris expirat legationis officium, nisi quo ad causas cœptas. Papa uero not. extra, de offic. lega. licet. quod iurisdictio legatorum Apostolicæ sedis, & etiam aliorum durat etiam post mortem eius, qui eum misit: & hoc puto simpliciter verum esse: & sic seruari videmus, argument. extra, de in integr. restitutio. capitul. cum ex literis. prope princip. ibi: officium legationis denuo, &c. secundum quod dictio illa denuo, determinat verbum illud commisit, quod ibi sequitur Et enim legatus Apostolicæ sedis, ut patet in omnibus iuribus de hac materia loquentibus, & illa nunquam moritur. ut 12 quæst. 2. liberti. 12. Hoc hodie expeditum est per constitu. Clementis papæ 1111. eod. titul. c ex parte. c vbi dicitur, quod legatus ordinarius est, sicut & procō sul, & alii prouinciarum rectores: unde non expirat obitu mandatoris. Idem etiam uidetur secundum Vincen. d in quolibet cui d causarum vniuersitas in genere commissa est, vt morte mandatoris eius iurisdictio non expiret: ut ff. de iur. omn. iudi. & quia.
3 ¶ Sunt hæc in argumen. ad quæstionem illam, de qua peritos dubitare uidi: si papa concessit alicui, quod posset punire in sua diœcesi, uel prouincia abusores literarum Apostolicarum: utrum mortuo ipso papa concessio huiusmodi expiret? Et sunt in argumen. quod non. Ad idem extra, de concess. præben. quia cunctis. quod indubitatum est quoad causas cœptas: ut §. argument. contra. j. §. videndum. versicul. quid si is cui. e Sed quid si papa mittens legatum prius moritur, quam legatus intret prouinciam sibi decretam? Videtur quod expiret legatio: argument. ff. de offi. f proconsu. l. 4 §. fin. quod uerum credo. f argumen. tamen contra
4 extrà, de electio. in causis §. fi. extra, de offic. deleg. gratum. † Sed pone de facto, papa de consilio fratrum suorum misit legatum ad partes vltra marinas, & in Franciam, signo crucis ei dato: de legatione tamen transmarina nulla litera facta fuit. Dum intrasset regnum Franciæ, & cœpisset uti legationis officio, præiudicādo crucem, homines cruce significando, & aliis modis, mortuus est papa: quæritur, vtrum saltem quoad terram ultramarinam, legatio expiret? Et videtur quod sic: quia quoad illam res est integra. extra, de offic. delega. gratum. & capitul. licet institu. man. §. recte. & quia sine litera delegationis non est admittendus tanquam legatus: ut §. §. superest. versicu. quid si legati. & versicul. sed nunquid sufficit. argument. contra, quia non est res integra, cum iam legatus sit cruce signatus, & se pparauerit ad transfretandum. C. de inoffi. testamen si pater. ff. de condi. causa data. si pecuniam. & l. dedi. Legatio enim Franciæ, qua usus est, præparatoria est ad aliam. argumē. ff. de procur. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. vel ei connexa argument ff. de nego. gest. eum actum. ff. de minor. etiam si parte §. 1. Hinc est, quod legatus in pluribus prouinciis negotia unius prouinciæ potest in alia tractare: ut extra. de offic. leg. nouit. Præterea hoc non uideturr simplex mandatum, sed potius iussio siue præceptum, quod etiam re integra non expiret: ut in Authen. coll. 9. ut nulli iud. §. ad hoc vero iubemus. §. fi uero etiam præcepta. Et hanc sententiam dog minus meus amplectitur: ut not. in pred. Decret. cum ex literis. g
5 † ¶ Sed nunquid sede Apostolica vacante, cœtus cardinalium potest reuocare legatum à papa missum? Vt q̃ non. ar extra, de ma. & obe. cum inferior. ff. de minor. l. minor magistratus. Cum enim à papa de pſilio cardinalium missus fuerit, necesse est, q̃ ab omnibus reuocetur, arg. extra, de regulis iur. c. j. ff. de pac. l. ab emptione. Expectetur ergo successor: ut extra, ne se. ua. c. 1. ar. contra, extra, de ma. & obe. his quæ. & c. cum olim. super hoc not. dominus h meus, h q̃ reuocare potest ex magna & euidenti causa, non aliter. Bene enim reuocat aliquando minor factum maioris. 50 dist. accedens. i Item aduentu legati maximæ auctoritatis, cæteri suspendunt. extra. c. uolentes. ergo multo fortius aduentu papæ: ut extr. de priuile. antiqua. §. dñicæ De quo dic plene, ut §. §. superest. uersicul. illud etiam. & uersicu. sequen. Item quam cito portā Romæ ingreditur, imperium deponit, & non prius: sicut nec procōsul. ff. de offic. proconsul. l. fi. j. respon. non tamen imperare potest, nisi in prouincia sibi decreta, quantum ad exercitium. ut eo. titul. l. j. & fi. Nam extra prouinciam existens & reuocatus, priuatus est, quoad

ADDITIONES.

a Litigiosa. ¶ Fuit quæstio disputata, quid si citatio prius fuit commissa, sed post facta. quam possit eo. tit. c. vlt. in ult. gl.
b Quæstionibus suis. ¶ Lib. 1. q. 2.
c Ex parte. ¶ Quam habes. quoad mentem, eo. tit. c. 2. lib. 6.
d Secundum Vincen. ¶ Eo. tit. relatum.
e Is cui. ¶ Vide quod ibi dicam.
f Credo. Contrarium no. e. ti. c. fi. lib. 6. in gl. pen. contraria autem, quę sequitur inducit ad id, quod res non erat integra.
g Literis. ¶ Ibi scripsi super uerbo. denuo.
h Notat Dominus meus. ¶ Vbi s.
i Accedens. ¶ Hodie non possunt, per cle. de ele. ne Romani. uer. irritum.

quoad exercitium imperii, vt s. ver. quid ergo. Vidi tamen dominum Rodulphum bonæ memoriæ. Alban. episcopum de legatione Apuliæ redeuntem, cum intraret ciuitatem Viterbiensem, ubi dominus papa Clemēs erat præsens, per vias, & uicos populo benedicere: cum tamē ibi Roma sit, ubi papa est: vt 93. dist. legimus. prope fin. sed illud fit de consuetudine, vel mandato domini papæ potius, quam de iure. Quamuis autem prædictis modis finiat legatio, statuta tamen per legatum facta perpetuo durant. s. § re
6 stat. ver. potest etiam. † ¶ Sed pone, legatus de latere facit constitutionem, quod nullus reciperet beneficium ecclesiasticum, nisi ibi faceret residentiā personalem: alioquin dans & recipiens ipso facto esset excommunicatus: constitutio tamen non fuit in scriptis redacta: processu temporis, postquam legatus exiuit prouinciam, metropolitanus eiusdem prouinciæ fecit se eligi in canonicum cuiusdam ecclesiæ contra constitutionem legati: quæritur vtrum sit excommunicatus? Ioan. de Deo notat in quæstionibus
a suis, [a] quod sic: si is audiuit, vel aliquo modo scinit constitutionē
b promulgatam fuisse. extra, de post. præla. c. j. [b] ar. contra: quia sententia excommunicationis ferenda non est sine scriptis: extra, de treu. & pa. c. 1. extra, de senten. excom. c. cum medicinalis. resp. j. Item episcopi & superiores non incurrunt sententiam suspensionis generaliter prolatam, nisi expressim in sententia nominentur secus in excommunicatione. ext. de senten. excom. c. quia periculosum. lib. 6 ¶ Sed nunquid legatus de latere, seu etiam constitutus, potest renunciare legationi, & recedere de prouincia sibi cōmissa, & redire sine licentia illū mittentis? Respon. non. ff. de oriju. l. 2. §. & cum placuisset. Nam & legatus Cæsaris abdicādo se nō amittit imperium: ut ff. de off. præsi. l. pen. & ar. in concor. positis, s. §. nunc ostendendum. versic. 21. & 6. q. 3. deniq; 3. 17. q. 7. Gonsalus. imo punitur voluntariè deserens [c] ut ff. de legationibus. l. j. vn
de quidam legati ad cautelam indulgētiam obtinent, ut peractis
c negociis sibi impositis [c] possint redire alia licentia nō petita. iuxta
d illud, [d] Tempus est ut reuertar ad eum, q me misit. ¶ † In summa
7 notandum, quod princeps mittēdo posteriorem legatum ad aliquam prouinciam, non videtur prohibuisse priorem ar. 25. q. 2.
e in Galliarum prope fin. [e] & argu. ff. de leg. l. 2. §. cessatio. sicut alias simile contigit in duobus tutoribus: vt C. de testa. tu. l. 2. Secus autem est in procuratore: ut ff. de proc. si quis cum procuratorio. §. fi & ext. eo. ti. non iniuste. Ad idem ext. de off. deleg. pastoralis. §. præterea. sed nec legatus reuocatus deponit imperium, & officiū legationis: nisi velit prius, quod ei substitutus prouinciam ingrediatur: vt ff. de off. procō. meminisse. resp. 1. ff. de off. præfe. Aug.
8 l. vnica. † ¶ Item nota quod ei, qui semel fuit legatus, semper reuerentia debetur in memoriam pristinæ dignitatis. hinc est quod cū, qui prouinciæ gubernaculis comes primi ordinis esse meruit uicariæ dignitatis, post depositā administrationē priuilegio frui oporter: ut C. de comitibus qui prouinciam regunt. l. vnica. li. 12. cum suis concor. & ar. ext. de foro compe. ex parte. in fi. & de eō qui resig. episc. c. 1. de transla. episc. inter. Nec est omittendum, q defuncto uel reuocato legato successor eius in legatione, uel dominus papa tenetur beneficiare & remunerare seruitores, & socios legati, quos ille non remunerauit. arg. ff. de off. assess. diem, ubi dicitur, diem functo legato Cæsaris, salarium comitibus resi-
dui temporis debetur. & ar. 12. q. 2. hæc huius placiti. & c. quicunque suffragio. & c. seq. Et iunge hic quod not. s. §. nunc dicamus. ver. quid si legatus. & seq.

ADDITIONES.

a Suis. ¶ Lib. 1. q. 3.

b c. j. ¶ Hanc quæstionem plene videas super regula, nemo pōt. de reg. iu. lib. 6. & ibi in fi. respondetur ad sequens primum contrarium, secundū non ob. ut ibi in contrario no. in gl. secus.

c Impositis. ¶ Quandoque limitatur tempus: puta post annum. & sic habuit dominus Tornacen.

d Illud. ¶ Tobiæ 12. ad fin.

e Propefi. ¶ Vbi idem no. Io.

¶ Bald. de Legato.

LEGATVS Potest punire eos, qui in eum, uel suā familiā delinquūt, in §. legatus. ver. sed nunqd. G. quia quasi honor papæ legato, seu proconsuli eius debetur: & non aliter creditur iudicaturus, p luce suæ sapientiæ. l. 1. ff. de off. præfe. prēto. Vide de hoc in l. fundi per Bar. Item quia iste non habet superiorem nisi principem. quē adire difficile est, cum procul mittantur. Item isti non habent tps determinatum: & ideo pro ppetuis sunt habēdi. ff. de excus. tuto. l. iurisperitos. Secus in præside prouinciæ, qui eligitur ad tempus taxatum. ff. de iurisd. om. iud. in l. qui iurisdictioni. ff. de off. præsi. l. senatus consulto. cum si. Econtra si sua similia delinqt, possunt eā punire, si sunt perpetui officiales. Secus in tēporalib ff. de pœnis. l. si quid forte. §. si quos. nā qui dicit q possit cōdemnare, dicit q possit absoluere. Sed hoc est inconueniens: quia esset fortè minus gratiosum. Bal. ¶ Legatus non pōt ordinem in diciorum immutare, in §. superest. ver. sed nunquid. G proceden-
do vel ꝓmittendo. vide j. eo. ver potest legatus statuendo. sic. l. 1. ff. de fer. Potest ad legatū papæ appellari, omissis medijs. uer. illud aūt. G. ¶ Quando legatus facit illud quod non est de natura legationis ꝓmissæ, sed est de speciali priuilegio suę personæ, vt de dispensando, vel similia: oportet q appareat hoc sibi fuisse concessum p tenorē lrarum dñi papæ. in uer. ꝓsulo. Igitur sufficit, q in literis cardinalium tenor papalis ꝓcessionis inseratur. ar. ff. de admin. tut. l. chirographis. in prin. j. e. §. vers. credit quoq;. G. ¶ Potest legatus perpetua statuta facere in prouincia sibi decreta. ver. pone
ēt G. potest etiam perpetuo inhabilitare cui pa saggerente. Sed ex
mero animi motu, & extra ordinem, durante sua legatione dūta
xat. ver. sed nunquid potest. G. vide s. e. §. 2. & j. e § pen. De re cō firmata per papam inferior non cognoscit sine speciali mādato: vt no. c. fi. de consue. lib. 6. in nouella. Quam potestatem habet legatus circa interdicta. ver. utrum legatus. & versi. seq. G. legati debent sequi stullum curiæ: ga stullus fundat ꝓper iure, vel iuris interpretatione. e. §. ver. vlti. ꝓsulo. ¶ Vnus legatus factū alterius pdecessoris ēt minoris auctoritatis prosequit, & exequit. uersi. sed an secundus. G. ¶ Legatus ante ingressum prouincię, nil mādare pōt, si est ibi alius legatus: vers. sed iste G. ¶ Licet legatus de una prouincia vadat ad aliam, in qua habet eandem legationē: tamen potest negotia vnius prouinciæ in alia tractare & iudicare. ver. itē quid si iste. G. ¶ An legatus possit beneficia conferre, uel suę collationi reseruare, & de eius auctoritate receptis, & qui potiores in præbendis habeantur. § nunc tractemus. G. ¶ Papa est ipsa sedes Apostolica, non dico persona Vrbani: sed ipsa dignitas sibi annexa: reseruata autem collationi sedis, si pertinent ad legatum de latere. ver. sed nunquid potest. G. vide j. e. § sibi. ¶ Auctoritate legati potest rumpi numerus etiam, iuramento taxatus. G. quoad robur receptionis, non quoad excusationem periurij, etiamsi papa confirmauit taxationem. Et addit non valere, si cōtra fiat. uer. sed & si. G. Nam decretum confirmationis in fauorem eorū appositum, habetur pro priuilegio, cui pōt renunciari. arg. no. C. de test. l. omnium. not. B. ¶ An processus legati expiret, expirante legatione: ver. curiales. G. ¶ In literis beneficialibus nomine consuetudinis, præscripta tantum significat: ut no. in c. vlt. de cōsuet. in cle. Consuetudo, quæ dat alicui prębendam, videtur sibi dare licentiam possidendi: ut no in d. c. vlti de consuet. in cle. Inhibitio habet uim suspensionis: & ideo ordinarius interim non con ert
e. §. uer. fin. G. De constitutione execrabili, quæst odiosa, & non habet locum nisi in casib. ibi expressis. e. §. vers. ille. G. ¶ Quæcunque sunt reseruata papæ uel sedi, sunt interdicta legato, & sunt expressa, ut in §. nunc ostendendum. G. ¶ Legatus potest unire ecclesias inferiores eiusdem diœcesis & diuersarum, sine præjudicio iuris episcopalis. ver. vero. G. ¶ Clausula, Supplentes de plenitudine potestatis, excludit defectus solennitatis, non inhabilitatis, vel natiuitatis, uel alios naturales defectus. uersi. & nota q si clausula: Quod est no. dignum. ¶ Legatus potest omnia, quæ possunt episcopi, patriarchæ, & cæteri de iure & de cōsuetudine: tā multum ardua non debet inconsulto principe determinare: licet nō sint p casum legis papæ reseruata ver. legatus generaliter. G. hæc enim quæ sunt quasi paria, reseruata per similitudinem, pro reseruatis habentur. Nota ergo, q prælati tenenē seruare bonas consuetudines locorum. ff. de offi procōs. l. obseruare. & l. sin aūt. Bal. ¶ Vbi est papa, ibi sunt limina Apostolorū. uer. illud aūt. G. s. quodam intellectu. ff. de reli. l. ossa. vide s. in §. papa. Bal. ¶ Qā legati possunt absoluere. in §. nunc dicamus. ver. breuiter. & multis. uer. seq. G. ¶ Vtrum sicut unus potest condemnare ratione originis uel domicilij, alius ratiōe delicti: ut l. j. C. ubi de crimine agi oportet. ita econtra absoluere. uer. illud etiam quærit. §. nunc dicamus. & sentit quod non. G. ¶ Verbum sum, es, est, significat originem, indefinitè prolatū. C. de excusa. tutorū. l. testamento. & no. ¶ An iurisdictio prorogata in legatis expiret vna cum legatione? uersi. sed pone, quod subditi. G. ff. de capi. dimi. l. tutelas. Cy. ¶ Legatus est ordinarius, & non expirat eius iurisdictio per mortem papæ: sicut nec episcoporum iurisdictio, uel præsidū. Sed quid de singulari commissione facta episcopo de aliquo reseruato papæ, an in hoc est ordinarius? quod credo, si commissio esset facta dignitati secus si personæ. §. finitur. uersi. sed pone. Sed si ista commissio esset facta non habenti territorium, iste esset delegatus, secundum Iac. But. ¶ Sed quid si commissio discrepat à iure communi in ordine procedendi: puta ꝓmittitur episcopo causa suorū subditorū quæ erat ordinaria, ut summarie cognoscat, & sine debito decidat: dic q in cognoscēdo erit delegatus sed in iudicādo erit ordinarius: quia quātū ad processum, discrepat mādatū a iure cōi sed non quātū ad sn̄am, s̄m Iac. But. ff. de procur. l. qui procuratorē. vnde à processu appellatur ad papam, à sententia autem ad metropoli-

tropolitanum, secundum Iac. Butr. Ego dico eum in totum esse de legatum, nec diuerso iure censeri debet. ff. de iustitia & iure. l. ius ciuile, ꝙ ibi no. per gl. & d l. qui procuratorē dat. arg. ff. de vsuca. l. eū qui ædes. & optimè probatur per no. in c. licet. de offic. ordina. ꝙ Inn. & alios doctores: vbi habet quæstio, si in nullo adijciatur iurisdictoni ordinariæ, ꝙ remanet ille cui est facta commissio, ordinarius: quia nō videtur cōmissio noua, sed iurisdictionis excitatio. Ex quo apparet, ꝙ si aliquid adiciatur, sicut in casu nostro, videlicet ꝙ procedat summariè, quod non poterat vigore iurisdictonis ordinariæ, quod erit delegatus, non ordinarius. Nec obst. ꝙ cō missio videatur in parte discrepare, videlicet in mō procedēdi, & quo ad hoc sit delegatus, & quoad sententiā remanet ordinarius ga in proposito non est verū. Nā iurisdictio qualificata in mō procedendi alterat naturā iurisdōnis ordinariæ, etiā in ꝓposito quo ad totū processum, & etiā quoad sententiam: cum ipsa sit de processu. text. est & not. doc. in c. qui contra de proba. & actorum appellatione cōprehenditur. not. gl. ff. de iure fisci. l. in fraudē. § sed neque. in fin. gl. propriæ. Non debet igitur aliud dici de processu & aliud de sententia. in totū igit erit delegatus. Bal. An scriptura sit de esse constitutionis legati: sentit ꝙ non, etiā si prineat sententiā excommunicationis. ver. sed pone. le. G. Per missionē secundi legati primus non intelligitur tacitè reuocari. ver. in summa. G. argu. C. de offic. præfecti vrbis. l. j.

De Dispensatione. Rubrica.

PRAEMISIMVS, quę circa forum contentiosum ad legati pertinent officium: nunc autem dicendum est, quæ sit illi in dispensando potestas. Verum quia materia de dispensationibus utilis est, & frequens, & tam legatis, quā alijs prælatis est opportuna plurimum, super qua dubia oriri vidimus infinita, & sapientes plurimum, adinuicem discrepare: idcirco super ea quædam noua & utili doctrina planè ac plenè præuidimus disputare [a], dicentes primo, Quid sit dispensatio, vnde originem habuit, & quare fiat. Quot sint genera, seu species dispensationum, Quid sit irregularitas, & quid iuris de ea sit, De dispensatione episcoporum, De dispensatione legati Apostolicę sedis, De dispensatione domini papæ, De dispensatione abbatis & principis & quarundam aliarum personarum, Qualiter & quando sit dispensatio facienda, Quid iuris sit de dispensatione super beneficiorum pluralitate: & quis sit dispensationis effectus. His igitur ita sparsis, ea per ordinem prosequamur [b].

a

b

ADDITIONES.

a Disputare. ¶ Ioannes de Deo composuerat super hoc libellum, tractans in eo de 13. dispensationibus, Diuina Papali, Legatorum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Presbyterorum, Regum, uel Principum, Procerum & Nobilium, Patrum, Maritorum, Amicorum & Sociorum.

b Prosequamur. ¶ Sciendum est, quod Hostien. in summa sub rubrica de pœni. posuit rubricellam de dispensationibus, ex qua auctor primum §. sumpsit tamen aliquibus additis. Prius etiam tractauerat hoc Ray. lib. 3.

Dispensatio quid sit, & vnde originem habuit, & quare fiat?

SVMMARIVM.

1 *Regulę tres circà materiam dispensationis summopere notandæ.*
2 *Casus maiores adulterio in quib. episcopus potest dispensare.*
3 *Rigor & seueritas, ius & equitas & dispensatio differunt.*
4 *Aequitas est media inter rigorem & dispensationem, siue misericordiam.*
5 *Dispensati an sit ius.*

a 1. §. Dispensatio [a] est prouida iuris communis relaxatio vtilitate siue necessitate pensata. vel sic: Dispensatio est rigoris iuris, per eum, ad quem spectat, canonice facta relaxatio. Vtraque diffinitio colligitur j. q. 7. requisitis. § nisi rigor. & c. fe. & j. § genera. quandoque tamen dispensatio impropriè sumitur pro iuris declaratione: vt extra, de b iureiur Quintauallis [b] ¶ Vocatur autem dispensatio vulnus, quæ ius vulnerat: vt 24 quæstio quarta. ipsa pictas. circa fin. vocatur etiam misericordia. j. versi. sed nunquid. ibi: ego dico. & j. §. fin. in fin. Ideo dixi, prouida. Nam prouida deliberatione est in dispensationibus procedendum: ut extra, de transactio. capitu. fin. Alioquin potius dissipatio, quam dispēsatio est dicenda. Ad quod c accedit, quia dominus non vult simul effundi opes, sed dispensari [c]: vt 86. distinct. non satis. circa medium [d]. † ¶ Circa quod 1 tres regulæ, sunt notandæ. ¶ Prima est, quod peccans mortaliter post baptismum promoueri non potest: vt 25 distinct primum 48. distinct. quoniam. 50. distin. illud. 1. quæstio. 7 ſquis omnem. ¶ Secunda, quod promotus post suam promotionem mortaliter peccans deijcitur, siue deponitur. 50. distinct. qui semel. & c. si episcopus. & cap. si post ordinationem 81. distin. diaconus ¶ Tertia est. quia depositus ab ordine non restituitur. 50. distin. capit. j. & 2. & capit. peruenit. & capitū post quam. Hæ tres regulæ colligi possunt. 50. distinct. vt constitueretur. ¶ Vbicunque autem nitius agitur, quam dictæ tres regulæ dicant: dispensatio dici potest quod prosequere prout not. 50 distinct. in summa. Et scias, quod contra duas primas regulas possunt episcopi dispensare in adulterio, & in minoribus criminibus adulterio: sed in maioribus illo nō 2 nisi in casibus à iure expressis: vt extra, de iudicijs. at si clerici. † Ex primuntur enim quidam casus maiores adulterio in quibus potest episcopus dispensare: ut in hæresi 50. distinct. presbyteros. in sacrilegio. c. distin. si quis presbyter. in matrimonio contrahendo quandoque. 33. quæstio. secunda antiqui. & quandoque in timoria, & in homicidio, & schismate, & in quibusdam alijs: vt j. §. nūc de episcoporum. Vel potest dici quod præ. cap. presbyteros. hodie non habet locum: quia hæretici hodie incarcerantur: vt extr. de hær. cap. pen. Item præall. cap. si quis presbyter. non obstat: quia illud sacrilegium, de quo ibi dicitur, non est maius, imò minus crimen adulterio: & sic de aliis Contra tertiam vero regulam solus papa dispensare potest: ut s. tit. 1. §. nunc ostendendum 3 versicu. nono. † Notandum est autem, quod aliud est rigor siue seueritas, aliud ius, aliud æquitas, & aliud dispensatio. De his omnibus habetur extra, de transact. capit. fin. Rigor est districtio iuris siue excessius & austeritas iuris scripta, aliquando ad terrorem vt patet in accusatore clerici: in probatione deficiente, cui denegatur communio, etiam in fine vitæ suæ: ut 2. quæstion. 3. si qs episcopum. & in eo qui nominauit presbyterum in testamento tutorem filio suo pro quo non est orandum ut 88. distinction. neque. Ad idem facit 1. quæstion. 7. qui in qualibet. & quandoque c seueritas appellatur: vt 50. distinct. vt constitueretur [c]. 9. quæst. 1. cap. 3. in fin. 2. quæst. 5. quanto. 23. quæstio. 4. cap. non potest. §. præcepta. extrà de senten excom super eo. Sed rigor iste seruandus non est, nisi vbi timetur exemplum mali: vt 45. distinct. sed illud. & extra, de transaction. capitu. fin. ¶ Quandoque tñ rigor est idē ꝙ subtilitas iuris: ut extra de resti. spo. in literis & cap. sępe. extra de præben. tuæ. extra, de appel. inter posita §. fin. Item rigor dicitur disciplina: vt 45. distinction. disciplina. in princip. Item dicitur iustitia, vt 100. distinctio. omnis qui. & cap. vera. Et scias quod quandoque rigor inducitur contra naturalem æquitatem ex causa pro bono publico: & quandoque etiam sine causa & sine ratione. & hoc solum pro ratione sufficit, quod ita scriptum est. ff. qui, & a qui. ma. lib. non fi. l. prospexit, 6. quæstio. 3. scriptū. quia alia ratio reddi non potest: vt ff. de legi. & fe. consul. l. non omnium. 23. quæst. 4. Nabuchodonosor. in prin. & de hoc extr. de rescrip. si quando. Hoc prosequere, & exemplifica prout not. j. distinctio. ius generale & ff. de iusti. & iur. l. antepenult. ¶ Ius autem est ars boni & æqui. cuius quis merito nos sacerdotes appellat, id est, sacrorum præceptorum ministros, ff. de iusti. & iur. l. j. §. ius.

4 † ¶ AEquitas uero est media inter rigorem & dispensationem, siue misericordiam. C. de iudicijs. placuit. 34. distinctio. fraternitatis. extra, de transla. episc. fin. Interpretari autem an ius scriptum sit æquum, uel iniquum, solius principis est. C. de leg. & consti. l. j. Aequitas ita describitur à Cypriano. AEquitas est iustitia dulcore misericordiæ temperata. Vel dic quod æquitas est motus rationabilis regens misericordiam & rigorem. 45. distin disciplina. &c. & qui emendat. & capitu. vera. quia rigor est mansuetudine temperandus: ut extrà, de pur. ca. cum in iuuentute. Hæc autem est æquitas illa, quam iudex semper præ oculis debet habere: vt ff. de eo quod certo loco. l. quod si Ephesi. in fin. & extr. vt eccle. benefi. vt nostrum. in princip. in parte decisa. & de transact cap. fi. 26. q. ultim. allegant. Quid sit dispensatio, s. est dictum: & illa vtēdum non est, nisi necessitas vel utilitas id expostulat: vt j. eo. §. genera. † ¶ Sed nunquid dispensatio est ius? dicunt quidam quod sic: 5 sed tali iure, superior vti potest: inferior uero illud petere non potest: ut j §. genera. Alij, ut H. & M. dicunt contra: argum. j. qu. 7. exig.

ADDITIONES.

a Dispensatio.)

b Quintauallis. ¶ Verbum dispensationis ibi non est, nec erat in antiqua aliqualiter facit Decr. & si Christus. eo. tit. in fin. & quod ibi no. in ult. glo. sed magis propriè facit Decr. 2. de tornea. quam alleg. j. uer. pen. in fin.

c Dispensari. ¶ id est, distribui. Sic etiam ponitur 43. distinction. dispensatio.

d Medium. ¶ Quomodo dispensatio ? ius commune, & quod si super ratione fundatur, possit esse rationabilis, plenè scripsi de præb. multa. in fin.

e Vt constitueretur. ¶ Et ibi not. hæc materia in glo. hic habes. & 45. distin. disciplina. in glos. sed qualiter. j. q. 7. dispensationes, & cap. exigunt.

a exigunt [a]. & ca. si quis omne. nam indulgentia non est regula: vt 33.quæstion.2.interfectores. ergo nulla dispensario est ius: quia regula est canon, seu ius vt 3.distin.canon.& capit.regula. Itē aliud est ordo legitimus, & aliud vsurpatio, id est, dispensatio: vt j.q. 7. ꝙ p remedio. Tertij dicunt, ꝙ fm quod est in dispensante, nō est ius, sed potestas à iure permissa, & quædam actio: sed secundū qđ est in eo, in quo dispensatū est ius priuatū est, non cōmune, & est quædā passio. Ad hoc extr. de fil. presby. ex tuæ & in præ. c. interfectores. & ea.qu. in adolescentia. 31.q.j hac ratione. 32.q.7. Apostolus in fi.ext. de præb. cum iamdudum. in fi. Ego dico, quod vbi dispēsatio debita est: vt j.§.genera, tunc est ius: cū sit executio iustitiæ. ff. de iusti. & iur l.j. respon j. Si vero est prohibita, tunc non est ius, sed dispensatio iuris. Si autem sit permissa, tunc non est ius, sed misericordia, vt in præ. c. allegant. & 45 dist. disciplina. in princi. & c. omnis qui. 9.q.j. ordinationes. ver. quamuis. & j.q. 7. is qui. siue compassio: vt ea dist. vera. Quandoque tamen dispensatio ponitur pro iure: ut extr. de tornea. c. 2. ¶ Vbicunque aūt iudex debitas pœnas, & à iure statutas relaxat, semper dispensare videtur. multa enim ex officio suo facere potest ad quę de rigore non tenetur. ff. de iudic. l. non quicquid. 2.q.3.c. si quem. §. notandum. in princi. Ad idem. 28.q.1. iam nunc. & c. si enim. Minor quandoque mitigat pœnam à superiore inflictam: vt 50. dist. accedens. 32.q.2. lato
b rem. C. de episc. & cleri. Auth. interdicimus [b].

ADDITIONES.

a Exigunt. ¶ Vbi de hoc. Adde tu, an dispensatio sit ius, quæ voluit notabiliter Arch. in c. vt constitutum. 50. di. vbi ipse sequitur hunc. & bene declarat & adde quod dispensatio respectu superioris est voluntatis, non autem necessitatis, secundum Phili. in c.j. de æta. & qualitate. libro 6.

b Interdicimus. ¶ Vide quod dixi supra titul. j. §. nunc ostendendum super versic. 26. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Dispensationis remedium vnde deductum.*
2 *Dispensatio Dei cum Adam & Eua.*
3 *Dispensationis aliquot species e sacris literis sumptæ.*
4 *Rationem reddere de misericordia melius est, quam de seueritate.*

a 1 **2.§ Originem** autem [a] traxit † dispensationis remediū ab eo, qui ex sola misericordia & dispensatione vniuersi creauit, & ea homini subiecit: vt ff. de vsu. in pecudū. in fi. institut. de rerum diuisione §. in pecudū. & 77. dist. huius 23.q.7 quod autem in fi. vnde Psalmus 8. Omnia subiecisti sub pedib eius. & c. quē de limo terræ ad imaginem suā creauit. 33.q.5 hæc imago. † Item ipse dispensauit cum Adam & Eua trangressoribus, & post pœnitentiam dimisit illis peccatum. de pœnit dist. j. serpens. & c. sicut primi de pœnit. distin. 3. Romanos. & c. Adam. alias est versi. de pœnit. dist. 3. Iudas. & de pœnit. dist. 5.
3 c j. † ¶ Item ex dispensatione saluauit Noe & filios eius, cū vnus illorum, scilicet Cham, reprobus esset: vt 24.qu 1. quia ex sola. & c. quoniam vetus. 2.q.7. sententia Cham. ¶ Item dispensatione liberauit Abrahā à Caldæis: vt 35.qu.j. c. fin. ¶ Item ex indulgentia liberauit Lot de Sodoma. 2 q.j. Deus. 14. distin. quod ait. quia perit sæpe iustus pro impio. 24 q.j. non turbatur. de consecra. dist. j. in sancta. j.q.4. c. ecclesia. § item ex peccato Achor. Item eundē liberauit ex indulgentia de captiuitate gentilium. 22. qu. 5. dicat. ¶ Item ex dispensatione liberauit Iacob de manu Esau. 22. qu. 2. §. final. & Moysem de multis periculis. de pœnit. distinction. 1. §. vt cognouer. §. opponitur. & filios Israel de fornace ferrea. 16. q.3. porro. & de Babylonica captiuitate de peniten. distin. j. prædi
4 xerat. † ¶ Item dispensauit Deus cum humano genere quando misit filium suum, vt nos redimeret. 8. quæst. j. in scripturis. 7. quæ. 2. cum redemptor & in præ. cap. porro. qui etiam quotidie nobiscum dispēsat: vt de pœnit dist. 5. cap. 2. & in Psalmis, misere mei secundum, &c. ¶ Non est igitur mirum, si homines cum hominibus dispensent: quia omnis eius actio nostra debet esse instructio. 12 quæstione prima. exemplum. & vbi dominus est largus dispen
5 sator non debet famulus esse auarus. † Quia melius est de misericordia, quam de seueritate reddere rationem. 26.q. vlti. allegant 43. distin. dispensator. 33. dist. vsque adeo. Misericordia enim cōmunis est vsus. 86. distin non satis. ad fin. extra, de regulis iur. estote misericordes. Defectus nostri temporis, quibus non solum merita, sed etiam corpora defecerunt, antiquam canonum non patitur manere censuram: vt 34. distinct. fraternitatis. vnde & misericordia tēperanda est. vt ꝫ. §. proxi. versicul. æquitas. Vnde Augusti. Imple Christiane index pij patris officium: sic succense, ne iniquitatis memineris, vt in peccatorū atrocitatibus non exerceas vlciscendi libidinem: sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. 24. q. [illegible] 5. c j.

ADDITIO.

a Originem autem. ¶ Hunc §. vsque ad ver. non est igitur. habuit à Ioan. de Deo. vbi. §.

Dispensationum species quot sunt.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio an possit fieri ex causa probabili.*
2 *Dispēsare tenetur prælatus in aliquibus casibus, ne detrahatur seueritati. Episcopatus debetur meliori de ecclesia.*
3 *Dispensatio prohibita est, vbi non potest fieri sine decoloratione status ecclesiæ.*
4 *Dispensari potest, vbicunque à iure conceditur.*
5 *Dispensatio permissa quæ.*

3.§. Genera autem Dispensationum sunt hæc. Nam est alia debita, alia prohibita, alia concessa, alia
a pmissa. [a] Debita est, vbi multorum strages iacet, & de scandalo timetur. 50 dist vt constitueretur. extr. de cleri. exc. mi. latores. 45. distin. licet. j. quæst. 7 dispensationes. 11. quæstione 3. plerunque. 23. quæstio. prima, noli in fine. Multitudo enim dispensationem inducit. extr. de transactio. cap. fin. 9. quæst. j. cap. 3. in fin. & no. extra, de tempor. ordi. cap. 2. & est scandalum, vt not. extr. de temp. ordin. ad aures. & de præscript nihil. Item debita est ratione temporis, vel personæ, vel pietatis, uel necessitatis, vel utilitatis ecclesiæ, vel euentus rei. Hæc enim dispensationem inducunt, vt probatur sigillatim per ordinem, prima quæstione 7 § nisi rigor. & capitulis sequen. vsque ad §. ecce quibus c. requisitis. in capitul. si quis episcopus. extr. de præben. exposuisti, ext. de æta. & qualitua. & capi. indecorum. & cap. quæris. 7. quæstione 1. scias. 14. distinction. sicut. extr. de concessio. præbend. cum nostris. ad fin. Itē
1 quandoq; est debita post peractam pœnitentiam: vt j. de restitutio. in integrum §. secundo, versicu. in summa. † ¶ Sed nunquid ex causa probabili potest & debet fieri dispensatio? Alan. dixit quod sic, argumen. 57. distinctio. cap. vuico. Ioan contra. Nec obstant præd cap. quia ibi, si postea fides eius appareat probabilis, aboletur irregularitas præsumpta: & promouetur de iure communi. & breuiter vbicunque persona, res & locus eam exigit, debita est. 29. distin. c. j. & 2. 50. distin. domino sancto. versicul. præcipiunt. & versicul. necesse sit. & cap. considerandum. Vnde & dispensare est diuersa discretè pensare: & in animo, vtrum relaxatio iuris expediat, versare argumen 43. distinction. dispensatio. & 34. distinct. vsque adeo. Cum enim dispensatio sit quædam misericordia, certum est quod quilibet debet esse misericors: vt 86. distin. non satis. prope finem. 50. distinction. ponderet. ad fin. 26.q. virum. allegant. ¶ Item fit quandoq; dispensatio ratione ætatis: vt extr. de senten. excommunic c. fin. vbi de hoc. 23. quæst. 2 in adolescentia. 34. distinct. fraternitatis. ¶ Item quandoque quia timeē maius scandalum: vt 35. quæst. 3. quod scripsi. argu. contra, extr.
b de regulis iuris. capit. 3 [b] detrahendum est enim seueritati, &c. 50. dist. vt constitueretur. & ubi multorum strages iacet, detrahendū est seueritati: vt 9. quæst. j ordinationes in fin. extr. de senten. excommunic. super eo. in fin. Quandoque etiam propter futurum bonum: vt quando dispensatur cum hæreticis, vt alij facilius reuertantur. 13. quæst. 4. ipsa pietas. † ¶ Licet autem ex prædictis cau
2 sis debita sit, & etiam peccet prælatus non dispensando tunc, vt argumen 2. quæst 5. quanto. in fin. & 50 dist. domino sancto. versi. ergo ita est. & j. quæstio. 7 exigunt. tamen subditus non potest eam petere, nisi forte supplicando. sic & meliori de ecclesia debetur episcopatus: vt 8. quæst. j. licet & extr. de offic. custod. cap. 2. nec tamen eum petere potest: vt ea quæst. in scripturis. & i. quæst. 7. sicut is Exemplum etiam patet in concorditer postulato, cui fit gratia si admittatur, cum superior ad hoc non teneatur: & in iuria, si repellatur Quod dic prout not. extr. de postul. præla. cap. penulti. Sicut & panis, quē auarus detinet, est egentium: illi tamē nullam habent actionem ad illum petendū: vt legitur & not. 47. dist. sicut hi. Nunquid ergo tenetur episcopus ex debito cum criminoso post peractam pœnitentiam dispensare. argu. ex præmissis quod sic. ar. tamen contra, ext. de iudiciis. at si clerici §. de adul
c teriis. vbi dicitur potest episcopus [c], &c. Sed dic quod debet de bono & æquo: vt j.q.7 exigunt. vbi de hoc. & extr. de trāsact. c. fi. vbi dī poteris, put videris expedire: & si nolit, pt subditus adire superio

ADDITIONES.

a Alia permissa. ¶ De his breuiter Hosti. vbi ꝫ. §. 2. & scripsi post eum de renun. nisi cum pridem. §. personæ. super verbo. potest.
b c. 3. ¶ Solue, ut ibi not. in gl. 2. cum suis remiss.
c Episcopus. ¶ Et uide quod ibi dixi super illo verbo, & de tempo. ordin. et tenore. super glo. 2.

periorem, vt eum compellat. ar. ext. de iure pa. nullus. cp non placet: quia nemo cogitur facere beneficium, vt 10. quæstion. secunda. precarie [a] † ¶ Prohibita autem est ubi non potest fieri sine decoratione status ecclesiæ: & vbicunque non subest iusta causa dispensandi: vt prima, quæstio. 7. & si iuda. & capitu. tali. extra. de election. innotuit. §. multa. & §. final. In quibus autem casibus sit prohibita, not. ff. §. nunc breuiter. & §. seq. §. nunc de episcoporum. & ver. prohibetur. † ¶ Concessa est ubicunque à iure conceditur quod dicut supra titul. primo. §. nunc ostendamus & in prec. §. consequenter. & §. nunc de episcoporum. & infrà §. sunt quoque. † ¶ Permissa autem dici potest in casu: puta si quis aliquo accusante conuictus est sacra vasa, uel aliam rem ecclesiæ subripuisse. hunc enim poterit episcopus etiam forte aduersario contradicente dispensare. Sic potest intelligi 50. distincti. si quis presbyter [b]. De hac dicitur, permittimus, quod volentes præcipimus: ut 31. q. i. hac ratione. Permittitur enim aliquid, ut peius euitetur: vt ext. de sponsalibus. c. 2. quod uocatur comparatiua permissio, siue tolerantia, vt extr. de præbend. cum iam dudum. in fine. cp tamen permittitur, nõ iubetur: vt 32 q. 7. Apostolus. in fin. sed quod permittitur, durat: vt ff. quod cuiusque vniuer. nomi. Item eorum §. penu. de hac legitur extr. de fil. presbyter. c. literas. & decor. 6. c. i. Et no. quod tribus modis dicitur aliquid permitti: quod dic vt no. 3. dist. omnis autem. Sunt & alia dispensationum genera: prout no. ff. de sententia. §. vt autem. ver. postremo. Potest & aliter distingui: nam dispensatio alia uoluntaria, quã solus princeps facere potest: ut in præalleg. §. nunc breuiter ver. & no. Alia, rationabilis & necessaria, quam episcopus interponere potest: vt infra dicetur [c].

ADDITIONES.

[a] Precatiæ. ¶ Facit ad materiam, quod scripsi, ne cleri. vel mo. cap. 2. lib. 6. super ver. prælato.

[b] Si quis presbyter. ¶ Vide ff. de aboli. §. j. ver. sed cum. s.

[c] Dicetur. ¶ Host. in Summa de fil. presbyt. in fin. ponit tertiam speciem, s. de rationabili, non necessaria: quæ fit propter prærogatiuam meritorum, de præben. de multa. in fin.

Irregularitas quid sit, & quid iuris de ea sit.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas prouenit ex facto, seu crimine, vel aliqua notabili inobedientia, præsertim aduersus Apostolicam sedem.*
2 *Irregularis dicitur ab in, quod est sine, & regula: quia sit contra regulam ecclesiæ natus, vel ob iniquitatem extra eam positus.*
3 *Papa dispensare potest in omnibus irregularitatibus.*
Irregularitas inducta est a iure diuino.
4 *Sacramentorum defectus an irregularitatem inducat.*
Hortatur vidualitatis esse non potest, qui coniugia frequentauit.
5 *Irregularitates temporales, & non perpetuæ erant in veteri Testamento, vt in eo. qui propter tactum morticinij eijciebatur extra castra.*
6 *Bigamia est triplex, s. vera, similitudinaria, & interpretatiua.*
7 *Cupidus, usurarius, & turpis lucri sectator, sunt irregulares.*
Percussio dupliciter consideratur.
8 *Beatus Petrus an fuit irregularis, cũ auriculam serno pontificis abscidit.*
9 *Litigiosus quomodo irregularitatem incurrat cuiuscunque status existat.*
Clericus non debet interesse, vbi vindicta sanguinis exercetur.
10 *Iudex officialis, miles aduocatus, & qui talia susceperunt officia, non tamen sunt ea executi, an dici possint irregulares.*
11 *Exercens artem chirurgiæ, si propter imperitiam vel negligentiam mors sequatur, censetur irregularis.*
12 *Extrahens sagitam, uel aliud a cuiusdam corpore, propter quod citius moritur, an sit irregularis.*
Clericis chirurgiæ officium prohiberi.
13 *Custodiens infirmum, si imperite & contra consilium medici det ei uinũ, uel aliud, vnde sequatur mors, irregularis est.*
Irregularitas diuersimode & in multis casib. notatur.
14 *Accedens ad monasterium causa penitentiæ ibi agendæ pro quocunque delicto irregularis habetur.*
15 *Casus impedientes promouendos, vel deijcientes iam promotos, & qui penam depositionis merentur, irregularitatem inducunt.*
16 *Irregulares sint, qui peracta penitentia ordinis executionem non habent.*
17 *Sodomitico peccato vitiatus, irregularis habetur.*
18 *Infamis siue infamia iuris siue infamia facti, est irregularis.*
19 *Suspensus ab officio celebrando, fit irregularis.*
20 *Participans excommunicato ipso iure suspensus habendus est.*
21 *Excommunicatus maiori excommunicatione. siue à iure siue ab homine, scienter celebrans, semper fit irregularis.*
22 *Irregularis nemo iudicandus, nisi in iure expressum inueniatur.*
23 *Suspensio ad tps nõ dicitur proprie sententia, nel suspẽsio canonis, sed Dei.*
24 *Violans interdictum ecclesiasticum celebrando in loco interdicto, fit ipso iure suspensus & irregularis.*
25 *Celebrans coram excommunicatis a domino papa, est irregularis.*
26 *Ecclesia violata vel sanguinis effusione, uel aliter, non dicitur proprie interdicta, nec in ea celebrans, est irregularis.*
27 *Excommunicatus vel interdictus, dicitur violare sententiam vel interdictum, agendo suum officium, ut prius.*
28 *Excommunicatus si celebrat, ut prius, non in ecclesia, sed extra, quid iuris: & quid si celebrat in ecclesia non consecrata.*
29 *Cœmiterium, in quo sepultus est excommunicatus, est interdictum, nec potest in eo aliquis ante reconciliationem sepelri: & sacerdos contra faciens, est irregularis.*
30 *Sepeliens publice scienter, & solẽniter excõmunicatum, grauiter peccat.*
In officijs vel ministerijs constitutus, si excommunicatus sit, & ea exerceat, an sit irregularis.
31 *Aduocati, tabelliones, iudices, & talia publica officia gerentes, si ab illis per superiorem suspensi nihilominus ea exequuntur, an irregularitatem incurrant.*
32 *Excõmunicatũ absoluere per sententiam nõ est ordinis, sed iurisdictionis.*
33 *Sacra ministeria exercentes sine apparatu. Iuo cum requiuntur, an sint ipso facto irregulares.*
34 *Consuetudo in sacramentis & ecclesiasticis officijs est attendenda.*
35 *Presbyter excommunicatus, vel simpliciter ab ordinibus suis suspensus, accolytatus officium exercens, an sit irregularis.*
36 *Episcopus a pontificalibus suspensus, nihilominus potest absque irregularitatis periculo celebrare.*
37 *Iudicari nemo debet in dubio irregularis.*
Irregularitas a iure positiuo est inducta.
38 *Abbas non remouetur a prælatione propter irregularitatem.*
39 *Irregularitas quando occasione homicidij contrahatur.*
40 *Consulẽs alicui seipsum occidere, vel aliter interficere, an sit irregularis.*
41 *Iudex habens latronem captum super quo consuluit peritum aliquem, qui respondet morte puniendum, an sit irregularis.*
42 *Episcopus a suo iudice interrogatus super crimine, pro quo est pena sanguinis infligenda, quid respondere debeat.*
43 *Consulens alicui alium occidere, ille autem ab alio occiditur, an irregularis habeatur.*
44 *Consulens alicui se periculo exponere pro patria sua, vel proximo suo, vel iure suo, vel suæ ecclesiæ: non ob hoc sit irregularis.*
45 *Occidens quemcunque facto & propria manu, fit irregularis.*
Deus cor interrogat: Lex autem opus quærit.
46 *Infirmum vertens vel transuertens de latere in latus, vt citius moriatur, fit irregularis, si ex hoc moriatur.*
47 *Dispensatio facilis est erga eum, qui ineuitabili casu se defendens aggressorem occidit.*
Hominem a morte non liberans vbi potest illum occidit.
48 *Retrahens aliquem a proposito liberandi hominem a morte iniusta, indirecte homicidium committit, & per consequens irregularis habetur.*
49 *Clericus trahens potestati seculari latronem petens illum puniri citra sanguinis effusionem, non ob hoc sit irregularis.*
50 *Instruens iudicem uel officialem de iure inueniendo, quo casu irregularis efficiatur.*
51 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*
52 *Mortuus si quis sit in rixa, nescitur tamen qui illum interfecerit, an omnes homicidæ censeantur.*
53 *Amici alicuius si illum miurantes interficiunt illo inuito, an illi noceat homicidium?*
54 *Aosciãs aliquem euntem alium occidere quo casu reddatur irregularis.*
55 *Clerici si inducant milites ad pugnandum pro ecclesia, vel republica, uel fide Christiana, & in conflictu ipsis præsentibus aliquis moriatur, an ipsis imputetur irregularitas.*
56 *Clericus existens in bello iusto vel iniusto, armatus vel non semper redditur irregularis, si in illo aliqui moriantur.*
57 *Clericus non debet præponi bellis, nec retiarijs, nec balistrarijs, seu huius modi virts sanguinum.*
58 *Clericus in bello iusto potest interesse, & militibus necessaria ministrando præponi, dummodo vindictam non intendat.*
59 *Sacerdos in duello pugnans est irregularis, & quo casu poterit cum eo suus episcopus dispensare.*
60 *Promittens pacem & securitatem fugienti & timenti, irregularis dicitur, si ille cui promisit fuerit in loco, vbi timebat esse occisus.*
61 *Irregularitas homicidij quando & per quem possit dispensari.*
62 *Homicidium euitabilis necessitatis, aut ineuitabilis, diuersimode consideratur & circa illa diuersimode dispensatur.*
Episcopus dispensare potest cum presbytero homicida in casu ineuitabili.
63 *Curia Romana non dispensat cum clerico in homicidio voluntario, nec de facili in casuali, vel dubio.*
64 *Homicidium ante baptismum commissum an irregularitatem importet*

4. §. Iuxta propositionis ordinem dicendum restat, quid iuris sit de irregularitate, circa cp primò, uidendũ est, qd sit irregularitas, & unde dicat; Quatuor modis summat, siue accipiatur

cipiatur irregularitas per sonæ, Quibus modis, & in quibus casibus irregularitas contrahatur. ¶Irregularitas est nota, seu impedimentum canonicum ex facto seu defectu proueniens, ꝑ qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare. Bene dixi, nota, quod est idem quod infamia, seu irregularitas, ut extra de pur. cano, accedens 2. quæstio. 3. si quem. §. notandum. & C. de gener. abolit. l. indulgentia. & ff. de
a his qui not. infa. furti. accipe §. si quis alieno. & l. sequen. [a] & est etiam nota idem quod cicatrix, vt ff. de ser. fug. l. 2. Et irregularitas est cicatrix criminis vel defectus, vt 61. distinctio. in sacerdotibus. in fi. vnde sanitas, scilicet pœnitentiæ post vulnus, scilicet peccati sequuta, sine cicatrice, scilicet irregularitatis esse nō potest, vt 1. quæstio. 1. ventum est. Item ideo dixi, canonicum, quoniam irregularitas à iure canonico ortum habet, vt infra.
b uersicul. 2. [b] † Ex facto autem seu ex crimine prouenit irregula-
1 ritas, ut patet in clerico censuram ecclesiasticam violante, vt ꝯ. dicetur, vel ex aliqua notabili inobedientia, præsertim aduersus apostolicam sedem. 81. distinctio. si qui sunt. extra, ne cle. vel mo. non magnopere. in fi. extra, de hæreti. c. excommunicamus. 1. §. sanè. extra, de cle. exc. mi. cap. fin. prope fi. extra, de sen. excom. significauit. & in simoniaco in ordine, & in clerico per saltum promoto, & in similibus: & generaliter in committente aliquod de criminibus in Apostolica regula contentis, vt dicunt quidā 25. dist. c. vnum. §. nunc autem. & cap. 1. & in crimine homicidij, quod quemlibet hominem irregularem facit, vt 50. distin. minor. Item ex defectu quod prouenit quandoq; à natura, quādoque ex euentu. A natura, vt defectus natalium. Regula enim ecclesiæ est, ut quis de legitimo matrimonio nascatur: contra hanc regulam natus irregularis est, vt 57. dist. per totum. & extra. de fil. presbyt per totum. ver. si quis cum corporis defectu nascitur, ex quo sit in membro nobili & apparenti vitiatus: talis enim nequit promoueri, quamuis sit de legitimo matrimonio natus, ut 55. distin. pœnitentes. de extra. & cor. viti. per totum. Ex euentu autem prouenit in quolibet homine casualiter, vt bigamia quæ, ꝑ-
pter sacramenti defectum inducit irregularitatem: non tamen
2 omne crimen, nec omnis defectus irregularitatē inducit. †¶Dicitur autem ab in, quod est sine, & regula: vnde irregularis, id est contra regulam ecclesiæ natus, siue propter defectum, vel factū
c extra eam positus, vt præmissum est[c]. ¶Sumitur ergo sine accipitur irregularitas primo pro defectib. qui sunt in homine siue peccato: puta quia est bigamus vel viduæ maritus illegitimus, uel huiusmodi. extra. de renun. nisi cum pridem. §. personæ alios etiam defectus habens. 54. & 56. dist. per totum. & 50. dist. nō confidat. & extra, de fi. presbyt. & de seruis non ordi per totum, Secundo sumitur irregularitas personæ, vbi generaliter omnis homo prohibetur ordinari, vel etiam celebrare in ordine iam suscepto sine dispensatione domini papæ, siue patiatur defectum sine peccato, siue commiserit grande peccatum: & qui sint, hic dicetur ꝯ. §. nunc de episcoporum. Non ergo hic dicitur irregularis pro eo quod secundum regulam Apostoli ordinari prohibeatur: sed quia talis est extra regulam aliorum, Nam cum generaliter episcopi possint dispensare cum omnibus, nisi eis specialiter prohibeatur, ut quidam dicunt, vt ꝯ. §. nunc de episcoporum. versicul. his igitur. & seq. cum prædictis tamen dispensare specialiter, ꝑ-
3 hibetur. † ¶Papa autem in omnibus irregularitatib. dispensat, quia irregularitates ipsæ, & pœnæ earum de iure positiuo sunt, in quo ipse habet plenariam potestatem, vt extra, de concess. prēben. proposuit. prope fin. Arg. tamen contra, quod à iure diuino irregularitas sit inducta. Nam dictum est Dauid[d], Non ædificabis mihi templum, quia vir sanguinis es: vt de consec. dist. 1. c. 1.[e] ¶Tertio etiam modo dicuntur irregulares omnes illi qui non possunt remanere in susceptis ordinibus: nec ad maiores promoueri, etiam post peractam pœnitentiam sine dispensatione vel papæ, vel prælatorum inferiorum de quibus dicetur ꝯ. versicul. sunt quoque. & in præ. §. nunc de episcoporum. † ¶Defectus autem sacramentorum videtur, quod tantum ex constitutione ecclesiæ irregularitatem inducant, quo ad ordinationem in hoc, vt cum eis non possit dispensari, nisi per papam. argu. contra quia vnum de capitulis Apostolicæ regulæ est, Oportet episcopum vnius vxoris esse virum. 26. distinctio. capitul. 1. & 2. Sed responderi potest quod hoc, quòd talis prohibetur ordinari, non est ex defectu sacramenti, sed quia non potest esse hortator viduitatis, qui coniugia frequentauerit, ut patet 26. distinctio. vna. in fin. Vel. dic, quod licet per nouum Testamentum inducatur huiusmodi irregularitas, quo ad hoc quòd promoueri non possit: non tamen quo ad hoc, quin per alium quam per papam dispensari possit. sed videtur, quòd defectus sacramenti est causa, quare tales promoueri non possunt, arg. 26. distinctio. acutius. & extra. de biga. debitum. Sed potest responderi, quòd est causa coadiu-
5 uans, vel dicut ꝯ. † ¶In veteri aut Testamento erant irregularitates tēporales, & non perpetuæ, vt quando quis eiiciebatur extra castra, prō eo quod tetigerat morticinium: vna tamen vt simi-
se perpetua, scꝑ summus sacerdos deberet habere virginē, & nō repudiatā de quo not. secundum do. meum, ext. de cleri. coniu. sane i. Sed nec illud erat propter defectum sacramenti, sed quia non posset esse hortator uiduitatis. ut ꝯ. Idem etiam uidet de his qui tantum de iure positiuo sunt irregulares, ut corpore uitiati, illegitimi, & obligati ad ratiocinia. Contrahitur autem irregularitas ex defectu natalium: quia non legitimè genitus ordinari non potest. ut ꝯ. uersic. 1. Et si ordinetur, non promouebitur ad beneficia cum cura, uel ad dignitates sine dispensatione, ut extra, de fil. presbyter. capitul. 1. & c. nimis. extra, de elect. cum in cunctis. respon. 1. & c. innotuit. & c. cum Vintonien sis. de quo dic ut ꝯ. § nunc de episcoporum, versicul. utrum. Item etiam ex defectu alio modo, puta si careat oculo, manu, uel pede. ut ꝯ. Item cōtrahitur ex facto: puta si est criminosus, prout in regula Apostolica cōtinetur. Tales enim non promouent, de quib. habetur 25. distin. per totum. & 6. q. 1. infames, ubi tales defectus enumerantur. Item bigamus est irregularis, qui non potest promoueri ꝑ-
pter sacramenti defectum, ut 25. distinct. per totum. extra, de bi-
6 gamis. per totum. & ꝯ. uersicul. proximo. †¶Et scias ꝙ est triplex bigamia, s uera, quando uidelicet quis contrahit cū una, post quā habuit aliam, ut 26. distin. acutius. Similitudinaria. ut cum monachus seu monialis professa matrimonium contrahit, ut 27. q. 2. quotquot. Et interpretatiua, ut cum habens unam de iure, cōtrahit cum alia de facto. ut extra, de biga. nuper. & c. debitum. 31. q.
f 1. quomodo. in fi. Item ebriosus, id est non sobrius, est irregularis, qui si persistit, est deponendus, nec ordinatur, ut 25. dist. ca. unum orarium. § alias ea demum. 25. distin. episcopus. Vinolenti enim non de facili continent 44. dist. c. 1. 49. dist. c. hinc etenim. prope fi. Item illiterati & imprudentes sunt irregulares, ut 36. dist. illiteratos. ꝯ. §. nunc de episcoporum. uersicul. 27. Sed nunquid talis promotus recipit characterem? Non uidet. Nam scientia caret,
g & scientia clauis est, ut 20. dist. c. 1. ubi de hoc[g]. †¶Item cupidus
7 est irregularis. ut 57. dist. per totum. Vnde usurarius deponitur, & turpis lucri sectator de clero eiicitur, ut 100. distin. c. 1. & 2. ex, de usur. præterea. Item percussor. 45. dist. per totū, extra, de cler. percus. p totum. ¶Et scias, ꝙ percussio consideratur dupliciter. Primo passiue, ut si quis percussus est lepræ morbo, & deinde scādalum generatur. Talis enim non promouetur: imò promotus nō ministrat, sed ei coadiutor datur, ut 7. q. 1. cū percussio. ext. de cleric. egror. uel debil. tat. c. pe. alia uerbalis est percusio, ut si accuset, vel deferat crimē, pro quo capitis pœna debetur, ut 5 qu. 6. delatori. & 6. q. 1. summa. extra, de accusat. accusasti. Alia realis, & hoc quocunque modo fiat, siue in propria persona, siue per alium eius mandato: & si sequatur inde homicidium, contrahit irregularitas extra, de homi. presbyterum, & c. Petrus 50. distin. miror. & c. clericum & c. de his. j. Idem est, si sequit membri mutilatio, ut dixi in aureo Repertorio, super titulo de pœnis, in rubri
h ca. casus totius iuris quibus promoti deiiciuntur. ver. truncans[h].
8 † ¶Nunquid ergo beatus Petrus fuit irregularis, qui auriculam
i seruo pontificis præcidit, [i] 24. quæstione prima. si Petrus. & 22. quæstione. 3. pro membris. & videtur quod sic: cum hoc non fecerit superioris auctoritate, ut e causa. quæstio. 3. ille gladium. sed dicas contra. Nondum enim erant clericis arma prohibita, nec irregularitas erat inducta, quæ à iure positiuo ortum habet, ut dixi ꝯ. uersicul. 2. imò olim licebat sacerdotib. interficere, ut 2. q. 7. c. nos si incompetenter. §. item cum Balaam. Vnde & Paulus, qui beatum Stephanum lapidantib. ministerium præbuerat, electus est à Domino Apostolus, ut 50. di. §. eꝯ. cap. si post. Sed in eo omnis irregularitas fuit abolita in baptismo, ut notat 26. distinctio.
k deinde. & ꝯ. versiculo vlti. [k] Vel dic quod illi & alii ex diuina ordinatione

ADDITIONES.

a Et l. seq. ¶ Et extra, de sortil. c. fi. vbi de hoc dixi. & de off. dele. cum olim. 2. super uersi. notauisset.

b Ver. 2. ¶ Vnde non contrahitur, nisi in casibus expressis à iure. de sent. exc. is qui lib. 6. ¶ Adde tu, quod irregularis sit de iure positiuo. hoc tenet. Pe. Anch. in cle. vna. de homi. & ibi do. Car. in 6. col. Item do. Ab. in c. ego N. in fi. extra, de iureiu.

c Præmissum est. ¶ Quod sequitur usq; ad ver. contrahitur. posuerat Inno. in decr. nisi cum pridē. de renunc. §. personæ. vbi breuitatis causa huc remisi super glo. arg. pro opinione.

d Dauid. ¶ 1 Paralip. 16. & 28.

e c. 1. ¶ Vt ibi not. & ꝯ. §. nunc breuiter. versicul. 5. Dauid fuit figurator noui Testamenti.

f In fi. ¶ Idem si cum vidua contraxit, & eam cognouit. de biga. cap. 3. & c. debitum. versi. cum egò.

g De hoc. ¶ Scilicet clausi scientiæ: ibi enim nil de quæstione, in qua contrarium eius quod tenet gl. no. in præ. c. illiteratos. & vide quod scripsi de t
po. ord. nullus, lib. 6. super ver. illiterato.

h Truncans. ¶ Text. est in decr. is qui. de homicid. lib. 6. & in cle. eo. tit
tuo. & ibi multæ concordantiæ in v. glo.

i Præcidit. ¶ Lucæ 22.

k Ver. vlt. ¶ Qui penultimus est, sed ante additionem erat vltimus.

dinatione excusati sunt, vt extr. de diuor. gaudemus. §. verum. 23. quæstio. 4. si non licet. & quæst. 8. occidit. Diuina enim facta, & maxime veteris Testamenti sunt admiranda, non in exemplũ nostræ actionis trahenda. vt 2. quæstio. 7. nos si incompetenter. §. item cum Balaam. versicul. Daniel. & 4. quæstio. 3. c. si testes. §.
a sed obijcitur. [a] Si vero percutiat absque mortis periculo, uel sanguinis effusione, vel truncatione, & habet potestatem, non imputatur ei: [b] vt ext. de rap. in archiepiscopatu. & 23. quæstio. 5.
b capitul. 2. quod prosequere, ut infra. versi. facto autem. † ¶ Item
9 litigiosus est irregularis. 46. distin. per totum. extr. de syndico. c. vnic. Si enim criminalis est quæstio, & sequitur inde mors, vel membri truncatio, sequitur irregularitas, siue sit iudex vel assessor, vt not. 23. quæstio. vlti. princeps. & capitul sæpe. siue aduocatus, siue pro actore siue pro reo. infra. de aduo. § primo. versicul.
c in causa. [c] siue actor vel notarius, siue dictator sententiæ, vel promulgator, vel procurator, uel officialis, vel executor, vel testis, vel accusator, vt 50. distin. si quis viduam extr. ne cleric. uel mo. sententiam. & capit. clericis. extr. de hom. postulasti. 51. distinct. capitul. 1. sine purgationi vulgari, vel vindictæ sanguinis auctoritatem, vel benedictionem seu præsentiam suam exhibet. ext. de excess. præ. ex literis. Item in milite. 51. distin. si quis post. 19. quæstio. 3. monasterijs. Tamen in his casibus, si mors, vel membri diminuito non fuerit secuta: dicunt quidam, posse episcopum dispensare. arg. extr. de cleri pug. in duel. c. j. alij dicunt, quòd cum tales voluntari, homicidæ intelligantur, solus papa potest dispẽsare cum eis. licet autem clericus non debeat interesse, vbi vindicta sanguinis exercetur: si tamen ex sola curiositate, vel leuitate fuerit, vbi latro suspenditur, vel vbi quis in duello interficit, licet grauiter peccet: non tñ fit irregularis, si nec auxilium, nec consi-
d lium, nec auctoritatem præstiterit. [d] † Sed quid de iudice vel of-
10 ficiali, vel milite, vel aduocato qui talia susceperint officia: nõ tñ
c sunt ea executi? Respondet Hugo. no. 51. dist. si quis. [c] eos non prohiberi ab ordinum susceptione. Alij etiam tales iudicant irregulares propter propositum exercendi, quod habuerunt. arg. extr. de biga. nuper. & c. fi. Si autem ex officio suo causa iustitiæ aliquem iudex interfecerit, irregularis est: miles autem qui fuit in bello, nec per eum stetit quin occideret, repellendus est: secus si nec percussit, nec ad hoc operam dedit. secundum Hug. similiter iudex qui examinauit causam sanguinis, & aduocatus in ea, & officialis qui ex officio suo dedit operam vt sanguis effunderetur, irregulares sunt, licet mors vel sanguinis effusio non fuerit subsecuta. Potest tamen cum talibus per episcopum dispensari, vt infra. versicul. quando autem. & similiter cum illo qui non ex officio, sed ex odio dedit operam, & fecit quod potuit vt occideret: non tamen occidit, nec mutilauit. Indigent enim tales dispensatione. & vide infra. versicul. sed nunquid cleri. & versicul.
11 sed quæritur quando. & seq. † ¶ Item exercens artem chirurgię, videtur quòd sit irregularis, si propter imperitiam vel negligentiam suam mors fuerit subsecuta, ex incisione, adustione, vel potione quam dedit infirmo, vt extrà, de homi. tua. § j. Item si quis peritus phlebotomat & secat, vel adhibet omnem diligentiam quam debet: non tenetur in aliquo si mors sequatur: quia potius præsumitur casu & culpa phlebotomati, vel medicinati seu secti, mors euenisse 22. q. 5. de occidendis. secus si propter eius ne-
12 gligentiam euenerit, vt j. versi. facto. & sequen. † ¶ Si autem aliquis sagittam uel telum vel gladium infixum in gutture uel pectore, seu corpore alicuius extrahit, propter quod vulneratus citius obijt, irregularis efficitur: vt ff. de reg. iur. l. culpa. & l. quamuis. extrà. de homi. tua. Intellige autem cihirurgum non prohiberi à promotione, nisi propter periculum: quoniam de facili in officio suo errare potest. vnde si quis existens laicus hoc officiũ exercerit, nõ ob hoc est irregularis, licet multi sub eius cura obierint nisi propter eius incuriam perierint: vt dixi. ¶ Clericis autẽ hoc officium omnino interdictũ est, ita q̃ si cessare nolunt, deponendi sunt, quamuis ex hoc solo non sint irregulares. Si tamen sub eorum cura aliqui obierint: etiam præter eorum culpam, dicit papa eos irregulares fore, vt no. in præ. c. tua. & extr. ne cle. vel mo. sententiam. Is autem qui ante baptismum, vel etiã existens laicus irregularitatem contraxit post baptismum, vel etiam factus cle-
13 ricus, remanet irregularis. 26. dist. c. j. & ij. † Similiter si custodiẽs infirmum det ei bibere vinum, vel aliud imperitè p̃ consilium medicorum faciat, propter quod mors sequatur, irregularis fit pp imperitiam & negligẽtiam dissolutam. Sed si talia bona fide fiunt circa ægrotos, non debet quis facilis esse ad faciendam sibi conscientiam scrupulosam quamuis in aliquo sit erratum, si nõ sit ibi lata culpa, cum negligẽtia dissoluta quæ prope dolum est, & huiusmodi scrupulum de facili deponere debet ad consilium sapientis. Si autem lata fuerit culpa aut negligentia dissoluta, & certum sit q̃ inde mors euenerit, irregularitas contrahitur. Si verò non sit certum, aut dubitatur probabiliter secundum iudicium medicorum, aut non. In primo casu abstinẽdum est ab officio & promotione: in secundo deposita erronea cõscientia, si fieri pos-
sit, poterit administrare, & etiam promoueri: aliàs non, secundũ fratrem Ray. 50. distin. hi, qui arborem. & c. sæpe. Solus tamen papa cum prædictis dispensat secundum quosdam. Item est irregularis ordinatus ad sacrum ordinem ab episcopo qui renuntiauit episcopatui, vt extra, de ordi. ab episco. qui renunciauit episcopatui. capitul. 1. Item ordinatus à non suo episcopo: non enim recipit executionem. 9 quæstio. 2. capitu. 1. 2. 3. & 4. 7. quæstio. j. epi-
f scopus in dioœesi. 71. distin. capitu. 1. & 2. & dixi in decr. Greg. X. de temp. ordi. eos qui. [f] nisi fiat de licentia proprij episcopi, vt ibi. & 9. quæstio. 2. Lugdun. Quidam tamen dicunt quòd ordinatus ab alieno episcopo non est suspensus ipso iure, sed suspendendus, vt extr. de temp. ordi. quod translationem. & de ordi. ab episcop. qui renunc. episcop. capi. 1. § j. ad fin. Vnde si celebrat, non est irregularis: quia prædicta iura loquuntur de suspensione quo ad se tantum, potest tamen suspendi seu interdici ei ne celebret, vt in præ. ca. quod translationem. & si postea celebrauerit, irregularis efficitur: nec poterit cum eo citra sedem Apostolicã dispensari: prout infra. dicetur: & hoc etiam probat flyus curię. Nam quando scribitur pro talibus, dicitur sic: Mandamus quatenus ipso ad tempus suspenso super hoc, auctoritate nostra dispẽses. Et no. quod dicit, super hoc: & non dicit, super irregularitate dispenses. ¶ Dispensatur enim, vt non deponatur: quod fieri de-
g bet secũdum prædicta iura. & hoc sentit do. meus. [g] Item ordinatus extra statuta tempora, vt extr. de tempor. ordin. cum quidã. Itẽ non ordinatus celebrans, vt j̃ §. nunc de episcoporũ. ver. 18. Item recipiens plures ordines sacros eodem die, vt eodem titul. dilectus. Item minor 14. annorum in subdiaconum ordinatus, vt eodem tit. vel non est. Item per saltum promotus, vt extr. de cleric. per saltum promo. tuæ. ¶ Sed quid si nullum ordinem habẽs ordinetur in presbyterum: vel quid si prætermisso aliquo ordine sacro quis ordinetur in episcopũ? De hoc die prout ibi nota-
h tur. [h] Item rebaptizatus, de consecra. distinct. 4. qui bis. extra, de apostatis. c. 1. Item simoniacus in ordine. extra, de simo. si quis. j. q. j. statuimus. Item neophytus, vt 48. dist. per totum. Itẽ regularis audiens leges, vel physicam vltra duos menses. extra, ne cleri. vel monac. non magno. in fine. Idem etiam dici potest de personis illis quæ enumerantur eo. tit. c. fi §. fi. Item publicè pœnitens.
14 50. distinct. canones. & 55. distin. pœnitentes. † ¶ Item accedens ad monasterium cã pœnitentiæ ibi agendæ pro quocunque delicto siue occulto, siue occulto, vt extr. de renuncia. post translationẽ. 50. distin. si ille. Item suspensus, vt ext. de consuetud. cũ dilectus. Qui autem sint suspensi, vide in Repertorio sub titu. de senten. ex
i commun. in rubrica extraordinaria. [i] Item accusatus accusatione pendente. extra, de testi. capitu. fin. Item conuictus & confessus, & condemnatus de crimine. 15. quæst. vlt. si quis. argumẽ. extra, de testib. testimonium. Idem est si non sit condemnatus, si crimẽ sit enorme & manifestum. 50. distin. de his vero. Item denunciatus de aliquo crimine. extr. de accusa. omnipotens. Item accusator accusatione pendente, vt 2. quæst. 3. Euphemium. Item excõmunicatus scienter ordines recipiens. extra, de senten excommunic. cum illorum. Item recipiens ordines etiam ignoranter ab hereticis, vel excommunicato, uel schismatico, uel suspenso, uel ẽt ab eo qui renũciauit episcopatui, ut legitur & notatur extra, de schisma. c. 2. extra, de ordin. ab episcop qui renun. episc. c. fina. 1. quæst. 7 conuenientibus. Item qui contraxit matrimonium cum ioculatrice, uel aliàs uili muliere, uel ancilla. 34. distin. si quis uiduam. extra, de cleric. coniuga. sanè. 2. Item promotus post inhibitionẽ sub pœna anathematis. extra, de eo qui fur. ordines suis. c. j. ¶ Generaliter quicunque promoueri non potest ad ordines, uel honores sine dispensatione: & quicunque ineligibilis est, irre-
15 gularis est. † Item omnes casus qui impediunt promouendos, uel deijciunt iam promotos: & qui pœnam depositionis merentur, irregularitatem inducunt: quos plene prosequere in Repertorio

ADDITIONES.

a Obijcitur. ¶ xxij. q. 2. si quis per testamentum.
b Imputatur ei. ¶ Ad irregularitatem uel ad culpam: si vero potestatem non habet, imputatur ad culpam, sed non ad irregularitatem.
c In causa. ¶ Ibi dabo remissionem.
d Præstiterit. ¶ Hoc scripsi post Inn. & Host. in præ. decr. sententiam. super j. glo.
e Si quis. ¶ Et Ioan. ibi.
f Eos qui. ¶ li. 6. & ibi vide in gl. quod non licet.
g D. meus. ¶ Vt post eum scripsi in præ. c. quod translationem. in glo. ergo talis.
h Ibi nota. ¶ Et 40. dist. sicut. & 52. dist. solicitudo.
i Extraordinaria. ¶ Hanc j̃. declarat ver. casus autem. uide quod plene not. in cle. de pœnis. cupientes. in gl. nota nouam.

torio sub titulo de tempor. ordin. in duabus rubricis extraordinarijs,& sub titu.de pœnis.in rubrica illa: casus totius iuris in quibus promoti deponuntur:& de alijs multis, ut patet infrà. §. nũc de episcoporum. ¶Item in veteri Testamento quædã inueniũtur irregularitates, quæ impediebant aliquem panes Domino offerre: quæ figuraliter intellectæ etiam in nouo repellunt, vt cœcus,id est,ignorantia:claudus,id est,infirmitas mentis. Itẽ habẽs nasum partum,id est,indiscretio,vel grandem vel tortum,id est immoderata discretionis subtilitas. Item habens fractum pedẽ, id est, alienatio à bono,uel gibbũ, id est peruersitas. Item lippus, id est,depressio ingenij. Item albuginem in oculo habens, id est, arrogantia. Item habens iugem scabiem, id est, luxuriam. Item ponderosus, id est,immunda cogitatio. Item habens impetiginẽ in corpore,id est,auaritia. Hæc leguntur quadragesimanona distinctione.hic etenim.Item languidus: id est tarditas & negligentia.Indignum enim est,dare Deo quod dedignatur homo vt eadem distinctione, cap. fina. † ¶Sunt quoque irregulares hi qui post peractam pœnitentiam non habent ordinis executionem, vt extra,de renunc. nisi cùm pridem.§. primo quod contingit in [a] pluribus casibus.[a] ¶Primo,in homicidio. 50 distinctione.miror. extr de tempo.ordi.ca.fin. ¶Secundò,in simonia in ordine, prima quæstione j erga extr de simo.tanta. vel in beneficio quoad illud retinendum extra,de accusa.inquisitionis.j respon.§. nunc ostendendum.versi 23. ¶Tertio, si quis excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus in contemptum clauium se fecerit ordinari.extra,de senten excommuni.cum illorum.§ si autem hos. ¶Quartò si talis præsumit celebrare. 11. q. quæstione tertia. si quis episcopus in conci.extr.de vita & honest.clerico.vt clericorum.§ si quis igitur.uel beneficia conferre:vel si quis à contemnente interdictum beneficia recipere, vel ipsum interdictũ violare præsumit.extr.de de excess.præla.tanta.Quintò,falsarius literarũ domini papæ ext.de crimine falsi.ad falsariorum.§. primo, [b] Talis tamen ẽm papam, [b] si occultus sit, post absolutionem & pœnitentiam peractam, sine peccato ordinatur:nec debet petere restitutionem: quia nullo iure cauetur: quòd sit infamis ipso iure.¶Sextò,hæreticus extr.de purgat.cano.inter solicitudines. & qui fuit hæreticus,prima quæstione septima conuenientibus. & §.fina.12.distin.non consuetudinem.¶Septimo,exhibens hæreticis ecclesiastica sacramenta.vt extr.de hæreti excommunica[17]mus.primo.§.si vero clericus & §.sane clerici.† ¶Octauo, sodomita,extr de excess.præla clerici.¶Nonò,presbyter peccatorem sibi confitentẽ denundans.extr de pœ.& remiss omnis §.fi.¶Decimò, incorrigibilis, & in nimia contumacia perseuerans, extra. de dolo & contuma.veritatis.§.fi.23.q.4 forte.extr.de iudi. cum non ab homine.¶Vndecimo crimen notorium de iure vel de facto,extr. de tempo. ordi.c.fi. ¶Duodecimò,vtens officio assasinorum,vel eos receptans,vel defendens,vel occultans, licet exinde mors non sequatur,extr.de homi.pro humani.lib. 6.¶Decimotertio,apostata.extr.de aposta. capit fi. ¶Decimoquartò, schismaticus extr.de schismaticis.c.primo ¶Decimoquinto, intrusus.16.q.7. si quis deinceps.7. quæstione j. factus. & c. seq. & per abusum secularis potestatis voluntariè electus.extr. de elect. quisquis.¶Decimosexto,secundum Ioan. omne crimen, quod ipso facto inducit infamiam ciuilem, iij. quæstione 7.c. infames. §. porro. C.de infamibus.l.j. ff.de his qui no. infam l j. & l. ait. ¶Decimoseptimò, infamia descendens ex delicto per sententiã declarato:quia pœna potest demi. culpa perennis erit. 2.q. 3.ca. [18]Euphemium. §. hinc colligitur. † ¶Infamis enim est irregularis: siue sit infamia iuris, vt 51. dist. qui in aliquo.& 2.quæstio.3.c.si quem.§ notandum.C.de infami l.j. extr. de testibus c. testimonium siue sit infamia facti, vt extr.de accus.omnipotens.2.q.3.§. hinc colligitur.80 distinct.tantis.C.lib.12.de dignit.l. iij. extr. de excess.præl.inter.§ postremo. versic. hoc etiam nota Quiautem sint infames,vide plene in nostro Repertorio sub titulo, de pœnis,in rubrica extraordinaria.¶Decimooctauo,in casibus in quibus papa non potest dispensare,quos habes inf §.nunc breuiter. & in quibus ipse solus dispensat.qui no.supra.§.tit.j.nunc ostendendum.In his enim casibus etiam si occultũ sit, non potest quis ministrare,ut j §. qualiter. in alijs autem casibus non impeditur executio ordinis post pœnitentiam peractam,sed sufficit per sola pœnitentiam suo satisfacere creatori:nec illa si latentia vel occulta sint,irregularitatem inducunt,ut ext.de simo.c. fi.in fi. 50. distin.ferrum.32.q.5.Christiana extr.de coha.cler.& mu. vestra. extr.de renuntia.nisi cum pridem § personæ.Alij tñ j argu. pro eis. 50.dist sacerdotes & c.de his verò.Sed dici potest quod induc[c]unt irregularitatem canonicam, quæ per pœnitentiam abolet, & non aliam, præterquam in homicidio, & in alijs præmissis casibus.extr. de temp. ord.c. fi. Vincentius dixit, [c] quòd nunquam pro peccato occulto acta pœnitentia impeditur quis vti ordinibus habitis,& ascendere ad superiores,nisi inueniatur expressum,ut in simoniaco in ordine.extra,de simonia.tanta.Nec acta pœnitẽtia indiget dispensatione quoad vsum, vt in c. Christiana. & in c.ferrum. & in eadem distinctione,capitu.quæ sub gradu. & præcap de his.vbi dicitur seruato gradu.Intelligit enim seruato,scilicet ipso iure.argu.pro eo.extr.de tempo ordi.capitu.fin.ibi:non debent, &c. & intellige contraria loqui de crimine, in quo lata est sententia:vel de fama,vel de infamia irregulari.25.distin. primum.61.distinctione, in sacerdotibus. Item non obstat extr. de tempo. ordin. ad aures. quia loquitur de irregulari, qui non habet velle,nec nolle:quoad hoc autem,vt nunquam inde accusari possint,bene est necessaria dispensatio.extr.de fil.presby.ex tua. ubi autem aliquis manifestè deliquit peccat celebrando,siue egerit pœnitentiam,siue non,vt in d.capit.sacerdotes.extra.de furt.

d ex literis [d] & uide infra § nunc de episcoporum.versicul. prohi-[19]betur.& §.qualiter autem.versiculo,hoc quoque.† ¶Item nota quòd suspensus ab officio celebrando fit irregularis, vt 11. quæstio.3.si quis episcopus damnatus.& cap. si quis episcopus in concilio.Sed canones illi loquuntur in excommunicato sciẽter, & in contemptum clauium celebrante. Hodie tamen idem iuris est in suspenso à diuinis,vt extra.de re iud.cum æterni. & de senten.excommu.cum medicinalis.in fin.lib 6. & hoc casu soluspapa dispensat,vt infra.§.nunc de episcoporum. versicul. sed minquid potest. Suspensus autem à beneficio tantum non fit celebrando irregularis: quia hoc nullo iure cauetur, secundum Papam. e extr.de electio.cum in cunctis.§. clerici. & cap. statuimus. § fin. extr.de concess. preben. quia diuersitatem. Minori quoque excommunicatione propter participationem ligatus, licet celebrando grauiter peccet, non tamen efficitur irregularis: imo si medio tempore,scilicet, postquam communicauit excommunicato,celebrauerit, bene poterit sine papæ dispensatione celebrare,vt extr.de cleri.excom.mi.ca. fin 11.quæstio.3.si quis presby-[20]ter.& capitu sequen. † ¶Quod autem dixi de excommunicato minori propter participationem, idem etiam dicendum est in notorio fornicatore & simoniaco, & omnibus alijs suspensis à iure:cum & participans excommunicato sit à iure suspensus, vt eadem quæstione,excommunicatos.& duobus cc.sequen & ubi est eadem ratio,idem ius debet esse. de consanguinit. & affinita. tua.extr. de constitu nam concupiscentiam. Secus autem est in suspensis ab homine. Illi enim si celebrant, irregulares fiunt, vt in præce c.si quis presbyter.& c sequen & extr. de cler.excom. mi.c.2.& capitu.latores.& c.postulastis.Et est ratio: quia mitius agitur cum lege quam cum ministro legis.ff de arbi l.Cesus.Quidam tamen dicunt participantes seu communicantes cum excommunicatis,& illos qui per saltum promoti sunt,non suspensos à iure,sed suspendendos esse: & solum propter peccatum, q̃tum ad Deum,prohiberi à sacramentis,& à promotione,ut extr. de cler.per saltum promot c.vnico.& 52. dist. ca.j. Quod uerius f videtur secundum papam & dominum [f]Si enim à iure suspensi essent,celebrando fierent irregulares,vt extr.li 6. de re iud.cum æterni.§.si quis & § sciturus de sent. excom. cum medicinalis.§. si quis.& §.fin. Alij tamen aliter dicunt,extr.de cohabit. cleri.& [21]mulier.sicut. Ad idem extr.de sent.excom solet.lib 6.† ¶Vt autem in hac materia plenius instruaris, nota q̃ excommunicatus maiori excommunicatione siue à iure, siue ab homine sciens ter, durante excommunicatione celebrans, semper fit irregularis, & deponendus est,vt in præ. cap. si quis presbyter. & c. sequent.& ea.quæstion de illis.& in præ.decre. latores. Secus si ignoranter, vt eodem titulo §. Apostolicæ.& infra.§ nunc de episcoporum. versicul. sed nunquid potest. & etiam clericus illi ministrans, vt g dicunt quidam,argumen extr.de aposta.cap.2 [g]Si autem dubitaret probabiliter de sua excommunicatione, præsertim quando conscius est de culpa sua propter quam iuste potuit excommunicari:nescius tamen exponit se discriminis:& si celebrauit,cũ sit excommunicatus irregularis est: & indiget dispensatione domini papæ,ut in d. capitu.Apostolicæ. Crassa autem dici põt in talibus ignorantia, si citatus peremptoriè, nec iuit, nec misit: & sic excommunicatus celebrat, licet nil de excommunicatione

ADDITIONES.

a Casibus. ¶ Quos scripsi in præ.c.nisi.super gl.ex loco.
b Secundum Papam. ¶ In decr.nisi cum pridem.post prin.
c Vincen.dixit. ¶ In c.prox.alleg.
d Literis. ¶ Hucusque Vin.qui addebat.maxime si scandalum est, uitari nõ poterit ante sententiam.15.q.vlti.c.vlti.
e Papam. ¶ In prin.c.nisi cum pridem.
f Dominum meum. ¶ Qui hoc no. in ca. si celebrat. vt ibi scripsi post principium.
g c.2 ¶ Hoc non placet.nec hoc etiam recipit interpretationem consuetudinis:& probat hoc decr.is qui.j.respon.de sen.exc.li.6. non ob. decre.26. Spar enim est culpa celebrantis in excommunicatione & rebaptizantis, quasi crucifigere Christum dicitur.de consecra. distin. 4. qui bis. Et impunitur etiam iguorantia rebaptizati, vt ibi. & secus in excommunicatione,ut supra.

tione sciat[a] In suspēsis autem distinguitur quia quomodocunqs quis suspēdatur à iudice, siue ad certum diem, siue ppetuo, siue quousq; poeniteat: semper si celebrat, fit irregularis. Huiusmodi enim suspēsi nunq debent celebrare, nisi prius sententialiter absoluantur per iudicē sicut sent. ntialiter suspensi fuerunt: extr. de regn iuris. c j Quidam tamen contradicunt in hoc vltimo casu, scili quando suspensus est quousq; poeniteat Sed pro primis multū facit 2. q. 5 presbyter. vbi dicitur de tali, q̄ ad arbitrium suspē
b dentis satisfacere debet[b] Et si tales ante absolutionem celebrāt, sunt irregulares: vt in præ. c. si quis presbyter. & c. seq extr. de re scr. dilectus. extr. de excc. Apostolicæ. Suspensi vero à Deo, quales sunt oēs peccatores: vt ext. de cohab. cle & mul. c. fi. n. quia qui indigne corpus Christi sumit, iudicium sibi māducat & bibit. de pse. dist. 2. sancta. & c. timorē. & c. qui sceleratē. 11. q. 3. c. ad mensam. §. euidenter. 23. q. 4. forte nunq fiunt irregulares, si celebrāt licet peccent: nisi in grauioribus criminibus, vt in homicidio, simonia. & huiusmodi: in quib. etiam post peractam penitentiam exe
22 cutio officij impeditur, vt s. ver. sunt quoque. quia hoc non inuenitur in canonibus. & hæc irregularitas à iure canonico tantū est inuenta: vt dictum est s. ver. 2. † ¶ Et ideo neminem irregulare
c raliter[c] In suspēsis à canone ab officio, pprer crimen, dic q̄ fiūt irregulares celebrando: vt in præ decr. cum æterni. & c. cum medicinalis. Sed contrà, nonne excommunicati minori excommunicatione suspensi sunt à canone, & tamen nō fiunt irregulares celebrando? vt s. ver. item no. So. excommunicatus minori exeō municatione est principaliter à Deo suspensus, & non à canone, nisi per approbationem. quod apparet ex eo, quia quā cito vult penitere, absoluitur à quoq; confessore: & statim celebrare pōt vt ext. de sen. excom. nuper in fin. Sed secus est in suspensis à canone: quia ipsi quantuncunque poeniteant, ante tempus suspēsionis finitum celebrare non possunt: ut in prædicta decre. cum æterni. & c. cum medicinalis. Sed adhuc opponitur, quia in minori excommunicatione aliquid adiectum est à canone. Nam in absolutione est necessaria solēnitas extr. de sen excom. nuper. & c. quāuis. & c. venerabilis. & c. duob. & omnia nostra merito facimus, quibus auctoritas nostra impartitur, vt C. de ve. in. enu. l. j. §. sed neq;. & §. tanta autem. Sed dic, quod hæc adiectio, quo ad solennitatē, non immutat statum, siue naturā suspensionis, vel minoris excōicatonis: & ideo non est dicenda sententia canonis: sed
23 Dei tantum. † ¶ Item quando dicitur, Sis suspensus, quousque
d satisfacias, vel pœniteas; uel vsq; ad annum, vel aliud tēpus[d] nō dicitur propriè sententia, vel suspensio canonis, sed Dei: & ideo statim post penitentiam legitimam celebrare potest: ut 81. dist. si qui sunt presbyte in prin. & etiam prius celebrans non fit irregularis secundum papam, ut probatur, & no. secundum eum extra,
e coha. cleri. & mulie. sicut[e] Notorius quoq; fornicator non est principaliter suspensus à canone, sed à Deo. quod patet ex eo, q̄ quam cito penitet, licitè celebrat. eo. c. fina licet per canones in odium criminis aliquid additum sit, quo ad vitationem eorum vt eo. ti. c. tua. & c. uestra. 32. distin. nullus & ca. præter hoc. §. uerū. secundum papam. Dominus autem meus dixit, q̄ simoniacus & notorius fornicator suspēsi sunt ab officio propter crimen à canone, quantum ad se, & quantum ad alios: ut in prę §. uerum. Vnde quantumcunque pœnitentiam egerint, nunquam celebrare debent ante obtentam à sede Apost. dispensationē: alioquin cōtrahunt irregularitatem: ut extr. de biga. quia circa. & notatur secūdum eum extr. de simo. tanta. & in præ. c. cum medicinalis. Si enim aliquis est suspensus ab officio propter crimen, quantū ad se & quantum ad alios, siue à canone, siue à iudice, semper fit irregularis celebrando, secundum eum, ut not. in præc. dec. cum æterni. & c. cum medicinalis. arg. tamen contra in his quę no. j §. nūc de episcoporum. uer. 26. Porro si non sint suspensi a canone propter crimen, sed propter aliquem defectum, ut puta illegitimē nati, & corpore uitiati, & huiusmodi, non incurrunt nouā irregularitatem, si ante obtentā dispensationē celebrent: & hoc curia Romana obseruat: quia qñ dispensat cum talib. simpliciter, dispensat super defectu tantum: nulla facta mentione de irregularitate: quia nullā contraxit. 66. dist. Apostolica. & c. Cenomanensem. extr. de fide presby. ueniens. & c. peruenit. Et idē est, si suspēsi sint à canone non propter crimen, sed propter infamiam: sicut illi quorū crimina sunt notoria: & qui etiam post peractam penitentiam celebrare propter scandalū & infamiam prohibentur, ut in prælleg. decr. de coha. clerico & mulie. c. fina. & de nomi. ex literis §. fina & tamen celebrando ante dispensationē no
tam irregularitatem non incurrunt: quia hoc nō inuenitur iure cautū. Et idem est in suspenso à confessionib. audiendis celebrāte ante reconciliationem: quia hoc iure nō cauetur. 11. q. 3 §. euidenter. De hac suspensione habetur 26. q. 5. & qu. 6 per totum.
¶ Hic etiam est, quod si quis in irregularitate existēs beneficium receperit: tamen impetrata absolutione super irregularitate, nō indiget alia dispensatione super beneficio obtento, secundum fratrē R. sed & vbi quis debet esse in suspensione, id est, in probatione prius quam celebret, si illa durante celebrat, bene potest cum tali episcopus dispensare, ut teneatur & no secundum papam ext.
f de clerico peregrinante. c j[f] Casus autem in quibus sit aliquis ipso iure suspensus, vel debeat de iure suspendi, vide pleue in nostro aureo Repertorio sub titulo de sen. excommunicatio. sub Rubrica casus totius iuris, in quib. est aliquis suspensus & in titulo seq.
24 † ¶ Sed queritur, vtrum is qui non seruat, sed uiolat interdictum
g ecclesiasticum celebrando in loco interdicto, sit irregularis, & suspensus iure ipso? Et videtur q̄ sic:[g] vt extra, de excess. prælatorū. uer. fi. & de cle. excō. mi. postulasti. §. fi. Sed contra: quia celebrans & communicans excommunicato non est suspensus ipso iure, nec irregularis. ut eodem titulo, si celebrat in principio. multo ergo minus qui non seruat interdictum. Super hoc dicunt quidam, quod non est irregularis: nec suspensus ipso iure. Et intelli-
h ligunt prædictam decretalem, tanta.[h] loqui, quando quicunque non seruarent interdictum, sed celebrarent in loco interdicto ex presse per sententiam erant excommunicati uel suspensi. Tu dic, contra, etiam si super hoc nulla sententia lata fuerit, vt eodem titulo, Apostolicæ. & extra. de electio. cum inter. R. & de postulatio. prælato capitul. 1. Qui enim in loco interdicto celebrat, non
i à canone, sed a latore sententiæ, intelligitur esse suspensus.[i] vnde cum sit irregularis, non potest dispensare cum eo, vt 11. q. 3. ligs episcopus. & c. seq. Qui autem coram excommunicato celebrat, uere irregularis non est, ga non est suspensus nec ab homine, nec à iure, sed est cēsendus sicut ille, qui excommunicato participat in oratione, qui tantum minori excommunicatione excommunicatus est, ut 11. q. 3. excommunicatis Nec est irregularis, ut in præ. decr. si celebrat. in prin. unde potest à quocunque absolui vt ext. de sent. excom. nuper. in fi. ¶ Sed quare non multo magis est suspensus celebrans & communicans excommunicatis, quam celebrans in loco interdicto? De hoc dic secūdum papam, ut no. in
k præ. c tanta.[k] Suspensum autem ab homine reputo. sine nomina tim suspensus sit, ut Suspendo talem: siue generaliis suspensionis sententia ferat in omnes qui in tali facto commiserint: Vt interdico talem ecclesiam, uel talem ciuitatem. ut in præal. decr. tanta.
25 & extr. de postula. c. 1. de uerbo. significat. cum in partibus. † ¶ Qđ autem dixi, quod celebrans coram excommunicatis non est irregularis, fallit secundum quosdam, si illi fuerint à domino papa
l excommunicati, ut extra. de sententia excommuni. significauit.[l] Illud quoq; notandum est, quod cum locus interdicitur, non solum clerici illius loci, sed etiam alienigene ibi prohibentur celebrare, nisi sint priuilegiati: ut ext. de priuileg. quod nonnullis. & c. ut priuilegia. Nominatim autem interdicti celebrantes irregulares, fiunt, ut 11. q. 3. si quis episcopus in cōcilio. & c. si quis episco
26 pus damnatus. † ¶ Quæ autem dicimus de loco interdicto, intelligimus

ADDITIONES.

a Sciat. ¶ Durum videtur hoc cum potuisset etiam non excommunicari, & post peremptorium iterum citari de off. deleg. consuluit. de do. & contuma. prout, vel alia pœna contumacis puniri, vt lit. non contesta. quoniam.
b Debet. ¶ Remissiue dabo j. ver. proxim.
c Generaliter. ¶ Et sic est declaratum de sent. excom. is qui. j. respon. lib. 6.
d Tempus. ¶ Quomodo hæc duo vltima differunt à primis duobus, plene scripsi de æta. & quali. cum bonæ. in gl. moderatè.
e Sicut. ¶ Vbi scripsi in glo. satisfactio, & gl. seq.
f c. j. ¶ Vt ibi scripsi, super ver. suspensus.
g Quod sic. ¶ Et sic est determinatum de sent. excom. is qui. 2. respon. libr. 6. & quod sequitur de celebrante coram excommunicato, si scienter ibi expeditur. in 1. responso.
h Tanta. ¶ Vt ibi recitat Ber. in gl. no. quod ut quidam. ¶ Adde quod celebrans in loco interdicto, fit irregularis: voluit Fede. de Senis cons. 221. An autem prælatus non prohibens celebrare in loco interdicto, sit & ipse irregularis, ibi vide. & cui incumbat onus probandi, quòd prælatus scuit locū interdictum, etiam ibi vide: & an prælatus, qui tempore interdicti clausis ianuis interfuit missæ, quæ celebrabatur super cadauere cuiusdam beguinæ; sit irregularis: cum dicta beguina sit priuilegiata, q̄ tempore interdicti diuinis officijs posset interesse, & ecclesiastica capere sacramenta, vide Fede. de Senis concludentem quod non cons. 86.
i Suspensus. ¶ Melius diceret, non à latore sententiæ, sed a canone: vt patet præ. decr. as qui. 2. respon. & huic literæ melius coaptatur istud. vnde quod sequitur non ob. decr. nuper. de sent. excom vt ibi scripsi super gl. colligē & vide quod no. c. tit. statuimus. in ver. gl. & super ea. lib. 6.
k Tanta. ¶ Cuius mentem ibi posuit Ber. in additione.
l Significauit. ¶ Omnino videas quod ibi scripsi super j. glo. ¶ Adde ver. sequenti illud quoque. Fede. de Sen. consi. 92. incip. fratri Raynaldo. vbi bene discutit materiam huius ver. & per ipsum etiam consi. 70. vbi ponit de illo qui accipit aliquos ad diuina officia tempore interdicti, alijs seruatis circa obseruationem interdicti: & an seruantes interdictum possint admittere aliunde venientes ad ecclesiasticam sepulturam: & an debeant illo tempore portare corpus Christi cum sono campanæ ad infirmum: & an in quatuor festiuitatibus anni, in quibus tempore interdicti permittitur celebratio diuinorum officiorum, sepeliens mortuum sit irregularis. Io. An. & Pau. de Lea. vt refert Fede. de Se. cons. 91. tenent quod sic. Sed an tunc officiantes ad sepulturam sint & ipsi irregulares, Fed. vbi consuluit, q̄ nō

ligimus etiamsi parochia fuerit interdicta. Si autem ecclesia int. r
dicta sit: ideo quia est violata sanguinis effusione, vel semine pol-
a luta: non est irregularis in ea celebrans. [a] Tunc enim non dr̃ pro-
prie interdicta, sed dicunf in i la organa esse suspensa. extr. de con
se. ec. vel alta c fi extr. de adul. significasti & de priuil. tuarũ. vbi
generaliter no. ꝙ celebrãs in ecclesia a iure interdicta, nec susp̃e
sus nec irregularis est: quia interdictum nomẽ iuris est: & plus im
portat q verbi proprietas sonet Idem ẽt puto, si episcopus pro-
pter patronorum discordiam clauserit ecclesiã, & inde reliquias
aspo tauerit: præcipiens ne ibi missarũ solennia celebrent. Non
enim credo, quòd celebrans ibi sit irregularis. extr. de iure pat. c.
i. & ij Si autem dicatur sic: Interdico talem ecclesiã: celebrans in
ea incurrit irregularitatem & suspensionem: sed clerici & laici il
lius ecclesiæ bene poterunt alibi vbicunque audire & celebrare
b diuina: nisi illud addi ũ fuerit in snã interdicti i fm papam. [b] Idẽ
no Vinc. extr. de consue. cum venerabilis. Ber. tñ dicit, & melius,
ꝙ isti laici non poterunt alibi diuina audire, vt not. extr. de priui.
c quod nonnullis. [c] ar. pro eo 4. q. 5. quisquis. versi si autẽ. De hoc
dic fm papam. prout not. in præd. c tanta. & in præd. Dec. quod
d nonnullis. & in c. cum venerabilis. [d] † ¶ Hoc etiam not. ꝙ excõ-
27 municatus vel interdictus dr̃ violare sententiam vel interdictũ,
agendo suum officium, sicut prius: puta offerendo in missã cali-
cem, vel vrceos & huiusmodi, vel celebrando solenniter vespe-
ras, vel matutinum, vt in præ c. si quis episcopus in cõcilio. Vtrũ
autem episcopus vel legatus sic possit in hac irregularitate dispẽ
sare, no. inf. §. prox. ver. sed nunquid episcopus. Quid si officio di-
uino interest, & cantat: non tamen celebrat? Rñ. non incurrit irre
gularitatem vel suspensionem, licet peccet: quia non facit tanq̃
in officio suo agẽs. ar. eiusdẽ c. Legere enim psalterium, vel doce-
re etiam Euangelium, vel nouum, vel vetus Testm̃ in ecclesia in-
terdicta, non est prohibitũ: cum etiam ibi prædicari possit, vt ext.
de sen. excom. respon. ar. tñ ꝯ ext. de excess. prael. tanta. & de cleri.
e excom mi. illud §. fi. [e] & extr. de re iud. cum æterni. §. sciturus. Sed
distingui potest, vtrum ex ignorantia seu etiam deuotione, an ve
28 ro ex contemptu, seu ex malitia se officio ingerat. † ¶ Quid si ex-
cõmunicatus celebrat, sicut prius, vel dicit horas suas officiando
populum, non in ecclesia, sed extr. puta in naui, vel in exercitu, vel
alibi? Respon. irregularis est. ar. de conse. di. j. procedimus. Secus, si
dicit horas cum uno vel duobus, aut plurib. socijs non offician-
do in ecclesia, tunc tamen bene facit, si supprimit verba illa quæ
f a solo sacerdote dici solent, ut, Dominus vobiscũ. [f] & si per aliũ
etiam non sacerdotẽ, facit officiũ inchoari. Quid si excõmunica-
tus, vel interdictus celebrat in ecclesia non ꝑsecrata? Resp. idem
iuris est, ac si esset cõsecrata. quo ad hoc, extr. de immu. eccle. ec-
clesia. extr. de ꝑse. eccle. vel alta. c. fi. Nam ẽt idem esset, si extra ec
29 clesiam celebret, vt s. † Quid si sacerdos sepelit aliquem in cemi
terio, in quo certum est aliquos excõmunicatos esse sepultos? Et
vr quòd sit irregularis: cum cõstet eum uiolare interdictum, extr.
de exce. præla. tanta. Nam tale cœmiterium interdictum est, do-
nec reconcilient, extr. de conse. eccle. vel alta. consuluisti. extr. de
sepul. ex parte. Sed dic ꝯ: cum hoc non sit expresse iure cautum. ꝯ
uer. generaliter. sicut nec celebrans in ecclesia sanguine uel semi.
ne polluta, ut s. uer. illud quoque. Mitius enim punit committẽs
contra interdictum legis, quam hominis. ff. de arbi. Celsus. In cœ
miterio autem per sententiam hominis interdicto sepeliens solẽ
niter, bene fit irregularis. ꝯ uer. quid si excommunicatus. extra, de
postu. præla. c. j prope prin extr. de cle. excom. mi c. Apostolicę.
Regulariter enim siue interdictus ab homine in loco nõ interdi-
cto, siue etiam non interdictus in loco ab homine interdicto, ea q̃
suo ordini sunt specialiter attributa, solẽniter prophanet, præser
tim scienter & in cõtemptum: ex hoc efficitur irregularis. ar. 11.
quæ 3. si quis epũs. j. ibi: aliquid contigerit de sacro ministerio, &c.
30 † ¶ Quid de illo qui scienter & solenniter sepelit publice excõi-
catũ? Rñ. licet grauiter peccet, non tñ ex hoc fit irregularis: sicut
g nec ille qui celebrat excõmunicato. s. uerũ. sed quæritur. [g] Quid
de officijs, uel ministerijs: puta si magister scholarum suum exer-
ceat officium: & sic de alijs? forte idem dicendum quòd de ordini
h bus secundum papam. [h] quod ex eo apparet, quia laici qui irregu
laritatem uel suspensionem non incurrunt, cum ordinem uel of-
i ficium non habeant, puniuntur, si uioletur interdictum. Tu dic, [i]
ꝙ talis non incurrit irregularitatem: quia hæc non competunt
ordinis ratione. Peccat tamen, & grauiter est puniendus, sicut &
laicus excommunicationem contemnens, ut extr. de cle. excom.
31 mi. c. 2. in fi. † ¶ Sed qd dices de aduocatis, & tabellionibus, iudi-
cibus, & alijs publica officia gerentibus: nũquid si ab illis per supe
riorem suspensi, ea nihilominus exequuntur, irregularitatẽ incur
rant? Videtur ꝙ sic. ar. extr. de hęret. si aduersus. in fin. & de cler.
excommunic. mi. c. 2. respon. j. extr. de re iudica. cum ætern. §. sci-
turus. Sed dic ꝯ, hoc obstant iura prædicta: quia locum habent in
suspensis a spirituali officio ordini sacro annexo. 11. q. 3. si quis
episcopus damnatus. & c. si quis episcopus in concilio. Quid de be
nedicente mensam? Et vr ꝙ sit irregularis: quia hoc ex officio in
cumbit. 44. di pro reuerentia. de conse. dist. 5. in omnib. Sed dic.
cum hoc nulli sit ordini deputatum. 44. dist. c. fi. secus in benedi.
ctione aquæ: quia illa fit cum solennitate. de ꝑsecrat. dist. 4. aquã
32 † Quid de absolutione ab excommunicatione? Dic ꝙ absoluere
excommunicatum per sententiam nõ est ordinis, sed iurisdictio
nis, sicut & excommunicare, ut 2. q. 1 nemo. Nam par est ius ligã-
di & soluendi. de pœ. dist. j. uerbum, sed absolutionis solennia ad
hibere, sicut est dicere orationes cum stola, & psalmum pœniten
tialem: & in ecclesiam introducere, ordinis & officij est. ar. extra,
de sent. ex. nuper. in fi. 11. q. 3. debent. & c. seq. & ꝯ. de sent. §. ut au
k tem uer. porrò. & seq. [k] † ¶ Quid si diaconus, uel acolytus legunt
33 epistolam sine apparatu in loco, ubi de consuetudine generali
per subdiaconũ dicitur epistola? Videtur quòd sint irregulares.
arg. 11. q. 3. si quis episcopus damnatus. ubi dicitur generaliter, si
quid contingat de sacro ministerio. Sed intelligendum videtur
de his, quæ certo & suo ordini sunt deputata: sicut subdiacono le
gere epistolam, uel acolyto portare cereos, & sic de alijs. Simile.
23. distin. subdiaconus. & c. seq. 25. distin. perlectis. 21. dist. cleros.
Sed si facit ea, quæ nõ sunt certo ordini, uel officio deputata, uel
a iure, uel a constitutione ecclesiæ, uel de consuetudine, ut si can-
tat Responsoria, uel legit lectiones: non sit irregularis. Vnde uide
tur, quod si in aliqua ecclesia sit consuetudo, quod qui sque sine
distinctione ordinis legat epistolam, uel portet cereos, uel quid
aliud pertinens ad aliquod officium faciat, non erit irregularis
34 qui illud officium facit. † Consuetudo enim attenditur in sacra-
mentis & in ecclesiasticis officijs, ut extr. de celebratio. miss perni
cios. cum suis concord. Argumen. tamen contra, extr. de ho-
mic. sicut dignum. in fine. ubi dicitur quod homicidæ non debẽt
etiam Responsoria separatim cantare, sed dici potest, quod illud
specialiter fuit inuentum propter terrorem enormis criminis.
Patet ergo ex præmissis, quod in minoribus ordinibus contra-
hitur irregularitas, & probatur & not. secundum dominum
meum. extr. de cler. excom. mi. c. 2. Nam & tales degradantur, ut
11. q. 2. episcopus presbyter. in fin. 24. dist. ca. fin. quidam tam ẽ
dicunt constitutos in minoribus non incurrere irregularitatem
mini-

ADDITIONES.

a Celebrans. ¶ Et sic terminatum est de senten. excommu. is qui. j. respon. lib. 6.

b Papam. ¶ Qui hoc dixit in præ. Decre. tanta. in fi.

c Nonnullis. ¶ Salua pace Gul. Ber. non loquitur de speciali interdicto eccle siæ. sed de generali interdicto terræ. de quo loquitur ibi tex. Cy. quod no. de sen. exc. c. vlt. §. adijcimus. in gl. j lib. 6. ¶ Adde ꝙ Ab. Sic. in c. tanta. de exce. præl. tenet, quod alibi possint celebrare & audire, quando locus solus est interdictus. & ita intelligit. d. c. tanta.

d Venerabilis. ¶ Tu distingue, ut de sen. exc. si sententia. §. j. lib. 6.

e §. fi. ¶ Vide quòd ibi scripsi in gl. distinguit. & in præ. c. tanta. super ver. violauit. Adde, quod idem quod Spe. sentit. Ab. in d. c. tanta.

f Vobiscum. ¶ Hoc etiam supprimunt laici & moniales dicentes officium, vt scripsi de cele. mis. c. j. super. ver. 1. comp eantur. Aduerte ad id quod dicit hic Spec. dum vult, quòd excommunicatus celebrans etiam extra eccle siam, sit irregularis. Nam videntur tenere contrarium In. & Host. in c. sacro. extr. de sen. excom. Item Arch. in c. is cui. per illum tex. dum dicit in ea. extr. de sent. exc. lib. 6. & ibi etiam Io. And. in gl. in uer. in ea. & ibidem Do. & Phil. Fran. Sed pro dicto Spe. facit: quia uidetur effectiue & consecutiue prohibita celebratio, etiam extra ecclesiam, si ibi sit populus & sua plebs. Nam ibi est collectio fidelium, & nil aliud est ecclesia quam fidelium collectio. c. ecclesia. de conse. dist. 1. quare satis dubitandum est. Ego autem sic dicerem, salua tamen opin. melius sentientis: aut hic celebrans extra ecclesiã, cui ecclesia est interdicta, celebrat conueniendo populum extra ecclesiam fraudulenter, & in contemptum censuræ, & in hoc casu sum cum Speculatore. arg. c. illo vos. extr. de pig. c. quanto. de priu. c. fin. de immu. ec. lib. 6. cum fi. Si vero celebrat his sedatis, simpliciter, & non hoc animo fraudulento: sum cum opinione contraria. Tu cogita. Vel posset dici, & forsitan melius, quòd opinio communis intelligitur quando celebrat sine plebe, & fidelium collectione sub aere in territorio aliquo, uel in aliquo priuato oratorio: non cum fidelium multitudine. & hoc quantum ad irregularitatem incurrendam: quia non incurritur, nisi in casibus a iure expressis vt iam dictum est. Vltimo tamen his missis disputandi gratia dicas, & hæc est veritas, ꝙ opinio communis intelligitur in suspenso, uel interdicto solum in ecclesia, seu est sibi interdictus ingressus ecclesiæ, uel ab eo suspensus. & ita loquitur text. in d. c. is qui. & cum hoc concordat autor infra. eo. §. versi. quid si quis suspenditur ab ingressu ecclesiæ. Sed hic loquitur in excommunicato maiori. dicas ꝙ qui est extra omnem ecclesiam, est membrum diaboli effectus. c. omnis Christianus. & d. c. audi denique 11. q. 3. & ideo vbicunque ceret cum populo, celebraret in ecclesia: quare, &c.

g Queritur. ¶ Dic ut de priu. episcoporum. lib. 6. & in clemen. de sept qui.

h Papam. ¶ In c. tanta. Adde & intellige secundum præcedentem ad fi & per Fed. consi. Alex 111.

i Tu dic. ¶ Idem Host.

k Et seq. ¶ Et illam exercens irregularis esset, vt in Decre. tanta. scripsi Inno. & Host.

ministrando in suis officijs. Nam prædicta c. si quis episcopus. 1. & 2. non loquuntur de his, sed de presbytero & diacono, & pœnæ moliendæ sunt vel saltem si incurrunt, potest cum eis episcopus dispensare, cum non inueniatur ei prohibitum nec est contra, extr. de cler. excom. mi. Apostolicæ. quia ut dicunt, ibi loquitur de existentibus in sacris ordinibus. Quid de simplici clerico? Respondeo secundum illos qui dicunt, quod non est ordo, nullam irregularitatem incurrit: secundum illos vero, qui contrarium dicunt, contrarium est dicendum, si in officio suo cantat. 23. distin. psalmista. quod verius est secundum dominum meum,
35 argumen. ad hoc 21. dist. cleros. in principio. † ¶ Quid si presbyter excommunicatus, vel suspensus simpliciter ab ordinibus suis administrat in ordine acolytatus? Respondeo, irregularis efficitur, vt in præced. c. si quis episcopus damnatus, vbi dicit, si quid contingit de sacro ministerio: secus si tantum à missarum celebratio ne suspensus esset. Quid si constitutus in minoribus ordinibus excommunicatus legit epistolam in missa priuata? Respondeo non est irregularis, ex quo sine solennitate hoc facit: cū etiam à laicis quandoque legantur epistolæ, & lectiones in missa, de consuetudine. Et idem iuris est, si ministret sacerdoti ad altare parando vinum & aquam & lumen, & huiusmodi & idem
36 etiam puto in presbytero & diacono & subdiacono. † ¶ Quid si episcopus à pontificalibus sit suspensus? Dicunt quidam, quod in illis celebrando non efficitur irregularis: quia pontificalia non sunt de substantia. Nam & sine ipsis potest quodlibet pontificale officium exercere: nec debet quis irregularis iudicari, nisi vbi inuenitur expressum. Quid si quis suspenditur ab ingressu ecclesiæ tantum? Dic quod non fit irregularis celebrando: quia etiam
a extra ecclesiam celebratur: de consecr. dist. 1. concedimus[a]. Quid si excommunicatus, vel suspensus baptizat? Respondeo, non est irregularis, vt quidam dicunt: nam hæc pœna non extenditur ad hunc casum: quia hoc non est specialiter certo ordini deputatū. argument. contra. 11. q. 3. si quis episcopus. 1. Sed quod ibi dicit, contigerit de sacro ministerio: restringitur, vt dicunt, ad officium ecclesiasticum, & ad sacramentum altaris. Vel dic quod si quis paratus vestibus sacerdotalibus, vel diaconalibus solenniter ba-
37 ptizat, irregularis est: secus si aliter hoc facit. † ¶ Generaliter autem dicendum est, quod non debet aliquis in dubio irregularis iudicari, nisi vbi inuenitur expressum in iure. argu. ff. de pœnis. l. præses de pœn. dist. 1. pœnæ. Irregularitas enim à iure positiua
b est introducta, vt §. vers. 2.[b] Scandalum etiam solum inducit irregularitatem, vt extr. de homic. ex literis. 1. Hoc etiam sciendum est, quod habens plura beneficia cum cura, vel plures personatus sine dispensatione, irregularis est, quod dic vt j. §. videndum. uer.
38 nunc aliqua. † ¶ Abbas autem propter irregularitatem à prælatione non remouetur, vt extr. de æta. & qualita. tuam. 50. dist. ac
c cedens.: 6. q. 1. legi. secundum papam[c]. † ¶ Sed quæritur, quando
39 occasione homicidij irregularitas contrahitur[d]? Super quo no-
d ta, quod ad hoc quod irregularitas & peccatum ex homicidio contrahatur, necesse est quod interueniat consilium vel præceptum, vel factum, vel defensio occidentis. 10. dist. si quis viduā. extr. de cler. pugnan. in duello. c. 2. in fi. 23. q. vlt. c. fi. de quo plenè not. extr. de homic. sicut dignū. §. clericos. Intelligitur autem aliquis consilium vel præceptum vel factum in mortem alicuius dedisse, quando sua sit illud, vel rogauit, uel mandauit, uel alias cōsuluit ostendendo utilitatem, quæ ex homicidio sequeretur, extra. de hom. sicut dignū. Sed & qui nō consuluit homicidium, sed consuluit id unde illud sequitur, irregularis est: ut si suasit ia-
e ctum lapidis, machinæ, vel balistæ[e], vel quòd quis iret ad capiendum castrum: quod de facili capi non potest absq; hominis morte. Si enim ille occidit aliquem in captione castri, irregularis est: quia captioni castri, & iactui machinæ, uel balistæ valde affine est hominem interficere, Secus autem videtur, si mandauit fertine, seu proditionaliter capi castrum: tūc enim licet qui ad hoc vadunt, hominem occidant, consiliarius ex hoc non fit irregularis: nisi forte alias verisimile esset, uel ipse idem suspicaretur, ꝙ hoc sine hominis morte fieri non posset. Vel dic, & melius, quòd cum illicitum opus consulat, irregularis efficitur, etiam si casu mors inde sequatur, argu. extr. de homic. de cætero. In talib. enim punitur, qui remotam causam homicidio præbet, sicut qui propinquam, vt not. eod tit. presbyterum. Idem quoque est, si mandauit aliquem verberari: quia satis credibile erat, quod ille se defenderet. ff. de iusti. & iur. ut uim. extr. de homici. significasti.
f prope fin.[f] Sed si insisteret consilio licitioperis, uidelicet, ut ma-
licus, uel alter consimilis capiatur: tunc non fit consiliarius irregularis, etiam si capiens illum occidit: quia hoc non consuluit: g. extr. eo. tit. c. fin. Absit. n ut ea quæ propter bonum facimus, quid per hoc præter voluntatem nostram cuiquam mali accidat, nobis debeat imputari. 23. q. 5. de occidendis. Semper tamen irregularis dans directè consilium in mortem alicuius, ut extr.
clef. uel mona. c. sententiam. Nec interest, siue is cui datum est consilium, statim fecerit homicidium, uel etiam diu post, nisi primum consilium reuocauerit, & contrarium suaserit. extr. de hom. Petrus. & arg. extr. de sent. excom. mulieres. cum suis concord. imò nisi firmiter & probabiliter credat quod post reuocationem consilij, reuocetur is cui consultum est à proposito occidendi: necesse est quod denuncier illi de cuius morte tractatum est, quod caueat sibi. In eo autem qui mandauit pro se fieri homicidium, videtur sufficere, si contrarium mandet tantum, extra, de reg. iur. omnis. uel si sciente eo cui mandat est, pacem iuret cum occidendo, ut 22. q. 1. omne quod. uel parentelam, uel extr. amicitiam cum eo contrahat aliam. extr. de despon. impub. cap. 2. Licet hoc non significauerit ei: quia qui certus est, certiorari non debet. ff. de actio. empt. & uend. l. 1. in fine. extr. de elect. cum inter uniuersas. Ratio diuersitatis est, quia quando mandato alterius, & pro alio tantum fit mandatum de occidendo: uidetur quòd contrario mandato, vel contraria uoluntate ostensa debeat ab homicidio cessare. Sed ubi non fit mandatum pro alio, sed pro se, is qui consuluit, debet semper dissuadere, & etiam plus facere, si hoc conscientia dictat. Cautè tamen facit, ne quē prodat, ut 46. dist. clericus. 2 q. 1. si peccauerit. Si autem postquā consulens pœnitet: prius tamen quam reuocet consilium, ille procedit ad actum, irregularis fit, licet tempore perpetrati homicidij in charitate sit, nisi reuocauerit tempestiuè, ita quòd reuocatio ad illum peruenerit. ar. ff. man. si mandassem. & ff. ad Mace. si tamen. & l. si filius. & ff. quod iussu. l. 1. resp. 1. extr. de procu.
40 mandato. & c. ex insinuatione. extr. de reser ex parte. † ¶ Sed si alig quis alicui consuluit, quòd proiiciat se in mari, uel quod alias se occidat, irregularis fit. argumen. 50 distinctio. si quis viduam: Sed pone, rusticus super asinum volebat torrentem uadere, cumque fuisset in medio torrentis, asinus nec ante nec retro uo-
h luit ire, sicut asina Balaam[h] 2. quæst. 7. capitul. nos si. § item cum Balaam. & capitul. secuti sunt. Clericus uero una cum alijs, quia aqua crescebat clamauerunt ad illum, ut de asino descenderet, & rediret ne periret, firmiter & uerisimiliter credentes, quod illæsus redire posset: ille igitur ad eorum clamorem de asino descendens vi fluminis est submersus: numquid ergo clericus ille irregularis est? Respondeo; non. Absit enim, vt ea quæ propter bonum, & cætera. ut in præ. capitul. de occidendis. & ad idem. ea quæstio. cum homo. Recte ergo consului illi religioso facto, ut erroneam deponeret conscientiam, ut extr. de simo, per tuas.
41 2. in fin. † ¶ Quid si iudex habens latronem captum, quærit ab aliquo perito, quid fieri debet de tali: & ille respondit, talem morte puniendum, vel simile: iudex autem secutus consilium, latronem punit ad mortem? Respond. irregularis est, secundum R. taliter consulens. fuit. n. in culpa sic, in casu qui de facto
i erat, respondēdo, extra, de excess. prælato. ex literis. vbi de hoc.

Si

ADDITIONES.

a Concedimus. ¶ Dic vt de sen. exc. is cui. 1. respon. lib. 6. quicquid intellexerit Gul. in ecclesia celebrando, irregularis est, vt ibi. ¶ Adde quòd si suspensus ab ingressu ecclesiæ celebrat in ecclesia, fit irregularis, tenet Fed. consil. 120.

b Ver. 2. ¶ Sumitur, & uide §. ner. ut autem. in fin.

c Papam. ¶ Qui not. hoc de cor. uit. expo.

d Ccontrahitur. ¶ Multa de his quæ hic sequuntur, scripsi post Innocent. & Hostien. de homic. ad audientiam. in glo. mag.

e Balistæ. ¶ Vide quod scripsi de parante balistam, ne cle. vel mo. sententiam, super verb. balistariis. ¶ Adde quòd si fanticellus alicuius officialis minor 14. an. doli tamen capax, vadit cum familia ad capiendum aliquem, qui postea suspenditur sine facto illius fanticelli, an efficiatur irregularis? & dato quòd efficiatur, an poterit absolui à suo prælato ipso iam professo: cum prælatus habeat priuilegium dispensandi super irregularitate contracta cum quocunque suo subdito: nisi fuerit casus grauis & enormis, propter quem merito tales essent ad sedem Apostolicam destinandi. vide Federic. consil. 158.

f Prope fi. ¶ Et sic est terminatum eod. tit. is qui. lib. 6. etiam si ille mandans expresse prohibuisset occidi, vt ibi.

g Viduam. ¶ Hoc autem intelligas, si consilio paritum fuit: nec putes ex solo consilio irregularitatem induci. Vnde canon ille supponit homicidium. Et quod sic intellexerit Gul. patet ex superioribus: & sic etiam scripsi in p. c. ad audientiam. Et scias, quòd hoc interdicit auctor ibi: scripta vsque ad ver. quod si aliquis consuluit.

h Balaam. ¶ Numeri 22. & 2. Petri. 2. c.

i De hoc. ¶ In glo. 2. & vide quod super ea dixi. & ne cleri. vel mon. c. clericis. super verbo, officium. ¶ Adde quod Bald. in authen. habita. C. ne fil. pa. dicit, quòd clerici possunt dare consilium in legibus & statutis condendis. licet ex hoc sequatur mors, non efficitur irregularis. Ad quod facit quod voluit Inno. in c. ad audientiam. extr. de homic. vbi dicit, quòd qui dat consilium reiiciatur secundum conscientiam, licet ex hoc indirecte sequatur mors, non efficitur irregularis. Adde tu, quòd hoc communiter tenetur vt vbi non imminet crimen de præsenti puniendum, clericus dicens seu respondens de iure, vel etiam consulens tale crimen corporaliter puniendu, & ex hoc non incurrit aliquam irregularitatem: alias secus. hoc modo intelligitur glo. in c. omnis, 3. di. glo. in c. delatori. 5. q. 6. hoc tenet Host. in d. c. ex literis. extr. de excess. prælat. hoc tenet Archi. d. c. omnis. hoc tenet Abb. in c. 1. extr. de furtis.

Si vero non est casus de facto, sed iudex simpliciter quærit qualiter sint tales puniendi, & clericus respondet, quod ad mortem, vel ad sanguinem. quam responsionem secutus, talis punit ad mortem, vel ad sanguinem. Si respondens reputatur iurisconsultus, & super talibus consueuit consulere, & respondere consultus; aut errauit in apicibus iuris, & vbi sunt variæ magistrorũ opiniones, respondet secundum opinionem suam, in qua etiam aliqui periti errant, & tunc non est irregularis: dum tamen consulenti dicat super hoc varias esse opiniones: aut errauit per crassam ignorantiam & supinam: vbi nullus peritus probabiliter dubitasset: & tũc sit irregularis, qa fuit ĩ culpa lata. Si aũt nõ reputat Iurisconsultus: nec interrogatus, respondet ut Iurisconsultus, sed simpliciter dicit quod de talib. sentiat, nec præsumit, nec præsumere debet quòd iudex sequat ipsius responsionem: contrahit ex hoc irregularitatem, ex quo non respondeat ad casum, qui sit de facto, Sed si scienter responderet ad casum, qui esset de facto: ut pote, si iudex quæreret ab eo, quid debet facere de primo deprehenso in tali. & tali crimine: si ex eius responsione sequatur mors, irregularis est: quia in culpa est in casu de facto
a respondendo, secundum fratrem R. de penna forti [a]. † ¶ Quid si
42 episcopus habens iurisdictionem temporalem, interrogatur à iudice à se constituto, quid agendum sit de aliquo crimine, pro quo est pœna sanguinis infligenda? Respon. potest respondere, hoc non pertinere ad episcopum: sed consule super hoc alios peritos. arg. in præ. Decret. ex literis. Potest etiam præcipere, ut quidam dicunt, ut puniat, ut iura volunt, dum tamen non exprimat, quod puniat ad pœnam mortis, vel sanguinis: prout not. Hug. di. tertia omnis autem lex. non tamen debet interesse, ne videatur actoritatem præstare. Alias autem si alius prælatus ex sola curiositate talibus interesset, non ob hoc fieret irregularis, nisi alias de facto cooperaretur, ut ver. sed quid de iudice. & sic intellige præ. capitul ex literis. Si vero episcopus à iudice interrogatus respondeat, malum est, si iste malefactor remanseat impunitus: irregularis fit, si post eius responsionem iste pœna mor-
43 tis', vel sanguinis puniatur: vt eo cap. † ¶ Quid si aliquis consuluit alicui, quod aliquem occidat, ipse tamen ab illo occiditur? Dicunt quidam irregularem fieri consulentem: quia dedit operam consilio illiciti operis: vnde quicquid mali culpa, vel casu, inde secundum est, sibi debet imputari. arg. extr. eo. tit. continebatur. & cap. suscepimus. Potuit enim considerare, & examinare diligenter quod etiam ipse poterat ab illo occidi: vnde fit irregularis. 50. distinct. hi qui. & cap. sæpe. Alij contra dicunt, quia nullum consilium dedit in mortem istius: imò cum mori nolebat. Si enim hoc voluisset, & fraudulenter ei consuluisset ad hoc, vt ipse occideretur: indubitatè irregularis esset. argument. prædictorum. cap. hi qui ' & c. sæpe. & extr. e. cap. significasti. Consilium enim illius licet malum fuerit, & magnæ negligentiæ, non tamen fuit ad mortem eius: nec fuit in negligentia in morte eius, quia consilium sic debuit inteligi, vt bene sibi caueret, & hoc faceret in loco & tempore, vbi recipiens consilium, vel sui, occidi non possent occidendo eum. Sed si excitaret eum ad occidendum alium in loco, vbi periculum esse posset, tunc bene esset irregularis: etiam si is, cui consuluit, occidatur. Quod si dicatur, semper apparet quod non fuit diligens, nec bonum dedit consilium, ex quo is qui recipit consilium, est occisus: ipse respondeat, fines mandati diligenter seruandi sunt, extr. de referi. cum dilecta. ff. manda. diligenter. Vnde si non bene sibi cauet, & fines mandati egressus est, non videtur eius consilio fecisse: vnde non
b est irregularis [b]. † ¶ Porro si quis alicui suadeat, quod pro patria
44 sua, vel proximo suo, vel pro iure suo, vel ecclesiæ suæ periculo se exponat; non ob hoc fit irregularis, etiamsi ille ibi moriatur, 23. quæstio 3. pro membris. & infra capitulo sequen. & capitulo 3. igitur. & capitulo sequen. & capitulo, conuenior: in princip. prope fi. verficul. respondi. & verficul. sanctus enim. Sed si sciret, vel crederet eum moriturum, tunc videtur quod fiat Irregularis: quia est ordinata charitas. quod quisque diligat plus corpus suum, quam alterius. de pœnitentia distinctione tertia. qui vult. sed si ei consulat, quod se indubitatæ morti exponat pro honore Christi, vel pro fide, vel pro statu ecclesiæ, non fit irregularis: etiam si mors inde sequatur. 25. quæstio. 1. sunt quidam. 11. quæstio. 3. non solum & capitu. sequen. cum Christus pro nobis mortem subierit. 12. quæstio. 2. cum redemptor. extr. de hom. pro humani. & sancti martyres pro ecclesia sanguinem suum effuderunt: hac etiam ratione excusari possunt ab irregularitate inquisitores hæreticæ prauitatis: scientes, quod statim postquam pronunciauerint aliquem hæreticum esse, ille morti tradetur, hoc etiam alias multipliciter procurando. Ad hoc etiam accedat 23. q. 8. legi. & q. 5. si audieris. Quid de his, qui propter indulgentiam habendam portarũt ligna ad hereticos comburendos? Respondeo, si illa ligna c[illegible]tulerunt hæreticum irregulares sunt:
45 nec cum eis dispensatur, nisi forsitan per papam. † ¶ Facto autem si quis sponte committat homicidium propria manu, sit irregularis: etiam si Paganum, vel Sarracenum occiderit. 50. dist. clericum. & c. de his clericis. extr. de homici. c. pen. Idem etiam est, & si non sponte. sed casu cum daret operam rei illicitæ: vel si nõ adhibuit diligentiam, quam debuit: vt ext. de homic. ca. sicut dignum. & cap. presbyterum. & cap. continebatur. & c. ad audientiam. & c. Ioannes & cap. fin. Idem est, si causam proximam morti dederit. 50. dist. studeat. vel si venenũ dedit: vt eo. tit. si aliquis. & C. de maleficis & mathe. l. 1. siue accusator, vel iudex, vel aduocatus, vel testis fuit in cã criminali: vt ĩ. ver. item litigiosus, & c. Si autem casu committitur homicidium & dabat operam licitę rei, & adhibuit diligentiam, quam potuit, ex hoc non fit irregularis, ut extra eodem. lator. & c. ex literis. 2. & c. seq. & c. Ioannes. & c. fin. Alij dicunt, quod talis sit irregularis, licet ei non imputetur ad culpam: quia Deus cor interrogat, lex autem opus quærit. 15. q. 1. si quis non eratus. Sed prius dictum est uerius. Hinc est quod medico. qui adhibuit diligentiam, quam potuit, & operatus est iuxta traditionem artis medicinæ, non imputatur mors ægrotantis extr. de ætat. & qual. ad aures. & de homic. tua. & ĩ. ver. contrahitur. alias autem si in aliqua negligentia fuerit: consulitur medico, ne
46 promoueatur ad ordines. † ¶ Quid si aliquis infirmum vertit, vel transuertit in aliud latus, vt citius moriatur? Resp. irregularis efficitur tam ipse, qui fecit, quam ille qui consuluit, si ex hoc mors fuerit subsecuta: pura, quia forte via anhelitus præcluditur, vel rumpitur apostema ex violentia motus, & suffocatur. Si autem non citius moritur ex hac causa, non est irregularis: licet alias pœnitere deberet de peccato. Si tamen de his & similibus dubitatur, an inde mors fuerit subsecuta, deponat leuem & temerariam conscientiam ad arbitrium prudentis viri: alioquin eligat tutiorem viam. & iunge quod no. supra. ver. item exercẽs. Quid si aliquis tenet cernum, vel leonem, qui aliquem occidit? Dic quod non est irregularis, dummodo malitiam vel latam culpam non adhiuerit in morte alicuius. Non enim videtur, quod leuis culpa, vel negligentia debeat huic imputari, cum multum sit remota causa ab homicidio. Alij dicunt quod si aliquid est, qd possit imputari tenenti cernum vel leonem, qui occidit, est irregularis. argum. 50. distinctio. sæpe. Instit. si quadrupes pauperiem fecisse. dica. §. 1. Item quandoque aliquis est irregularis, vt non promoueatur, sed non quin ministret in susceptis ordinibus, vt ext. de homic. continebatur. in fi. & c. ad audientiam. in fin. Item non solum est irregularis quis, si ex eius percussione aliquis interiit, vtrum etiam si ex hoc infirmitatem contraxerit, vnde mortuus est. ut extra, eo. capitul presbyterum. & capitul ad audientiam. &
47 50. distinction. studeat. extra, de cler. percus. cap. 2. † ¶ Defensione quoque committitur homicidium. Vnde si quis ineuitabili casu se defendit, & homicidium committit, irregularis efficitur: vt in præ. capitul. si quis viduam. quia voluntate committit homicidium, sed facilis est cum huiusmodi dispensatio [c]. Item etiam de-
c fensione committitur: vt si quis comitatur occisorem, ut eũ
d defendat, extr. de homic. sicut dignum [d]. Quid si potuit hominẽ defendere, & liberare eum à morte, & non fecit? videtur ꝙ sim irregularis: quia qui potest hominem liberare à morte, & non liberat, eum occidit. vt in ead. dec. §. illi etiam ext. de sent. excommu. cap. q uante. & c. dilecto. §. fin. 23. q. 3. non inferenda. 83. distinct. §. 1. ff. de lib. agnos. necare. Sed super hoc vide quod no. in
48 præal. Decret. quante. & c. dilecti. † ¶ Quid si cum velles hominem liberare a morte iniusta, te retraho a proposito liberandi? Resp. irregularis sum: quia quodammodo homicidium commito indirecte. 50. distinct. si quis viduam. de pœn. dist. 1. periculosè. Illud etiam nota. quòd si quis occidendi animo percussit latronem, non tamen lethaliter, latro autem ex aliorum vulneribus perit, irregularis est, vt cõlligitur extra, de homic. significasti. primo. Idem est etiam si non percussit, sed aliquid operis impendit in mortem cuius: puta: quia latronem detinuit, vel cõtra

eum

ADDITIONES.

a Forti. ¶ Cuius etiam fuit ver. sequens in sum. de hom. ver. idem nota.

b Irregularis. ¶ Hucusque sic ad literam recitat Innocent. in Decre. ad audientiam. vt ibi scripsi. ver. quid si Titius, Sed tu similiter dicas eum irregularem, per Decre. isqui. de homic. lib. 6. Nam vt ibi scripsi. si ille prohibens homicidium propter culpam, & quia non præuidit, quod debuit, est irregularis. fortius ergo ex eisdem causis iste, qui suadebat homicidium, & ibi vide. nota. super ver. occidat. Idem in consulente aggressionem dicendum. si sequatur mors, vel truncatio. ¶ Adde quòd opi. Ioan. Andr. sequitur Abb. in c. ad audientiam extr. de homic.

c Dispensatio. ¶ De hoc j. eod. §. ad fi sed hodie terminatum est per clem. de homi. si furiosus. quod accidens necessitate ineuitabili, quia mortem aliter vitare non poterat, irregularis non est: vt ibi. 2. resp. Et vide quod ibi. no' & ibi. j. respons. Idem dicitur de furioso, infante, vel dormiente. Adde q pro hoc facit quod volunt doc. in l. ex hoc iure. & in l. vt vim. ff. de inst. & iur. quod occidens necessitate ineuitabili non tenetur de homicidio. consuluit Bald. cons. 430. lib. 1.

d Dignum. ¶ De hoc infra, ver. quid si aliquis.

cum clamauit, & huiusmodi. Alias autem si clamasset contra eū, non in mortem eius sed quòd caperetur: vel detinuit vum, vel leuem ictum ei dedit, irregularis non est, etiam si ab alijs occidatur, secundum papam. arg. præ. Decre. In hoc enim videtur esse vis, quòd non auxilium, nec consilium det in morte alicuius apertè, nec etiam sit in negligentia: quia si culpa eius, vel malitia homicidium perpetratur, irregularis fit. & idem est, si eius negligentia committitur, 50. dist. hi qui. extr. eo. Petrus. & ideo siue clamet contra latronem, siue eum capiat, siue quocunq; alio modo potuit intelligere ex clamore, vel alio actu suo homicidium posse sequi, irregularis est: nisi fortè faciat propter corporis sui periculum: vt si timet quòd aliquis eum occidere velit, tunc enim bene potest inuocare & clamare pro auxilio: quia non intendit in aliorum mortem, sed in suam liberationem, & præterea liberat à peccato animam volentis eum occidere: secus si faciat hoc propter periculum rerum: vel si fugæ præsidio euadere potest, eo. tit. suscepimus. Clericus quoq; qui vna cum socio cepit latronem, & liganit, & postmodum timens interfici à latrone ligato, cum interficit: irregularis est, extra, de homi. suscepimus. Item si clericus nō valens aliter recuperare res suas, tenet furē, ne cum rebus fugiat, donec eum exhibeat iudici, vel eius auxilium inuocet ad res suas recuperandas, non est irregularis, vt quidam dicunt: licet fur à iudice postea corporaliter puniat, vt j. ver. prox. dum tamen eius intentio non sit corrupta, intendendo ad furis mortem, vel mu-
49 tilationem. † ¶ Quid si clericus tradit seculari potestati latronē, petens quòd eum puniat citra sanguinis effusionem: vel petens rem subtractam sibi restitui? Resp. licet potestas in latronem animaduertat, non propter hoc clericus fit irregularis: nec etiam no cet illi, si ad conuincendum latronem tradiderit insignia. Et idem est, si simpliciter deponit querelam de iniuriantib. sibi & ecclesiæ suæ, quamuis tales vix absq; sanguinis effusione valeant coarctari. ext. eo. tua nos. § ad vltimum. & c. postulasti. 23. quæst. 4. Maximianus & qu 5. c. 1. & c. vnum. & c. pœna. & arg. ff. de bonis liber. qui cum maior. §. 1. & hæc vera sunt, quando non intenda dit ad mortem: nec hoc in animo gerit, sed fortè[a] expresse instabat, vt citra sanguinis effusionem castigaretur. ext. de rap. in archiepiscopatu. uel in exilium mitteretur, vt ext. de iud. c. cum nō ab homine. & de verb. signifi. nouimus. vel in perpetuum carcerem detruderetur. ext. de hæret. c. excommunicamus. 2. §. pen. & de apost. à nobis. 23. q. 5. non vos. Non est ergo irregularis agens contra furem ciuiliter de crimine, non criminaliter ad mortem vel sanguinem: licet iudex causa probata illum suspenderit ex officio suo: vt not. in præ. eap. postulasti. Absit enim ut ea, quæ propter bonum facimus, si præter voluntatem nostram cuiquam malum inde contingerit, nobis debeat imputari: vt 23. q. 5. de occi-
50 cidendis. † ¶ Et sunt hæc in arg. nullus noram irregularitatis incurrere eum, qui per executores alicuius curiæ procurauit aliquem capi propter tale delictum, propter quod nec mori, nec mutilari debuisset: licet iudex inueniens eum alia commisisse, præterea suspenderit eum: si tamen ille nec credidit, nec cogitauit id contingere posse. ¶ Quid si iudex, vel officialis in sequitur furem fugientem, & quærit à me vtrum viderim illum: & ego sciēs quòd fur ille ad mortem quæritur, instruo eum? Resp. si per meā responsionem fur inuentus est, & occisus, irregularis sum: secus si nesciui, nec suspicatus fui, quòd ad mortem, vel ad pœnā sanguinis quæreretur. Quid si scio illum ad mortem quæri, nec ille fugere potest, nisi per alteram de duabus vijs: & dico quod per
b hanc viam non fugit, sciens eum per alteram fugere[b]? Et videtur quod non sim irregularis: quia nō indicaui eum: arg. contra, quia dicendo ipsum per hanc viam non fugere, implico eum per aliā fugere. argu ext. de præsumpt. nonne. Tutius est ergo tacere, vel quærentem curialiter eludere dicendo: Nunquid ego custos illius sum? vel alio modo. de pœ. di. 1. c. voluissent. § ex his itaque.
51 uer. deniq; 43. dist. in mandatis. in fin. † ¶ Sed quid si agenti ad res suas, ex post facto placet, quod latro suspensus est, & ratum habet? & quidem uiderur contrahere irregularitatem. Nam ratihabitio retro trahitur, & mandato comparatur: ut ff. de ui & uiar. l. 1. §. quoties. & ext. de electio c. pen. & ff. de his qui not infam. quid ergo ext. de rest. spolia. cum ad sedem. in fi. Quod enim non pronunciat ore, Deus audit in corde. & uoluntas pro opere reputatur, ut 17 q. 1. cap. qui bona. §. si ergo. Et hoc tenet dom.
c meus. quod uerum est, ut dicit, si gaudet de morte personæ: secus si gaudeat, quòd maleficium est punitum. 23. q 5. reos. licet doleat de morte personæ, & compatiatur figuræ Dei, & tristetur: quia commisit, unde taliter est punitu. argu. extr. de homi. c. 2 C.
enis. si quis in metallum. ext. de sent. excom. ut famæ. In dubium relinquitur quis conscientiæ suæ, quam intentionem
extr. de homicid. exhibita. & c petitio. extr. de iureiuran.
71. 33. distinct. habuisse. extr. de ætat. & qual. ad aures. Ergo
citer credo, solam ratihabitionem, siue placentiam, vt ita
n, non inducere irregularitatem, [d]ubi nullus consensus, uel
atio, uel exhortatio præcessit, nec eius nomine factum
est. arg. ff. man. si uero. § si post. Peccatum enim, quod sola uolun
tate committitur, sola uoluntate contraria aboletur. arg. ext. de
simo. c. fi. ff. de reg. iur. nihil tam naturale. extr. eo. c. 1. Item dico,
quod irregularitas ratione homicidij non contrahitur sola uo
luntate, nisi homo actu occidatur. ar. ext. de homi. sicut dignum.
§. 1. ubi de hoc in glo. ex corde, &c. 11. q. 1. si quis uero. Sed nec
fit aliquis irregularis propter solum homicidium: nisi culpa, uel
uoluntas præcesserit: uel alias inde sequatur scandalum: ut pro-
batur & not. 50. distin. hi qui. primo. extr. de homic. ex literis, de
52 cle. ægro. ca. tua. † ¶ Quid si quis in rixa mortuus est, nescitur taman quis illum interfecerit: nunquid omnes sunt irregulares, & ab ordinibus repellendi? Videtur quòd sic, quia omnes censentur homicidæ, saltem quo ad promotionem, propter incertitudinem. ut 23. quæst. ult. c fin. ff. ad l. Aquil. item Mela. §. sed si plures. & hoc dixit Io. Sed Gul. Na. dixit neminem in dubio repellendum: arg. ext. de homicid. petitio. & c. significasti. Dominus meus dicit quod est suæ conscientiæ relinquendus. Quod prosequere secundum eum in Sum. eo. tit. §. qua pœna uertic sed nun-
e quid omnes[e]. † ¶ Quid si amici mei interficiunt aliquem mihi
53 inriantem me inuito, & contra meam prohibitionem? Respon. mihi non nocet: ut c. tit Pettus & 1. q. 4. quia præsulatus. Idem est si me ignorante, ut extr. de simo. nobis. c. sicut. nobis. & c. de regularibus. Sed si uoluntas turbata sit: puta, quia nec consensi expresse, nec contradixi, mihi imputatur arg. extr. de simo. Matthæus. Imò etiam dicunt quidam, quòd si sciens tractatum de morte habitum, non reuelaui, sum irregularis: quia homicidium
commisi facto mandato, consilio, vel defensione. 50. distinct. c.
f si quis uiduam. & in præ. Decre. Petrus[f]. Alij dicunt contra, si credidi. quod non obstante mea prohibitione, mei intuitu interfice-
54 retur. † ¶ Quid si aliquis uadit ad interficiendum aliquem, & tu eum scienter associas, non tamen eum incitas ad homicidium perpetrandū: nec cū eo super hoc aliqua verba habuisti, uel si habuisti semp ex animo ei hoc dissuasisti: sed cū tibi nollet acquiescere, timens de ipso, eū associas, eo proposito, ut si forte quis eū insequeretur, eum defendas: & sic homicidium perpetrat: nunquid es irregularis? Resp. sic, secundum dominum meum. vt eo.
g tit. sicut dignum. §. illi. & § fin. [g]Item clericus pugnantibus arma ministrans, irregularis est, si aliquis interficiatur ibi: arg. 23. quæst. ulti. capit. fin. Nomine autem armorum fustes & lapides intelliguntur. ff. de uerb. signifi. armorum. contra. infra. uer. quid si cle-
55 ricus. † ¶ Sed nunquid clerici possunt inducere milites ad pugnandum pro defensione ecclesiæ, uel Reipub. uel fidei: & nunquid imputatur eis, si tunc in conflictu aliquis moriatur; & nunquid incurrunt irregularitatem propter hoc. si ipsi sint præsentes? De hoc not 23. quæstio. 3 Maximianus. & secundum papam extra, de restit. spol. olim causam. & in Sum. domini mei. in præ. §. qua pœna. ver. illud not. & seq. Et breuiter teneas, quòd ecclesiasticus iudex potest hortari brachium seculare cōtra violentos, uel hæreticos, uel paganos, non ut occidat uel mutilet, sed ut de terris fidelium expellantur: nec est irregularis, licet aliqui sint hincinde occisi. 23. quæstio 5. de occidendis, & in præall. capitul. Maximianus, Papa not. ext. de hom. petitio. quod licet aliquis in bello

ADDITIONES.

c Forte. ¶ Tu dic sine forte talem potestationem necessariam, per decre. secundam, de hom. lib. 6. & vide quod ibi scripsi super ver. querelam, & hunc ver. plene posuit Host. in Sum. de ho. §. qua pœna. ver. verum circa. ¶ Adde, quod opi. Io. An. sequitur Ab. in c. postulasti. hic alle.

b Fugere. ¶ Notanter hoc dicit: quia si penitus esset ignarus, nullum sibi esset irregularitatis periculum. In terminis pone artifex, sutor, vel cerdo si dens foris in via respondet de negatiua, certus quòd ille quæritus per illam viam non fugit: huic nil attribui potest ad culpam. ¶ Adde, quod quis tenetur furem indicare de iure canonico. Casus est, in c. qui cum fure. ext. de fur. & ibi glo. sed de iure ciuili non: text. est in l. qui vas. §. qui furem. ff. de fur. & qd de rebelli, dic quòd tenetur quis indicare: & si non indicat, punitur pœna relegationis. text. est in l. Metrodorum. ff. de pœ. quem text. ad hoc dicit esse singularem. Ludo. Ro. fin. 785. inci. nunquid teneatur. Hen. Fer.

c Do. meus. ¶ In Sum. de hom. §. qua pœna. ver. quid ergo si placet.

d Irregularitatem. ¶ Sicut nec iuducit excommunicationem. de sent. excom. cum quis. 2. respon. lib. 6.

e Omnes. † ¶ Mouebat eum extrauagans: quæ attribuebatur Gre. quæ incipit, nullum. & vide j. de hom. ver. pone quatuor homines hic omnino vide q scripsi de hom. significasti. 2. in glo. arg. ad quæstionem. ¶ Adde, de occiso à pluribus. & nescitur quis sit, qualiter teneatur. Petr. de Ancha. consi. 217. Bald. consi. 448. lib. 3. & per eundem consi. 211. 4. lib. Et quid de associante ad homicidium, non tamen. assistente, vide eundem Bald. consi. 436. 1. lib. quod facit ad ver. seq. si aliquis vadit.

f Petrus. ¶ Vide quod ibi dixi super 4. glo. ¶ Adde, q. ibi distinguit, vt refert Abb. aut dolosè iacuit. aut non. primo casu sibi imputetur: secundo non. arg c. quando c. extr. de sent. exc. quod placet Abbati: seipse consulit. vt reuelet propter opi. suas.

g Et §. ¶ Ad hanc materiam & sequentem, vide quod ibi scripsi in §. eos. in magna. glo. & eo. tit. petitio. in glo. no. quòd.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bello iusto aliquos percusserit, si tamen nullus inde mortuus sit, non fit ex hoc irregularis, vt ibi probatur. licet enim ibi de percussione quæsitum fuerit, non tamen respondet de hoc, sed de interfectione. In bello autem iniusto quodcunque auxilium, vel consilium dederit in mortem alterius, vel si culpabilis, vel negligens fuerit: & ex hoc est mors secuta, irregularis fit. 50.distinct. quantum & c.sæpe.& c.si duo. Vnde videtur quod euntes ad bellum iniustum, siue præstent suis fauorem: puta, quia lædunt securius inimicos: siue terrorem incutiant aduersariis, scilicet quo fugiant, vel timeant se defendere: vel quòd amici eorum stupefacti eos deserant: si exinde sequatur mors, irregulares sunt. Si vero quis accedit ad iniustum bellum causa pacificandi, uel ex alia iusta causa, licet ex eius præsentia aliquod robur accrescat suis, vel timor incutiatur aduersarijs: non est ei imputandum: dummodo dolus, & etiam lata negligentia absit omnino. arg. à contrario sensu, in præ. capitul. quantum.& extra, de homic. presbyterum. & 23. quæstio. 5. de occidendis. extra. de tornea.

56 capitul. 2.†¶Potest etiam dici, quòd clericus, qui cum armis, vel etiam sine armis interest bello iusto, vel iniusto, in quo aliqui in-

a terfecti sunt hinc inde; irregularis est, licet ipse non occiderit[a]. 51.distinct. si quis post. 27. quæstio. 3. patro. 23. quæstio. vl. quicunque ex clero. 1. quæstio. 1. capitul. fin. Sed si ad religionem transiuerit, potest secundum quosdam ex dispensatione episcopi in subdiaconum promoueri: securius potest tamen hoc fieri per solum papam. Clericus quoque proiiciens lapides in conflictu etiam ex parte illorum, qui violentiam repellunt, irregularis est si ab alijs sint hinc inde aliqui occisi, licet ipse nullum percusserit: & debet à missarum celebratione biennio abstinere. ext. de cler. percu. capitul. fin. & capitulo pen. vbi de hoc. argu. extr. de cleri. pugnan. t. in du. capitul. 1. & 2. Quidam tamen hoc intelligunt, quando clericus est in culpa mouendo enormiter arma in conflictu voluntate, & sine necessitate: quia si in necessitate defenderet se, vel suos, licet tunc aliquis ex defendentibus esset interfectus ex alia parte, reliqui, qui nō interfecissent, nec interfectores adiuuissent: non fierent irregulares, licet voluntatem occidendi habuissent: quia lex promotionis factum requirit. 15. quæstio. 1 si quis non iratus. & vide supra. versiculo, sed quid de iudice. Nec obstat præ. capitul. si quis post. quia illud intelligitur de milite, qui bellis sæpe interfuit, vel de officiali Item notatur extr. de cle. percuss. præsentium. vbi fuit ad tempus suspensus: quia

57 hoc ibi fuit propter ambiguum duplicitatis. † ¶Clericus ergo non debet præponi bellis, nec retiarijs, nec balistarijs, nec huiusmodi viris sanguinum: vt extr. ne cle. vel mon. sententiam. tamen iusto bello, quod non ad occidendum, sed ad defendendum, seu recuperandum sua geritur, præponi potest: vt supra. &

b not. secundum papam in præ. capitulo [b]. olim causam. non vt præsit directè prædictis viris sanguinum: sed vt respondeat militibus & sumptus ministret, tractatus teneat, sententias proferat, & negotia cuncta disponat, prout nos huiusmodi officium gessimus in guerra, quam ecclesia Romana contra ciuitates sibi rebelles in prouincia Romandiolæ gessit. Potest etiam clericus

c interesse bello iusto[c]. vt 23 questione tertia, Maximianus. & questione 8. hortatu. non iniusto. extra, de homicid. sicut dignum. ff. ad legem Aquil. item Mela. §. item. & hortari & dicere, Viriliter pugnare, & capite: non dico occidite. & hoc priusquam veniatur ad actus, seu percussiones. Nec obstat extr. de homicid. capitulo penult. quia ibi aliquos percusserat: bello autem iam commisso incitans aliquem ad percutiendum aliquem alium: si sic percussus obierit, irregularis est: maxime si bellum sit iniustum: vt extr. de pœnis, quo. 1 in dubijs. Idem est, si generaliter seu communiter super bellatores clamauerit, dicens, Viriliter pugnate: vel, date illis, vel similia. argu. tamen contra, extr. de homici. cap. penult. Vel dic, quod in defendendo potest clericus licite nauem gubernare ad alios ad pugnam defensionis incitare, & in tantum hostes confringere, quod eos dimittant. argum. 23. quæstio. 1. cum apud. & extr. de cler percus. capitul. penult. & fi. secus

58 si sit bellum iniustum. † ¶Quid si clericus in bello iusto ministrat balistas, seu sagittas balistario ad sui defensionem: & ille postea aliquem interfecit? Respondeo, si non intendit, quod balistarius aliquem interficiat seu interficere velit, sed quod illos terreat, vel se, vel sua defendat, vel recuperet, non est irregularis: licet ille aliquem occiderit, pro eo quia voluit alienum dimittere, uel ab impugnando desistere: licet sit contra. supra. uersicul. item clericus quod prosequere secundum papam: prout not. in præ.

d capitul. sententiam [d]. Eodem quoque modo dicimus, non esse irregularem illum, qui in bello iusto præpositus est exercitui, vt sumptus faciat. & cunctà disponat: si forte præcipiat lances vel sagittas emi & ministrari, uel ad exercitum, seu ad custodiam castri mitti, uel si hortatur ad currendum post hostes, vt eis præda hominum vel animalium auferatur: & tunc forte aliquis interficiatur, dummodo intenderit solum ad recuperationem prædæ, non quod vno bene alij, enim causa remota non nocet,

59 argu. in p. allegat. capitul. de occidendis. † ¶Sacerdos quoque in duello pugnans irregularis est: sed si mors uel membri mutilatio inde non fuerit subsequuta, eius episcopus poterit cum eo dispensare, imposita sibi pœnitentia pro peccato. ext. de corp.

e vit cap. 1. & 2. [e] Item qui homini vel mulieri facit aliquid ne concipere, uel generare, uel post conceptum parere possit: & qui prægnantem mulierem pecutit, ita quod ob hoc abortiuum faciat, mortaliter peccat: & si partus iam viuificatus erat irregularis est: alias non: & cum talibus solus papa dispensat: vt legitur & not.

f ext. de homicidijs. si aliquis f. 2. quæstio. 5. consuluisti. in fi. Sed si probabiliter dubitat, uel credit an sit mortuus, vel abortiuus factus ex illa percussione, uel vtrum conceptus fuerit animatus, vel non: in tali dubio debet à promotione & à ministerio abstinere: ne periculōse committat. Si uero leuem, aut temerariam habet opinionem, deponat eam, si potest: & sic poterit promoueri & administrare: alias non. argu. ext. de sent. excom. inquisi-

60 tioni. & de simo per tuas. 2.† ¶Quid si aliquis mori timens vult aufugere, sed alius promittit ei pacem & securitatem, & ei consuluit, quod non vadat: & sic ille propter talem promissionem stetit: & interfectus est in loco, vbi mori timebat, & ubi temerè fuit ei securitas promissa? Respon. irregularis est, secūdum quosdam: secus autem si promittens habebat probabilem securitatem, posse firmiter quod promisit implere: puta quia habebat in eos: qui interficere quærebant illum, patriam uel dominicam potestatem: uel ita erant amicitia sibi, consanguinitate uel affinitate coniuncti, quòd posset eos à tali proposito remouere. Si autem non habuit probabilem credulitatem, sed fuit in culpa temerariæ presumptionis: & præsertim si lata fuit culpa, uel negligentia, quæ prope dolum est, tunc fit irregularis. Est etiam irregularis beneficiatus uel feudatarius ecclesiæ, si personam illius ecclesiæ interficiat: nec filij eius usque in quartam generationem debent in clericos promoueri. extra, de pœn. in quibusdam.

61 †¶Quando autem, & per quem possit circa irregularitatem homicidij dispensari, uideamus. Super quo nota, quod cum aliquibus ex prædictis irregularibus solus papa dispensat, & cum aliquibus etiam episcopus: vt ext. de homic. continebatur. & capitulo, ad audientiam. Si igitur aliquis occidendi animo aliquem vulnerauit, licet vulneratus non fuerit mortuus, tamen percutiens irregularis est: & episcopus potest dispensare cum illo: sic etiam in dictatore vindictæ sanguinis, quia est irregularis: ut §. ver. item percussor: & seq. & tamen si non peruenitur ad membri mutilationem, quamuis sanguis effusus sit, potest episcopus dispensare cum eodem vt eod. d. capitul. petitio, & de cle pug. in du. capitul. 1. & extr. ne cler. vel mo. sententiam. Si vero peruentum fuerit ad membri truncationem absque homicidio, papa solus cum illo dispensat: vt ext. de cor. tuit capitul. 1. & de cler. ægro. uel debili. presbyterum. & in præ. uersicul. item percussor. Cum homicida autem actu uoluntario non licet, etiam domino Papæ

62 dispensare: ut infra. §. nunc breuiter. uersicul. 5.† ¶Circa homicidium necessitatis euitabilis dicendum est. quod talis ad superiores ordines non ascendet. sed in susceptis non facilè dispensatur: sed si necessitas fuit in euitabilis, datur consilium, quod non mi-

g nistret. 50. distinct de his cleric. 1. & 2. § Non tamen propter hoc deponitur, imò in suo ordine administrans toleratur de iure communi absque dispensatione, secundum Laur. 50. distinctio. quia tua. & sic loquitur, extr. eod. capitul. 2. Quod prosequere secundum dominum meum in præalleg. §. qua pœna. ver. si necessitas. & sequen. Alij dicunt, episcopum dispensare posset cum presbytero homicida in casu ineuitabili extr. de cler. percuss. præ

h sentium. Ioan. de Deo. dixit [h] in hoc solum papam dispensare

i posse[i]: cùm casuali autem dispensatur. supra. ver. facto quoque.

¶ Fit

ADDITIONES.

a Non occiderit. ¶ Adde quòd contrarium tenet expresse Abbas in capitul. petitio extr. de hom. vbi dicit esse text. quod licet clericus in bello iusto peccetur. & ab aliis interficiatur, quòd non efficitur irregularis. Et ita dicit tenere Inno. respondendo ad capi. sicut dignum. quòd loquitur in alijs casibus, præterquam vbi bellum sit iustum.

b In præ. ca. ¶ Scilicet allegato. §. ver. 2.

c Iusto. ¶ Dedi plenam remissionem de bello iusto & iniusto, de iureiur. sicut. 3. super 2. glo. Et de hoc, & an clericis sit licitum bellare. vide per Tho. 2.2.q. 60. art. 2. & 2. ¶ Adde quando bellum sit licitum Oldr. consil. 70. & quando liceat clericis arma capere, aliqnid per Petr. de Anch. consil. 157.

d Sententiam. ¶ Vt ibi scripsi in glo. dicunt.

e Et 2. ¶ Secundum non facit: sed puto quod debet dicer. capitu l. 1. & de cle. pu. in du. cap. 1. & 2.

f Aliquis. ¶ & c. sicut ex literarum

g 1. & 2. ¶ Et vtrobique de hoc in primis gloss. & plene de homicidio, sicut dignum. in gloss. pen.

h Dixit. ¶ In libello suo, vbi de dispensatione episcoporum in vlt. col. ¶ Adde quod Fed. de Senis consi. 168. refert Vinc. & Arch. 51. dist. de his vero tene, quòd episcopus potest dispensare cum homicida occulto.

i Posse. ¶ Vide quod s. dixi versi. defensione quoque.

a ¶ Fit autē circa homicidium casuale[a] triplex dispensatio, scilicet magna, ut videlicet promotus ad ordines sacros non in eis, sed in minoribus, toleretur: ut eodem titulo, cap. continebatur. & ca. ad audientiam. Maior, scilicet ut in sacris toleretur. eod. tit. tua nos. respon j. 50. distinctio. clerico. Maxima, vt scilicet promo-
b ueatur. eod. tit lator. secundum Gof. [b] ¶ Quid si infans commit-
63 tit homicidium? de hoc in præ. versic. 5. † ¶ Curia Romana non dispensat cum clerico in homicidio voluntario: nec de facili in casuali, vel etiam in dubio. ¶ Vtrum ingressu religionis irregu-
64 laritas tollatur, not extra, de apost. capitul. 2. ¶ Vltimo nota, † q homicidium ante baptismum siue ex officio, siue ex voluntate commissum, non facit aliquem irregularem, vt quidam dicunt. 26. distinctio. de inde. vbi de hoc. 50. distinctio. aliquantos. Alij contra dicentes, quod homicidæ repelluntur propter errorem
c facti, non propter irregularitatem[c]. Sed primi dicunt, quod irregularitas homicidij non est ex defectu sacramenti. & ideo tollitur per baptismum, si præcessit: vt in præl concord. & 5. dist. si quis post. de hoc not. secundum papam extr. de diuor. gaude-
d mus in fin. [d] Multæ autem aliæ irregularitates sunt scriptæ in iure, quas plenè poteris reperire in nostro aureo Repertorio, sub tit. de temp. ord. in Rub. illa, hæ sunt irregularitates, quæ impediunt promotum: & alia Rub. ibi sē. & sub tit de pœnis, in ru. casus totius iuris, in quibus promoti deiiciuntur, & deponuntur: sed de his hic sufficiat exempli gratia tetigisse.

ADDITIONES.

a Casuale. ¶ Quod culpa præcesit.
b Secundum Gof. ¶ In Sum. de homic. in fine.
c Irregularitatem. ¶ In quæstione quam statim allegabo, dicitur quòd factum extra ecclesiam ante baptismum, non est error vel scandalum. quando ergo fit post baptismum, tunc subest causa etiam in officiali occidente. Item crimen præsumptum: quia rarum est quod non moueatur ira vel odio. Tertia, quia salario constituto solent hoc facere, non causa pietatis: tamen vt ibi dicitur in veteri Testamento, homicida non erat irregularis de quo §. eod. §. 2. col.
d In fine. ¶ Et ibi scripsi post eum & Hostien. super vlt. gloss. in fin. Fuit autem hæc quæstio venerealis. 13. vbi Bartol. dicit Hugo. & Tanc. ita dixisse, eum, qui prius iustè occidit, promoueri, quasi irregularitas illa sit sequela peccati: cum apud infideles non sit iustitia, 24. q. 1. vbi sana. Secundum hoc cessaret ratio Innocent. in decret. gaudemus. distinguentis cum Bazi. homicidium ex officio, vbi non est peccatum, ergo nec sequela peccati à voluntario. Ipse tamen contrarium dixit de homic. presbyterum. non distinguēs inter illa duo: vt ibi scripsi. Et hoc placet Gof. quòd etiam iustè occidens ante baptismum promoueri possit, in sum. de homi. ver. aliquando. Vide plene per Hostien. in Summ. ipsius titul. §. qua pœna. ver. lingua. Adde, q abbas in d. cap. gaudemus. refert Io. Cal. & An. & Hugo. tenere. quòd indistinctè omnis irregularitas contracta ex homicidio tollitur. & illos ipse sequitur aliquibus rationibus. de quibus ibi per eum.

De dispensatione episcoporum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest dispensare cum ordinato extra tempora statuta.*
2 *Dispensat episcopus cum pugnante in duello, dum tamen inde mors, vel membri mutilatio non sequatur.*
3 *Episcopus potest dispensare in beneficio cum non ordinato ministrante, & vt post statutum terminum in ordine susceptо ministret.*
4 *Dispensatio episcopi valet in omni foro pœnitentiali, & in pœnitentijs imponendis.*
5 *Capiens vel capi faciens cardinalem ecclesiæ Rom. sacrilegus est.*
6 *Consentire potest episcopus dispensatiue, vt monachus vnus religionis p̄sideat monasterio alterius religionis.*
7 *Legatus aut archiepiscopus, an poterit cum postulato ad episcopatum dispensare in etate.*
8 *Monachus existens in minoribus ordinibus p̄t dispensatiue fieri abbas. Abbates olim erant laici.*
9 *Prælatus de iure debet in propria persona seruire in beneficio, potest tamen episcopus dispensare, vt faciat perpetuum vicarium.*
10 *Character semper remanet in clerico etiam deposito, & debet episcopus eum eo dispensare, ne curiæ seculari tradatur.*
11 *Res ecclesiæ dispensatiue vendi debent tempore famis pro alimentis pauperum, & redemptione captiuorum.*
Dispensat episcopus, vt abbas conferat inuesliturам in ecclesiis per eum sibi collatis.
Monachi possunt habere cellulas intra claustrum cum dispensatione episcopi.
Episcopus potest dispensatiue deferre friuolæ appellationi propter scandalum ut tandum.
Dispensat episcopus, vt clerici peregrini in sua diœcesi recipiantur, & sine literis commendatitijs celebrent.
16 *Episcopus potest ratificare dispensatiue facta sui prædecessoris, licet sint inualida, sine consensu capituli.*
Dispensat etiam abbreuiando pœnitentiam.
17 *Dispensare potest episcopus cum incestuoso per errorem sororem vxoris suæ cognoscente, & etiam cum incestuoso simpliciter.*
18 *Episcopus potest vnum votum in melius dispensatiue commutare.*
19 *Dispensat episcopus, vt clericus scholaris, vel peregre proficiscens locet ad tempus redditus beneficij sui.*
20 *Parochias vnire & diuidere potest episcopus de consensu eorum quorum interest.*
21 *Pœnitentia à papa imposita potest dispensatiue minui per episcopum.*
22 *Potestas episcoporum generaliter magna narratur in multis.*
23 *Episcopi in quibus sunt priuilegiati.*
24 *Amor non potest superioris legem soluere, sed secundum eam iudicare tenetur.*
25 *Episcopo non licet regulariter dispensare in his, quæ pertinent ad generalem ecclesiæ statum.*
26 *Casus in quibus episcopus prohibetur dispensare.*
27 *Dispensare nemo potest contra papæ sententiam, vel eam reuocare, aut relaxare.*
28 *Consuetudo facit dispensationem valere, quæ alias non valeret.*
Episcopus quare potius dispensat contra canones irregularitatem inducentes, quam contra alios.
29 *Clericus accusatus probato crimine contra ipsum, antæ sententiæ prolationem probat se de illo crimine pœnitentiam egisse, an episcopus accusatore multo secum poterit dispensare.*
Accusatore deficiente in probatione, an poterit cum illo episcopus dispensare.
30 *Episcopus vt legatus de latere cum excommunicato vel interdicto celebrante dispensare potest, vbi monitus velit abstinere.*
cum Illegitimis vtrum valeat episcopus dispensare.
31 *Illegitimus religionem ingrediens, de iure communi sine dispensatione aliqua potest ad ordines promoueri.*
32 *Dispensatio non negatur, vbi ius commune statuitur.*
33 *Curia Romana tenet, neminem præter papam posse dispensare cum illegitimo seculari, quoad curam & ordinem sacrum.*
34 *Illegitimus prohibetur succedere patri suo immediate in beneficio paterno, nisi cum dispensatione.*

5. §. Nunc de episcoporum dispensatione subiiciamus, ad cuius materiæ euidentiam clariorem primo enumerabimus casus in iure scriptos, in quibus eis à iure per
a mittitur dispensare, & ius commune relaxare: [a] consequenter ve-
rò illos, in quibus dispensare prohibentur. Vltimò quid iuris sit
1 de hac materia, supponemus. † ¶ Potest ergo primò dispensare episcopus cum ordinato extra statuta tempora: vt quidam dicūt quod dic vt §. ti. j §. nūc ostendēdum. ver. 52. Secundò dispensat, quod quis habeat duas ecclesias intitulatas. 70. dist. sanctorum secundum papam. Tu dic vt j. §. videndum. versi. duplex. & seq. ¶ Tertiò, dispensat cum ordinato ab altero episcopo in consulto proprio vel contempto: vt extr. de offic. archi. significasti. 71. dist. c. 1. 2. & 3. & 9 q. 2. Lug. ¶ Quartò, cum eo, qui ignoranter recepit ordinem ab episcopo, qui renunciauit episcopali dignitati, vt extr. de ord. ab episcopo, qui renun. epi. ca. 1. ¶ Quintò, cum ordinato ignoranter ab excommunicato: vt e. tit. cap. 2. & 9. q. 1.
b c. 2. ar. tamen contra, ea. q. 1. c. 1. [b] ¶ Sexto, ut duo ad vnam præbendam eligantur: quod dic ut no. ext. de præb. tuę. ¶ Septimo, cum clerico propter crimen usuræ per episcopum ab officio beneficioq; suspenso, ut no. ext. de usur. præterea. ¶ Octauo, cum adultero & minorib. criminib. adulterio irretito post pœnitentiam: ut 33. di. fraternitatis. ext. de iud. at si clerici. §. de adulteriis.
2 ext. de tē. ord. c. fi. † ¶ Nono cum pugnāte in duello. ext. de corp. uiti. c. 1. & ext. de cler. pu. in du. c. 1. dum tñ inde mors vel membri mutilatio non contingat, quia tunc non p̄t. 23. q. 8. his à quibus. Sed & tunc potest in beneficio dispensare: vt e. tit. c. 2. & 50. dist. studeat ad fi. ¶ X. In multum enormi & notorio crimine: ut probatur, & no secundum papam, ext. de cor. viti. c. 1. & ar. extr. de apostа. c. 2. & ēt in capitalibus criminib. occultis 50. dist. de his vero, de hoc extr. de tem. or. ex tenore. & j. §. qualiter. ver. hoc quoque. ¶ Xi. Cum sacerdote simul plures concubinas habente. ext. de bigam. quia. 34 dis. fraternitatis. Xij. Cum alienigena instituto in ecclesia per eum, qui instituere non potuit. extr. de cle. perc. c. fi. ¶ Xiij. Cum presbytero de facto matrimonium cum virgine contrahente, quoad executionem officij sui: vt extr. de cler.

ADDITIONES.

a Relaxare. ¶ Io. de Deo, primo posuit casus, qui habentur in Decretis: secundo eos qui habentur in decretalib.
b c. 1. ¶ Dic vt vtrobique no.

cler.coniu.sane 2.Similiter & cum diacono.ext.qui cleri.vel vo. c.2.dum tamen non contrahant bis.23.distinctio. presbyterum. vel etiam cum corrupta,vt extr.de big.capitul.2.pe & fi. ¶ Xiiij. Cum diacono,qui vulnerauit alium diaconum, & matrimoniū de facto contraxit secundum papam : vt ext. qui clerici vel vo. capitul. 1. Sed Ber.illud intelligit factum auctoritate mandati

a Apostolici:ut ext de sent.ex. cum illorum. [2] ¶ Xv. Cum monacho,& cum canonico regulari, ut possit in seculari ecclesia ministrare:ut 16.quæstio 1 doctos & c.ex auctoritate 1. quæstio 7. § nisi & quòd regularis sit ibi solus:ut ext.de sta.mo. quod Dei.

b Quidam tñ dicunt esse ius cōmune, quod ibi dr:sed Io de Deo[b] ꝫ 16.q.7.in noua.20. q. 3. præsens. ad fi sed non cum monacho,

c ut sit solus:ut ꝫ.§.sunt quoq;.ver.10.[c] ¶ Xvj. Cum eo, qui excōmunicatus recipit beneficium:ut ext.de cler.ex.mi.c.postulastis.

d in prin.secundum papam[d]. Sed Io.de Deo dicit [e], in hoc solum

e papam dispensare posse, quod non est verum: nisi forte fuisset auctoritate Apo.propter eius contemptum excommunicatus: ut ext. de æta. & qua. cum bonæ.ut not. B. episcopum non posse dispēnsare cum eo,qui suspensus recipit beneficiū. ¶ Xvij. Cum clerico per saltum promoto:ut 52 dist.c.1.ext.de cle.per saltum

3 promo.c.1.† ¶ Xviij. Cum non ordinato ministrante potest dispensare in beneficio, & ut post biennium vel triennium in ordine susceptо ministret, sed non vt ad superiorem ascendat:ut legitur & no.ext.de cler. non or. mi c. 2. Breuiter tamen teneas:q̄ is, qui nullum habet ordinem, diuinum officium exercens,irregularis est, & etiam is, qui habet aliquem ordinem, si officium superioris ordinis exercet :& cum tali solus papa dispensat,ut in ordine, quem habet de misericordia,toleretur,& ad superiores ascendat 11.q.3.priuilegium.25.q.2.sic decet. Quidam tamen dicunt,episcopū posse in hoc dispensare, sicut & in diacono missam celebrante,cum quo potest dispensare, in beneficio post peractam pœnitentiam, & etiam post biennium uel triennium,ut diaconatus officium exerceat. Ad sacerdotium vero non potest is promoueri, nisi ex dispensatione papæ: ut legitur & no.extr.

f de cle.non or.mi.c. 1 & 2.[f] Alij tamen dicunt episcopum posse etiam quoad sacerdotium dispensare.ar.ext. de iudi.at si clerici. ¶ Xix. Cum clerico furtiue,& post inhibitionem ordinem suscipiente:vt ext.de eo qui fur.or.fuit ca.1.& fi.prout, ibi not. ¶ Xx. Quod religiosus ad minorem transeat religionem. ext.de reg.&

g transl.ad reli.significatū.& de temp.ord.ex parte[g] ¶ Xxj. In commutatione præbendarum & personatuum,ext.de rerum permu.

h quæsitum[h]. & c.cum vniuersorum. De iure enim communi debet vnusquisq; manere in ea vocatione, in qua vocatus est: ut 21.q.1.c.1.& C.li.12 de palatinis sacrarum lar.l.quidam. ¶ Xxij. Cum eo, qui bigamum ordinauit :ut ext.de biga.c.2.& idem iu-

i ris est,si alios irregulares promouit secundum papam[i]. ¶ Xxiij. Cum falsario, scilicet.ut uel eum in carcere teneat, uel eum ad papam remittat: ut 19.dist.in memoriam. ¶ Xxiiij. In dispensatione ecclesiasticorum ordinum : quia ipse præordinator est in cunctis:ut 21. dist.clericos.23.dist.tales 25 di.c.1. ¶ Xxv. Vt clericus coniugatus habeat simplex beneficium 28. distin. de his,&

k ead.dist.decernimus[k]. ¶ Xxvj. Vt clericus concubinarius post peractam pœnitentiam promoueatur.34. dist.fraternitatis. nisi fuerit per sententiam damnatus vel infamis: vt ext. de tem.or.quæsitum.s.§ iuxta ver.in suspensis autem. ¶ Xxvij. Cum idiota iam promoto,vt remaneat in illo statu, & non deponatur sed doceatur.10.q.1 placuit. 38. dist.nullus & c.sedulo.non tamen vt promoueatur. 50.dist.non confidat s.§.iuxta versi.contrahitur.arg.

l contra, ext.de ren.post. translationem[l]. ¶ Xxviij. In omni foro

4 pœnitentiali:& in † pœnitentijs imponendis. 55 dist.licet.& ferè p totum. 26.q.7.tempora.& c.alligant.ratione tamen ducē,alias non:de pœn.dist.5 falsas. 23.q.4.si is qui. Et mitigare potest canones pœnitentiales.de pœ dist.1.pœnæ.& c.verbum Dei & c.medicina. & c.mensuram. & c. iudices. & pondera pœnitentiæ, de consec.dist.3. de pœnitentib.ext. de pœn.& re. significauit.& c.

. quæsitum nisi ei à canone prohibeatur.23.q.vl.pessimam. Quod dic,ut in repertorio sub ti.de pœn. & re. in illa rubrica : hæ sunt pœnitentiæ à canone diffinitæ. Non tamen dispensare potest q̄ solenniter pœnitentes promoueantur. 50.dist. ex pœnitentib. & c.confirmandam. & c. non confidat. 61. dist.sacerdotib. ver. proferens.& c.arg contra.28. distin presbiter.ext. de pœn.& re.

m quæsitum[m].† ¶ Xxix. Cum sacrilego. 50. dist. si quis presbyter.&

5 ext.de furt.c.fi. Et scias quod capiens, vel capi faciens cardinalem ecclesiæ. Ro.sacrilegus est: vt ext.de re iud ad Apostolicæ[n].

o ¶ Xl.º Cum homicida : & hoc in beneficio tantum, ne mendicet. 50.di studeat ext.de cle.pu.in du. c.2.sed nō in officio 50 di. miro.s.§.iuxta.ver. sed quærit quando. ¶ Xlj. Cum seruo promoto,si velit eum redimere. 54.dist.generalis. ¶ Xlij. Cum seruo monasterij vt promoueatur: 54.dist mul os.ext.de ser.non or.de famulis &c de eo. ¶ Xliij. Cum clericis, ne promoueantur inuiti.73.di c.fi. ¶ Xliiij. Cum assumpto de sua diœcesi in episcopum, vt remaneat in p[illegible] si non admittatur ad ecclesiā,

ad quam promotus est.92. dist.si quis episcopus.1. ¶ Xlv. Cum hæretico conuerso 50.dist. presbyteros qui. ext.de hære.ad abolendam.de cons.dist 2.ego Berengarius. ¶ Xlvj. Cum schismatico:ut 50.dist.vt constitueretur. ¶ Xlvij. Cum raptore,quantum ad viaticum ei concedendum ext.de rap. super eo §.si vero.præ-

donib.enim dispensatiue communicamus:vt 23.q.2. sanè quod super. ¶ Xlviij. In recipiendo ex causa minorem procurationē

p solito.10 q.3.relatum.P ¶ Xlix. In minoratione tertiæ vel quartæ decimarum ex cā.ea q.prisc.is. & c.vnio. 12.q.2. c.fi.j.ver.76. ¶ L. In executione sententiæ differenda.11.q.3.cū apud. ¶ Li. Cū

6 fortilego:ut ext.de fortil.ex tuarū.26.q.5. ꝫ idolorum.& c.per-

uenit.† ¶ Lii. Potest consentire dispensatiue secundum quosdā, ut monachus vnius religionis præsideat monasterio alterius religionis ext.de elec.cum monasterium.quod tamen est contra canonem.16.q.7. in noua actione. ext.de.elec. cum in magistrum.

q Alij ꝫ:ut ꝫ.ti.1 § nunc ostendendum.ver.49.9 ¶ Liii. Potest dispensare cum clerico post 14.an.& non antè : vel etiam si patiat defectum in scientia:dum tamen non sit nimis rudis : vel etiam in ordinibus,dum tñ sit in minoribus,& in breui possit ad sacros promoueri, & hoc quo ad regimē ecclesiæ parochialis seu plebis,vel quo ad dignitates:ut ext.de ele.dudū.1.de æta.& qual.pte-

r rea.& c.indecorum[r].& c.ex ratione.quod est ꝫ præ Decre.dudū.

s & eod.tit. cum in cūctis. sed ibi est ius commune[s]. Ber.tamen & Tanc.no. extr. de elec. cum dilecti.quod nullus potest dispensare in defectum ætatis,nisi solus papa : etiam quoad inferiores dignitates: vt ext.de elec.nihil.C.de his, qui ve.æta.impe.l.2.& 3. Sed prius dictum tenent Gof.Io.de Deo, & papa.qui no in præ. Decre.indecorū.& c. præterea.quod intra 14. an. phibet dispensare,ut ibi supra autem potest:cum non sit ei prohibitum.& domeus ut no.in Sum eod. tit.§. ætas Ioann. tamen de Deo visus est

t alibi dicere[t],quòd possit dispensare cum eo qui est xiiij.an.quo ad obtenta, ut non priuetur illis, vt in præ.capit.in decorum & eo tit.eam te sed non quoad obtinenda hodie autem videtur ipsis adempta dispensandi potestas in ætate, quoad ecclesias parochiales per constit.Gre.de elect licet canon.lib. vj.vt ibi dixi[u].

7 † ¶ Sed nunquid legatus vel archiepiscopus potest dispensare in ætate, vel in ordinibus cum postulato ad episcopatum ? Non videtur ex his quæ not.in præ. cap.cum dilecti & ar. eo.tit.innotuit.& c.dudum 2.Ex quib colligitur,quòd solus papa in episcopatu dispensat. Et hoc tenet Gof. Papa etiam not. ext. de postu. præla.c.fi.ꝫ quandocunq; quis in episcopū postulat ꝫ, solus papa postula-

ADDITIONES.

a Cum illorum. ¶ In quantum illa decr. loquitur de absolutione ab excommunicatione verum est Ber.id tenere, vt ibi patet *in 3.gloss.licet* inquantum ipso absolutio loquitur de dispensatione. Ber. tenet primum:ut patet in quarta gloss.& capitul.2.in fi.2.gloss.qui finis fuit additio, quam forsan non habuit Guliel.

b Io.de Deo. ¶ Vbi de specie episcoporum in 7.col.

c Ver.10. ¶ Vide quod ibi dicam. ¶ Adde, quid si abbas non exemptus habens sub se hospitale, *in* quo non est ecclesia, nec capella : sed *ad* ipsum & conuentum spectat præsentatio rectoris dicti hospitalis,ad episcopum vero confirmatio præsentauerit aliquem ex monachis, vt consuetum erat: similiter & episcopus ipsum confirmauit, an abbas solus poterit illum reuocare ad monasterium episcopo contradicente? vide Fede.de Senis cons. 134.concludentem quod abbas poterit illum reuocare.

Adde tu,beneficia collata hoc modo religiosis, sunt ad nutum remouibilia per superiorem regulariter. Rota in antiq decis.265.

d Papam. ¶ Vide quod ibi plenius scripsi super tertia gloss.& facit.ꝫ.§.prox. ver.in suspensis.in fine.

e Dicit. ¶ Vt s.in vltima col.

f Et 2. ¶ Ibi hoc no.in glo.pe.vide quod super ea dixi.

g Parte. ¶ Omnino vide quod dicam j.§. sunt.quoq;.ver.24. Adde Ab.in c. non est,ext.de regula & c.significatum.eo.ti.

h Quæsitum. ¶ Vbi de hoc scripsi.in fi.& no.in clem.e.ti.c.vno.in gl.penultim.

i ¶ Papam. Vt post eum scripsi de tem.or.dilectus.Adde versi.seq.23.quæ in terminis scripsit Fed.cons.218.

k Decernimus. ¶ Vide quod plenè dixi de cle.coniuga.in 1.obiectione.

l Translationē. ¶ Si illud primum signatur,ad vltimum dictum responde.q̄ ibi cessauerat impedimentum: quia processerat.& vide cod.tit.nihi.§.pro defectu.& quod scripsi de æta & qua.c.fi.in gl.ac fi dicat.& in gl.pen.

m Quæsitum. ¶ Vt hic quæ solutur.

n Ad Apostolicæ. ¶ Et graues pœnas incurrit:vt in præ.Decræ.felicis.de pœnis.li.6. Vide quod dixi s.tit.prox.§. nunc dicamus.ver.sed quæritur vtrū.

o Xl. ¶ Hic fuit erratum in numero, nec corrigendus est error propter allegationes versiculorum sequentium multoties iteratas.simile j. de emphyt. §.nunc aliqua.ver.158.

p Relatum. ¶ De censi.felicis.lib.6.

q Ver.69. ¶ Vide quod dicam j.§. consequenter.ver.legatus.

r Indecorum. ¶ De hac Decre. vide quod scripsi de rescriptis.fi eo tempore. lib.6.super glo.pen.

s Commune. ¶ Hucusq; verba Ioan.de Deo.vbi ponit casus Decretalium in prin.

t Dicere ¶ Vbi ꝫ.ante medium.

u Dixi. ¶ Hodie permissi sunt dispensare in ætate,in dignitatibus,vel personatib.sine cura,cū his q peregerunt 20.annum de æta.& qua. c.vno.lib.6.

postulationem admittit. Sed Io. contra, secundum ea [2] quæ not. extr. de præbend. de multa. & 70. dist. sanctorum. & 21. q 2. si quis iam. Cum enim papa non reseruet sibi hoc specialiter, videtur eis indulgere. extr. de senten. exc. nuper Idem dicit Aegidius, qui super hoc quandam glo. longissimam compilauit: sed salua eius reuerentia, iura facientia ad hanc materiam non induxit [b] dico eos dispensa re non posse de iure in defectu ordinum: vt extra, de æta. & qua. a multis. [c] 60. distinct. nullus in episcopum. & patet in his quæ not. papa extr. de tempo. ordin. dilectus. ecclesia tamen Romana, quæ tanquam domina omnia ad se trahit, non pateretur per eos totaliter dispensari, imò episcopum Paduanum, cum quo patriarcha Aquileiensis dispensauerat iam consecratum ab episcopatu amouit: in ætate vero non imò solus papa. vt extr. de election. cum nobis olim. Electiones enim episcoporum inter maiores causas numerantur. ext. de appellat. vt debitus. in fin. de tran [d] sla. episcop. capitu. inter corporalia. 17 distinct. multis [d]. Domi [e] nus autem meus dixit contra de defectu ordinis: [e] vt supra, §. nūc ostendendum. vers. 17. & versicu. 70 ¶ Liiij. cum eo, qui beneficium renunciat, vt sibi concedat in illo victum. argum. 7. quæst. 1. quamuis. extr. de renun. ad supplicationem, etiamsi ob culpam re moueatur: vt §. versi. 9 ¶ Lv. cum eo, qui petit cessionē. scilicet vt vel cedat, vel remaneat. eo. tit. admonet. & c. quidam. & capitu. j.

[g] † ¶ Lvj. Quod monachus existens in minoribus ordinibus fiat abbas extr. de æta & quali. tuam olim enim abbates & monachi laici erant: vt 93. distinct. à subdiacono. 16. quæst. j. legi prope finem.

[f] argum. contra. 16. quæst. j. §. superiori [f]. ¶ Lvij. Debet dispensare cum illis, quos sine titulo dispensatiue promouit ad sacros, vt habeant victum ext. de æta. & qua accepimus extr. de præben. cum secundum. & capitu. non liceat. & capitu. episcopus. ¶ Lviij. Dispensat cum sectis in cunabulis, vel à dominis, vel à barbaris, vel si castrati timore lepræ, vel ita nati sunt scilicet, quod promoueantur, vel promoti remaneant in suis ordinibus: vt extr. de cor. vit. ex parte ß. & c. ex parte. M. lv. dist. si quis pro ægritudine. & c. eunuchis. Si uero aliquis hoc sponte, vel propter Deum fecisset: vel sibi fieri affectasset: non dispensatur cum eo, nisi per papam. 55. dist. qui partem. ext. eo. significauit. vbi de hoc solus etiam papa dispensat cum habente maculam in oculo: vt not. secundum pa

[g] pam eo. tit. c. 28 ¶ Lix. cum sacerdote extraneo, vt celebret occultę sine literis vel testibus sue ordinationis. extr de cle. pereg. capi.

[9] fin. ad fin. 71. distinct & 72. distin. per totum. † ¶ Lx. Quod prælatus faciat perpetuum vicarium. extr. de offi. vicar. ad hæc. cum de iure ipse prelatus debeat in propria persona seruire in beneficio, q̄ beneficium datur propter officium: vt 81. distinct. eos & cap. seq. [1] & præ. vers. 160 ¶ Lxj. Potest dispensatiue cōcedere minoribus prælatis, quod possint suos subditos excommunicare. extr de off. ordi. si sacerdos. & cap. cum ab ecclesiarum. quod illi non habent

[h] de iure communi secundum Ioan. de Deo [h], extr. de offi. archid. cum satis. & cap. archidiaconus. extr de foro. comp. cum contingat. nisi hoc habeant de consuetudine: licet possint ex causa inter dicere diuinum officium & ecclesiastica sacramenta: vt in præc. Decr. si sacerdos. & 2. quæst. j. nemo. ¶ Lxij. Dispensat cum clerico percussore. extr de cle. percus. c. j. arg. contra 46. dist. sed iniona

[i] rios & j. q. 7. si quis omnem [i]. ¶ Lxiij. Dispensat cum rectoribus ad synodum non uenientibus. extr. de ma. & obe. super eo. Possunt enim puniri, nisi veniant: ut 18. distinct. de eulogiis. & cap. penul. ¶ Lxiiij. Vt sine vitio fiat transactio super decimis. extr. de transactio. statuimus de rerum permuta. capitu. j. & 2. sic etiam in be

[10] neficio extr. de transact. de cætero. † ¶ I. xv. potest & debet dispensare cum clerico deposito, ne curie seculari tradatur. extr. de iudi. cum non ab homine. Semper enim in illo remanet character, & uiuere debet clericaliter. 50. distinct. accedens. 81. distinct. dictum & ideo non reordinatur, si restituatur. 11. quæstio. 3. si epi

[k] scopus. [k] ¶ Lxvj. Dispensat, vt contumax non sit contumax. extra, de offic delegat. consuluit de dolo & contu. capitu. j. & 2. & capitu. cum dilecti. & capitu. cum olim. 5. quæst. 3. præsenti.

¶ Lxvij. Ex causa sequestrat fructus ante sententiam extr. de sequestra cap penultim. & fin. cum tamen sequæstratio sit regulariter interdicta: vt C. de prohibita sequæstratio. per totum.

¶ Lxviij. Dispensat cum suspecto de crimine, vt non condemnet eum, extr. de præsumpt. literas extr. de dolo & contum. cum dilecti. ¶ Lxix. Dispensat quod vir & vxor separati contineant, ne deterius inde contingat. extr. de iureiu. tua nos. quod est contra canonem. 27. quæstion. 2. si uir & uxor. ¶ Lxx. Potest ratione iuramenti cogere clericum vel monachum esse loco obsidis. tra, de iureiur. ex rescripto. ¶ Lxxj. Si prælatus diffidit de iure , potest diuittere rem, quam ecclesia possidet, ut dicunt qui m, argumen. extr. de postula. bonæ 2. versic. quod si contra centibus. sed dic prout ibi nota [l]. ¶ Lxxij. dispensat in correone morum, & in dispensatione ecclesiasticarum rerum: & pręuia ratione 12. q quæstio. 1. præcipimus. 16. quæstio. 7. ca. alias contra 11 q. tertia quomodo. & cap. illud & c plerunq; 3. q. 2. cognouimus. 10. q. 3. qa cognouimus. ¶ Lxxiij. Cum fure rei ecclesiasticæ, ut sibi pœna mitigetur. 12. quæstio. secunda fraternitas. 14. quæstio. sexta si res. & 50 distinct. si quis presbyter. 17. quæstio. quarta si forte. vt post peractam pœnitentiam, vel partem eius possit ad sacros ordines promoueri. extra de fur. capitu. fin. ¶ Lxxiiij. Vt seruus ecclesiæ bene meritus cum peculio manumittatur: ut 12. qu. 2 si quos de seruis. & capi. cum redemptor.

11 † ¶ Lxxv. Vt res ecclesiæ tempore famis vendantur pro alimentis pauperum, & pro redemptione captiuorum. 10. quæstion. 2. capit. 2.

ADDITIONES.

a Secundum ea. ¶ Id est, per illas rationes & argumenta, quibus ibi vtitur, cū tractat an dispenset in pluralitate curatorum vel dignitatum: hoc dico, quia de hac quæstione in dictis locis nil tractat.

b Induxit. ¶ Nimis detrahit illi doctori sui tēporis sine comparatione maiori: & qui eum iunit in hoc opere, per quem primo anno, quo Decretales adhuc puerulus audiui, cum quoddam xeniolum sibi ex parte patris portassem me examinatum memoror super electione diurna: cui quia grate respondi, me cum osculo fuit amplexus propter q̄ eum contra hanc detractionem cū gl. illam habeam, tueri dispono. ¶ Et breuitatis causa certe talis fuit illius glosse quæstio, qualis in hoc ver. proponit ¶ Ad negatiuam inducebat l. 2. C. de his qui ve. æta. impe. per modum, quem inducit in gloss. Decret. de electio. cum dilecti. in prin. & in fin. Item eo. tit nihil est: quia cū ibi puniatur, pmouens minorem. hæc ergo pœna non cedet in commodum. de do. inter ui. & vxo. & si necesse. Inducebat Dec. in decorum. de æta. & quali. de elect. dudum. & cap. inpotuit. & de fil. presb. c, pe. demum posita opin. Goff. q̄ in episcopatibus solus papa dispē set, per c. in notuit de elect. In inferioribus episcopis subdit opin. Io. quam sequitur. quod legati & archiepiscopi in episcopatibus, di spēsant, nō vage, & indiscrete: sed vbi necessitas vel utilitas ecclesiæ id expo scit. all. de æta. & quali tuam. & c. in decorum. de concess. præb. cum nostris. & de elect. cum nobis olim. in fin. in quantum ibi patet, quod necessitas & vtilitas dispensationem in ducunt. Ad idem de præ exposuisti, vt sic morum probitas impleat ætatem & ordinem. 77. distin. cap. vltim. Fundat autem opin. suam, quia dispensatio his duobus casibus non est eis expresse prohibita: nec est de reseruatis & specialiter pro legato inducit, quod confirmare electionem, vel admittere postulationem est iurisdictionis: & iurisdictionalia quæ spectant ad papam, competunt legato, qui eius vices gerit. de consu. cū venerabil. ex quo reseruata non sunt expresse, de off. legat. quod translationem. ¶ Ad allegata in contrarium respondet, primo ad leges, quod leges, minores, dummodo sint puberes, ex causa, uel necessitate vrgente permittunt ad honores promoueri. fi. de decur. non tantum. 9. j. & de inr. immu. l. 2. ¶ Ad Decre. nihil est, respondet, quod de confirmatione loquitur, non de dispensatione, Prima requirit iuris obseruantiam: per secundam fit iuris relatio. Poterat etiam dare instantiam per c. qui in aliquo. 51. dist. Item licet Turon. cōcilium prohibeat diuisionem præbendarum, de preb. maiorib. ex causa tamen episcopus illam facere potest eo. tit. vacante. Idem in permutatione: de rerū permu. quæritur. Per hoc respondetur ad concilium, cum in cunctis, & similia quæ licet determinent ętatem, iustam dispensationē non prohibēt. ¶ Ad Decr. dudum. 2. ver. nos igitur. respondet. quod indiscreta, & temeraria sint ibi dispensatio propter pluralitatem ecclesiarum parochialium, quæ transgressionem & infamiam inducebat: nec loquitur de defectu ordinis vel ætatis. Concludebat autem contra tenentes cōtrarium, cum verbis canonis. 7. q. prima. scias. in fin. non videantur per ius nouum superius allegatū hæc verba superflua: quæ casum illū directe non respiciunt, ut per se patet. ¶ Ad de quid si papa dispensat cum minore 18. ann. vt possit obtinere beneficiū curatū: & deinde peedat alicui abbati, vt à certa vicaria possit pbonæ idoneæ prouidere, an poterit prudere dicto minori, qui de iure cōmuni non est idoneus. & quid si is minor vigore dicti rescripti obtinuit beneficium curatum, an possit illo dimisso aliud obtinere. vide Pet. de Anch. cons. 405. inci. tria dubia. concludentē in oibus, q̄ sic. Adde q̄ Abb. in c. cum in cunctis. in prin. de ele. dicit q̄ dispensatio episcopi in minori ætate nō debet fieri nisi ex magna causa: & quod ubi non subest causa, dicitur dispatio, non dispensatio, vt colligi dicit ex diffin. dispen. quā diffi. vide p glo. j. q. 7. c. requiritis. §. nisi rigor. illam gl. tene menti, quia tangit multa necessaria in materia dispensationis.

c Multis. ¶ Tu dic contra, vt ibi, dixi super gl. sic olim.

d Multis. ¶ Et est expressum de elect quamuis. in prin. lib. 6.

e Ordinis. ¶ Quo ad dignitatē episcopalē, remissionē ded; ad decretalem, a multis. §. eo. ver. Quo ad inferiores dignitates. vide quod no. de æta. & qua. c vno. lib. 6. in ult gl. & scripsi de ele. dudum. j. super verbo, in ordinibus.

f Superiori. ¶ Licet Abbas possiet fieri sacerdos, & sacerdos abbas, vt ibi, nō tollitur q̄ primitiue ecclesiæ status illos ad id non cogebat: vt patet prin. §. & in fi. qui hodie coguntur de æta. & qua. c. j. Non obsta: quod in cōtrario dicitur de regula Benedicti: cū illa ultra 200. annos secuta fuerit. c. a subdiacono. quod fuit Siluestri, qui fuit tempore Constantini primi, & Benedictus tempore Iustiniani, ut patet ex Chronicis. Fuerāt ergo monachi ante Benedictum sub regula Basilij, 18. q. 2. pernicioſam. & ut patet in fin. cōtrarij vsq; ad tempus Eusebij, Zosimi & Sirici monachi non fuerunt clerici.

g c. 2. ¶ Ibi vide. & quod scripsi eo. ti. significauit. super glo. fin.

h Io. de Deo. ¶ Vbi §. ad fin. j. col.

i Omnem. ¶ In fin. vide quod no. in prę. Decre. j. & 45 dist. in sum.

K Si episcopus. ¶ Facit quod scripsi de cleri. conlu. super rubrica.

l Ibi no. ¶ In 5. glo. super qua alias remissiones uideas. Adde uer. 69. q̄ si uir vxori, & uxor utro inuicem remittant ius matrimoniale absente episcopo, vel eius uicario, & alter dictorum coniugum, post maritus intrat religionē, & facit professionem, q̄ mulier non potest ipsum reuocare, eo quia non fa, cta fuerit dicta remissio præsente episcopo, & hoc fiue mulier sit iuuenis & suspecta, fiue non: ut decidit Feder. consil. 27. & hoc maxime, quia non est de necessitate auctoritas epi: copi, sed de honestate. alleg. Hug. Laur. & Archidia co. 17. q. 2. si uir. & Innocen. in cap. 1. de nouer. cop. [illegible] in j. gl.

m Alias contra. ¶ Id est, id non potest, cui[illegible] tio non sunt præiu.

capitu.2.12.§.2.aurum.& capitu.gloria.& sacrorum.& capitu.sequent.¶Lxxvj.Cum ecclesia parochiali, seu cum sacerdote, dimittendo ei quartam decimarum sibi debitam extra, de rescri. de quarta. 12. quæstione. tertia episcopus si tertiam. & decima.
a quæstione.tertia relatum.& alia episcopalia iura [a]. extra, de donat.pastoralis.Quod verum est de consensu capituli, non aliter extr.de his, quæ fiunt à præla. capitu. nouit.¶Lxxvij. Vt si pater exhæredato filio instituerit ecclesiam hæredem,mortuo patre restituatur filio hæreditas. 13. quæstio. secunda si quis irascitur. & idem est si credens si non habiturum filios contulit bona sua ecclesiæ,usufructu sibi reliçto,& postmodum nascitur sibi filius:vt 17.quæstio quarta quicunque.¶Lxxviij. Vt suspensus, in quo signa pœnitentiæ apparuerunt,apud ecclesiam sepeliatur.23.quæst. secunda quæsitum. Nec est contra 23. quæstio. quinta placuit. quia ibi loquitur de impœnitẽte:vt in §. qui ibi sequitur.¶Lxxix. Quod sacerdos in ciuili causa coram laico testimonium ferat.14. quæstion. secunda quanquam. ¶Lxxx. Secundum quosdam in iuramento metu extorto:quod est in detrimentum animæ & corporis.de hoc s.tit.j.§.nunc ostendendum.ver.24.¶Lxxxj.Quod
b una ecclesia ex causa faciat alteri partem de decimis & primitijs.16.quæstio.prima sicut duo. & capitu. statuimus [b]. ¶Lxxxij. Quod patronus conferat decimas monasterio malè à laicis detentas, in quarum possessione non erat ecclesia: vt 16. quæstio prima.cap.fin.extr. de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli cùm apostolica.¶Lxxxiij.Episcopus patronus dispensat, vt præsentatus ab eo admittatur sine examinatione: quia præsumitur
12 pro eo.16. quæstione 5 capitul primo.†¶Lxxxiiij Dispensat,vt abbas conferat inuestituram in ecclesijs per eum sibi collatis. 16. quæstion.secunda. visis.¶Lxxxv.Quod ecclesia det clericis ad vitam eorum de suis possessionibus. 16 quæstion. tertia .clerici. & capitu.si episcopus.12. quæstio. secunda sæpe fit. & etiam ipse de possessionibus ecclesiæ suæ dat suis seruitoribus ad uitam eorum, & de proprijs in perpetuum 16. quæstion. sexta.illud.quia & successor illos alere tenetur: vt 12. quæstion. secunda. hoc ius.
¶Lxxxvi.Dispẽsat in pœna pro immunitate ecclesiæ violatæ.17. quæst.4.si quis contumax.& arg.12.quæsti.2.de uiro.¶Lxxxvii. in separando suo arbitrio monasteria duplicia.18.quæst.2.in nullo.& cap.diffinimus.¶Lxxxviij. Cum monasterijs intributis sibi dandis.17.quæstione 7.Eleutherius.¶Lxxxix. Cum clerico suo, ut possit ad alterius episcopatum transire, 19.quæ. 2. duæ.a con-
13 trario sensu.& 71.& 72.& 73.dist.per totum †¶ Xc. Cum monachis,vt habere possint cellulas intra claustrum. 18.quæstio. 2. de monachis.& cap.cellulas. & cap. nullus. quod etiam abbas facere potest cum benemeritis 20.quæstione ultima.cap.fina.¶ Xci. In
c tempore velandi virgines,ut extr.de tempo.ordin.capit.1. alias non, nisi ex causa præterquam in certis festiuitatibus,vt 21.quæst. prima. deuotis.¶Xci. Potest dispensando mitigare pœnam secundum modum canonum.23.quæstione quarta. forte de pœniten.distinctio.sexta cap.primo.in fin extrà de officio legati.nisi
¶Xciij Dissimulando vel correctioni ex causa supersedendo.vigematertia quæstione quarta.non potest.¶Xciiij. Parcendo testi, ne personaliter puniatur.vigesimatertia quæstione quinta, capitul.primo.ad fin.¶Xcv. Relaxat excommunicationem ad cautelam ne plus debito principale negotium retardetur.extr. de except.Apostolicæ.extr. de testib. veniens. 2. in fin. secus in interdi-
d cto [d]: vt in constit.Greg.10. de senten. excom. præsenti. lib.6.
¶Xcvi. Dispensat in modica iniuria, si iniurians ex sententia sit infamis.extr.de re iud.cum re.2. quæstione tertia.capitu. si quem
14 §.notandum.†¶Xcvij. Potest dispensatiue deferre friuolæ appellationi propter scandalum vitandum.extra, de appel. cõstitutus. 2.quæst.sexta.appellatione pendente.quod de iure facere non tenetur:imo iudex hoc faciens mulctandus est in 20.lib. argenti, vt ca.ei qui. 2.q.6.§ sunt etiam quorum: ver. si quis etiam.¶Xcviii. In transformatione habitus ex causa.extr.de vit.& honest.cler. c. clerici.& c.Deus.¶Xcix.Cum clericis concubinariis.extra.de coha.cler & mu. clericos & c. vestram. nisi irregulares effecti sunt: vt s.§.iuxta. ver.in suspensis.¶Centesimo Cùm clerico non residente in ecclesia.ext.de cleri.non resid ex parte & c. tua. & c. fin.
¶ Cj.Cum duobus in discordia electis: vt vnus habeat dignitatẽ. & alius aliquid vltra consuetum.extr.de præb.nisi. 61. distinctio. Ossius.12 q.1.illi.¶Cij. Vt aliqui habeant campanas. extr. de priuilegijs.¶Ciij. Vt ex vna præbenda fiant duæ: & hoc ex causa
e extr.de præbend.vacante.alias contra [e] eo.tit. maioribus. & c.dilecto.1.quæst.3.ca.fin.¶Ciiij. Dispensatiue vnit capellas, vt au-
15 gmentet præbendas. extr. eod. exposuisti.†¶Cv. Quod clerici pegrini ex aliqua iusta causa in sua diœcesi recipiantur, & sine literis commendatitijs celebrent. extr. de instit. ad decorem & de cler.pereg.c.fin.de const distin.1.vnicuique.& cap. clericos. alias
16 contra.71.distin.capitu. primo. & secundo. s. vers. 89.†¶Cvi. Potest dispensatiuè ratum habere, quod factum est per prædecessorem eius, licet inualidum sit puta sine consensu capituli. extra, de his, quæ f ne consensu cap. cum nos. & capitu.cum Apostolica.¶Cvii. Potest ex causa retinere ad tempus fructus beneficij vacantis.extr.de eccles.ben.capitul.vnico. pro-
f pe fin.[f]¶Cviij.potest dare monasteriis priuilegia exemptionis [g]
g extr.de priu. capitu. cum olim. & capitul. ex ore. 16. quæstio.1. peruenit.¶Cix. potest capellas concedere monachis:ut extr.de dona.pastoralis.16.quæstio.1.peruenit.¶Cx.Dispensat abbreuiãdo pœnitentiam.10 ann.sacrilegio, qui cum moniali contraxit. 27. quæstio. prima virginem.¶Cxi. Cum cognoscente fornicario,coitu monialẽ.27. quæstio. prima.eos.¶Cxii. Cum frequen-
h ter nubentibus. 31.quæstio.prima.de his.[h]¶Cxiii. Episcopus potest adulteram ponere in monasterio: si vir eam nolit recipere. 32. quæstio.prima de Benedicto. Adulteros autem excommunicare potest: ut ead. causa. quæstio. quinta. perceptum.¶Cxiiii. Permittitur episcopo separare maleficiarios post triennium. 33.
i quæstio. prima.si per sortiarias.extrà.de fri. capitu. fina.[i]¶Cxv. Potest ex causa mitigare pœnam matricidæ. 33. quæstione secunda.latorem.¶Cxvi. Potest dispensare cum solenniter pœnitente,& cum incestuoso in matrimonio contrahendo: ut ea. quæst. si quis cum duabus. & capitu. in adolescentia. & capitu. antiqui.
17†¶Cxvii.Cum incestuoso, per errorem sororem vxoris suæ cognoscente: 34. quæstion. secunda in lectum. & etiam cum incestuoso simpliciter. ext.de eo, qui cognou. consangui. vxoris suæ. capitu.ex literis.trigesimaquinta quæstio. tertia. de incestis. ad finem.& quæstione octaua. de gradibus. & capitul. hoc salubriter. ad fin. & capitu. incestuosi. Vnde dispensat, vt cognoscens matrem sponsæ, possit cum alia contrahere. extr. de eo qui duxit in matri. qui polluit per adul. capitul.secundo. De hoc 33. quæstio. secunda.si quis cum. & 27. quæstio prima. virginem. & ut is, qui separatur ab uxore propter consanguinitatis impedimentum, possit cum alia contrahere. 35. quæstione sexta. ab isto die. 1.
¶Cxviii Contra sententiam, quæ non transit in rem iudicatam. vt 35. quæstion.octaua quod quis. Vnde restituit mulierem contra sententiam in causa matrimoniali latam: quæ non transit in rem iudicatam: vt ead. quæstio.capitul. primo.& extr. de in integrum restit ex literis.¶Cxix. Cum raptoribus mulierum,ut euadant legalem pœnam: & acta pœnitentia cum mulieribus raptis contrahant,35.quæstione prima.& quæstione secunda.& tria. extr.de rap.capitu primo.argumen.contra ea.quæstio.capitul.fin.¶Cxx.
k Super statu ecclesiarũ, vt eas faciat numero pauciores, si plures sint;vel etiam minores [k], si nequeant de propriis reditibus sustẽtari. de conse. distinct. prima omnes basilicæ. & quod etiam numerus canonicorum diminuatur, vel augmentetur. extr.de constit. ex parte. a contrario sensu extr. de verbo. significatio. capit. fin.extr.de institut.capit.1.& 2 extr de concess. præben.ex parte. & vt fiat nouus personatus in ecclesia, qui nunquam fuit. extra, de consuetu. cum olim.¶Cxxi. Quod missa cantetur, in oratoriis. de consecr.distinct.prima.concedimus.& capitu clericos.& cap. si quis.¶xxii Cum presbytero qui sub vno canone duas missas celebrauit. de conse distin.secunda.relatum.& capitu.comperimus ¶Cxxiii.Potest minuere pœnam sacerdoti, propter cuius negligentiam

ADDITIONES.

a Inra. ¶ Vide quod plene scripsi de censib.c.cum venerabilis.super gloss.seq. Adde quod dictum Spe.licet de eo mentionem non faciat, sequitur Feder. consilio 248.incipiente,Casus talis,quidam episcopus.& utile quod nec episcopus possit dicta iura remittere à principio fundationis ecclesiæ vel hospitalis:quia esset valde præiudiciale episcopo, & episcopali mensæ, quod ecclesia esset in sua diœcesi,& non haberet ius episcopale in ea. latius ibi.
b Statuimus. ¶ Vide quod hoc not.de reli.do.constitus.in glo.hic videtur.
c Cap.1. ¶ Dic ut ibi no.in ult.gl.
d Interdicio.¶ Loci,non personæ.vt ibi no.in gl.pen.
e Contra. ¶ Id est,si causa non subest.
f Prope fin. ¶ Vide quod ibi dixi super fin.vltim.glo. propter clemen. si vna. de rebus eccles.non alien.
g Exemptionis. ¶ Vide remissionem quam dedi s.ver.76.
h De his. ¶ Ibi nide in 1.glo.
i c.fin. ¶ Solu.ibi in 1.glo.
k Minores. ¶ Numero. Adde Fed. cons. 111.& ibi an possit facere in præiudicium expectantium, & de requisitis in vnione, vide Oldr.d. consil. 261.& per eundem qualiter, & qua de causa annuletur vnio. consilio 242. & quomodo episcopus possit unire aliquam dignitatem, per eundem, consil.186. Et an si habeat potestatem à papa vniendi aliquam ecclesiam,an si unit. videatur auctoritate sua, vel papæ fecisse, per eun. consil. 257. & quid si papa concedit episcopo licentiam uniendi quatuor ecclesias mensæ suæ, qui eas vnit uiuentibus rectoribus earum sine præiudicio episcoporum: & deinde mortuo illo pontifice successor concedat expectatiuas cum clausula antefer ri an mortuo aliquo ipsorum rectorũ habẽtes expectatiuas debeant præferri episcopo,vide plene per eundem Oldr. consilio 223. Adde an unions monasteriorum remaneant sub dispensatione episcopi diœcesani, vide plenissimè Guid.Papæ in quæstionibus suis, quæstio.103. incipien. pragmatica sanctio.& Adde,quod episcopus potest vni ecclesiæ priuilegium concedere in alterius ecclesiæ præiudicium imò vnius ecclesiæ iura uel dignitates tribus interuenientibus alteri donare, de quo per Ludo,Rom.consil.369. incipien.circa j.column.ver.tertio, quia videmus. Henr.Fer.

a gligentiam mus comedit species [a] e.ti.qui bene ¶ Cxxiiij. Dispẽsat, vt presbyter celebret in altari, in quo eadem die episcopus
b celebrauit. eadem distinctio. capitulo fina. [b] ¶ Cxxv. Vtt Iudeus statim ex causa baptizetur. de consec. distinctio. quarta. ne quod absit. ¶ Cxxvi. Secundum quosdam cum ignoranter rebaptizato, cum esset parulus: si necessitas & illius merita, & ecclesiæ vtilitas hoc exposcunt: ut ead. distinctio. qui bis. ¶ Cxxvii. In pœna presbyteri cum veteri chrismate baptizantis. eadem distinct. si quis de alio. ¶ Cxxviij. Consentire potest, quod presbyter signet pueros in vertice, quos episcopus bapt zauit, si forte propter multitudinem episcopus non potuit omnes in vertice chrismate. eadem distinctio. omni tempore. 95. distinctio. capitul. penult. & fin. Ipse autem solus potest chrismare in-
c fantes. [c] ext. de confir. quanto. de con. distinc. 5. manus. ¶ Cxxix. Cum monacho scienter extra claustrum carnes comedente. de consec. distinct. 5. carnem. ¶ Cxxx Cum clerico vel prælato religioso, vt eat in peregrinationem. de con. distinct. 5. non oportet. 2. ext. de voto magnæ. prope fin. & capitu. penul. & fin. ¶ Cxxxj. Quod clerici iaceant & comedant in propriis domibus, & non simul. ext. de ui. & hone. cle. capitul. quoniam. a contrario sensu: contra canones illos. de con. distinctio. 5. in omnibus. & 12. quæst. 1. necessaria. ¶ Cxxxij. Dispensatiuè reducit fugitiuos ad claustrum: vt extra de regu. capitu fin. 18. quæstio. secunda. abbates. ¶ Cxxx. ij. Dispensat, quod simpliciter de voto contrahat, ne deterius faciat. ext. qui cle. vel vo. veniens. licet sit contrà, eod.
d titu. rursus. 22. quæstio. 4. §. fin. [d] † ¶ Cxxxiiij. Dispensat in vo-
18 to, ut in melius commutetur. ext. de voto. capit. primo. & capi. ex multa. nisi in Hierosolymitano. vt eod. titul. per tuas. & capitu. ex parte. & capitu. magnæ. & nisi in uoto continentiæ: vt no. eod. titul. c. 1. ¶ Cxxxv. Vt in defectum regularium monasterium de secularibus clericis ordinetur. extrà de reli. do. inter quatuor. Sed contrà. 19. quæstio. 3. quæ semel. & extrà de rebus eccle. non
e alien. possessiones [e] ¶ Cxxxvj. Recipiendo secundum præsentatum à patrono primo omisso. ext. de iure patron. cum autem. & cap. pastoralis. ¶ Cxxxvij. Cum sacerdote incauto, qui in officio suo peccat. extra. de celeb. miss. cap. fin. ¶ Cxxxviij. Quòd infirmus, vel ex alia causa, quis comedat carnes in diebus ieiunio rum extra. de obs. ieiu. consilium. ¶ Cxxxix. Vt ecclesia parochialis fiat monasterium. extra. de eccle. ædi. ad audientiam. 12. quæst. 2. bonæ. extra de dona. Apostolicæ. ¶ Cxl. Dissimulare potest, quod sponsus & sponsa de futuro se absoluant, ne deterius inde contingat. extra. de spon. præterea. ¶ Cxli. Vt puella nubilis dimittat sponsum minorem 14. annis, & contrahat, ne fiat deterius. de despon. impu. c. ex literis. quod est contra iura illa. eod. titul. de illis. & cap. à nobis. ¶ Cxlij. Vt confirmet vel impediat sponsalia secundum formam Decr. extra. de spon cum in tua. ¶ Cxliij. Cum filiis adulterorum, vt alantur à parentibus: vt extr. de eo qui duxit in matrim. cum haberet. in fin. contra iura illa. 35. quæstion. 3. capit. 2. & quæst. 6. cap. vnico C. de naturali. li. Authen. licet patri. extr. qui fil. sint le. per venerabilem in fin. ¶ Cxliij. Dissimulando dispensat in dispensatione ex falsa causa obtenta, ut ualeat. quæ alias non valeret. extra. de consang. & affinita. quia circa. ¶ Cxlv. Potest dissimulare dispensatiue adulterium sponte à muliere confessatum, nisi perseueret in illo. extr. de dinor. ex literis. ¶ Cxlvj. Potest dispensare mitius puniendo ex causa accusatorem in probatione deficientem. 2. qu. 3. Paulum. §. notandum. extrà. de calum. cum dilectus. extr. de elec. statuimus. in fin. lib 6. ¶ Cxlvij. In numero & qualitate compurgatorum extrà, de simo. insinuatum. 2. quæstion. 5. omnibus extrà, de purgat. cap. ex tuarum. ¶ Cxlviij Cum eo qui per simpli citatẽ fecit homagium propter beneficium. extra, de simo. ex dili genti. Sed cum directe simoniaco an valeat dispensare: dic vt s.
19 tit. j. §. nunc ostendendum. ver. 24. † ¶ Cxlix. Dispensat vt clericus scholaris vel peregre proficiscens locetad tempus redditus beneficij sui. extra, ne præla. vices suas. capitu. fin. de voto. capit. fi. ¶ Cl. Cum homicidis & parricidis, quod contrahant matrimonia. ext. de his, qui fil. oc. c. j. 33. q. 2. seculares & c interfectores. &
20 c. in adolescentia. † ¶ Clj. Potest ecclesias parochiales diuidere, & vnire, nisi ab eo appelletur: de consensu tamen eorum, quorum interest: vt extra, de excess. prælat. sicut unire, aliàs non. 17. quæst. j. cap. præcipimus. §. sicut duo. & 10 distin. cap. j. vbi de hoc argu.
f contra, 16. quæst j. quicunque [f] ¶ Clii. Potest monachis dare pri-
g uilegium de non dandis decimis [g], tam præteritis, quam præsentibus, quam etiam futuris: extra, de priui. quia circa. & capitu. ex
h ore. & cap. cum olim. 16. quæstion. 1. peruenit [h]. ¶ Cliii. Dispensat cum filiis patronorum occidentium, vel mutilantium prælatum, quod scilicet possint in monasteriis ad honores assumi. extra, de penis. in quibusdam 23. quæst. 8. si quis membrorum est. & argumen. 17. quæstion. 4. de fi. presbyt. non tamen expresse, sed per contrarium actum admittendo eos, videlicet ad electio-
i nem, & ad alios actus [i]. ¶ Cliiii. Cum criminoso publice celebrante, prout not. secundum papam extra, de cler. pereg. c. 1. ¶ Clv. Cum excommunicato ministrante, quo ad beneficium: ut extra, de cler. excommunic. mi. postulastis. respon. 1. & capitu 1. 2. secundum Papam & dominum meum, qui hoc notauerunt, extra. de tempo. ordin. dilectus. Sed salua eorum reuerentia, Decret. postulastis. non loquitur in hoc casu: sed loquitur quando excommunicatus beneficium recepit: vt suprà. ver. 16 Item
21 præ. capitul. 2. ad hoc non facit. † ¶ Clvj. Potest dispensa-
k re minuere pœnitentiam a papa impositam, [k] vt 50. distinctio. accedens. 33. quæst. 2. latorem. C. de episcop. & cleri. Authent. interdicimus. ¶ Clvij. Ex causa potest absoluere clericum ab ecclesia, in qua ordinatus est, & cum in alia collocare. 74. distin. quorundam. ¶ Clviij. Cum presbytero casu inculpabili homicida, vt quidam dicunt: quod dic vt suprà. §. iuxta. versicu. si quando autem. ¶ Clix. Ne quis ad tempus teneatur in ecclesia parochiali residere: vt in consti. Greg. X. de electio. licet ca-
l non. §. fin. lib. 6. infra. ver. proximo. [l] ¶ Clx. Vt quis deserviat per nicarium in ecclesia parochiali dignitati annexa. vt extra, de præben. extiterunt. de præbendis: vt not. ext. de æta. & qualita. eam re. suprà. versi. 60. ¶ Clxi. Cum eo, qui factus erat ineligibilis: quia receperat electionem per abusum secularis potestatis factam: vt sum
m prrà. no. [m] extra, de electio. quisquis. Clxij. In casibus qui habentur. 68. distinctio quamuis. & cap. cor. episcopi ¶ Clxiij. Vt corpora sanctorum transferantur de loco ad locum. de consec. distinct. 1. corpora. & reliquiæ ex causa de ecclesia extrahantur, & potest etiam inhibere, ne in ea diu na celebrentur. ext. de ære pat.
n cap. 2. & œconomum in ea ponere. ext de off. or cum vos [n] † Ge-
22 neraliter autem magna est episcoporum potestas. Nam non potest ecclesia fieri, nisi primò episcopus crucem ibi figat, atrium designet, & primarium lapidem ponat. ead. distinct. nemo. Item ipse solus & superiores possunt consecrare, reconciliare, pœnitentias solennes imponere, indulgentiarum literas concedere, de causis matrimonialibus cognoscere, ordinationes facere,
o chrisma conficere. ext. de excess. prælatorum, accedentibus. [o] 21. quæst 1. interdicimus. ext. de pœniten & remiss. cum ex eo. in fin. de consc. eccle. nel alia consuluisti & cap. aqua. 50. dist. in capite. Item quinquagesimam uel centesimam dare. ext de do. Apostolicæ. 20. quæstio. 2. bonæ. extra, de his, quæ fi. à præla sine consen. cap. pastoralis. Item solenniter excommunicare. 11. quæst. 3. debent. Item literas dimissorias dare: aliter non ualet ordinatio ab alieno episcopo facta. 8. quæst. 2. illud & cap. dilectissimi. ext. de offic. arch. ut nostrum. ubi de hoc. Item annulum portare. extra, de ti. & hone. cleri. quod clerici. Item duos de canonicis ecclesiæ suæ secum habere. extr. de cler. non residen. ad audientiam. Item parochias limitare, & cœmiteria ordinare. 13. quæst. 1. ecclesias. & in præd. cap. pastoralis. Item constitutiones in suis
p diœcesibus facere. de consec. distin. 1 omnes basilicæ. 16. q. 7. om-
nes. extr. de fer. c. fi. 12 dist. catholica. [p] Ex quibus iuribus colligitur, q omnes ecclesiæ ad eos pertinent. Item generalem synodũ facere. 17. dist. episcopus. ext. de maior. & obe. quod super. Item hæreticos condemnare. extra. de hæreticis. ad abolendam. §. 1. & contra eos eos inquirere. eo tit. excommunicamus. §. fi. Nec hæc
q potestas ipsis adimitur, licet inquisitio alteri committatur. ¶ Ire ecclesias censuales facere. de iure pa. præterea. de censi. scientes. Item instituere clericos, & destituere. ext de fil presbyt. c. ex tua. de insti. ex frequentibus. de his quæ fi. a præla. nouit. & alia plura: nam ad eos singula referũtur: ut 25. di. perlectis ext. de off. archip.
23 vt singulæ. † ¶ Ipsi quoq; in multis sunt priuilegiati. nam non incurrunt sententias excommunicationis, suspẽsionis, & interdicti,

sicut

ADDITIONES.

a Species. ¶ Eucharistiæ.
b c.fi. ¶ Text. id non dicit, sed gl. fic.
c Infantes. ¶ In fronte. vide de sacra vnc. cap. vno. ver. quia verò.
d §. fi. ¶ Dic vt de voto c. vno. lib. 6.
e Possessiones. ¶ Vide q d dixi in præ. Decr. inter quatuor. in textu, & sup j. gl.
f Quicunque. ¶ Solue vt ibi no. & de reli. domi. constitutus.
g Decimis. ¶ Episcopalibus, quæ constituntur in quarta. de quibus loquitur Decret. quia circa. & vide 5. ver. 86.
h Peruenit. ¶ Loquitur de decimis percipiendis.
i Actus. ¶ Puto q per hunc finem Gui. recedere voluit ab opi. Io. & sequacium. quas vide in Decr. in quibusdam. in vl. gl. & super ea.
k Impositam. ¶ Omnino vide quod dixi 5. tit. 1. §. nunc ostendendum. ver. 27. in fi. Adde tu gl. notabilem, & ibi Arch. in c. tempora. 26. q. 7. Rom. in suis sing. in 3. col. 4. no. Io Maria. Blon.
l Proximo. ¶ Facit etiam contra pœnam illius Dec. dispensationem super tardando sacerdotio per septennium, secundum formam Decre. cum ex eo. de elect. lib. 6.
m Vt 5. no. ¶ §. iuxta. B. sub. ver sunt quoque. versi. 15.
n Cum vos. ¶ Adde casum, quem ponit Decre. antiqua extrauag. Io.
o Accedentibus. ¶ Ibi satis tractaui super ver. indulgentiarum, an electi confirmati indulgentias dare possint.
p Catholica. ¶ Iura melius facientia colligi de app. c. fi. li. 6. super fi. vlt. gl. in prin. & quæstio ibi notabilis facit ad propositum.
q Committatur. ¶ Hoc est expressum de hac re in hoc [illegible] bon. lib. 6.

a sicut aliæ personæ: ext.de senten excommu. quia periculosum, a Item aliter ꝓceditur ꝙ eos ꝙ tumaces, quam contra alios: vt in con
b stit. Alexand. IIII de priuileg. quia pontificali. b Itē ipsi aliter iurāt quam alii, nec testificari coguntur. ext. de iuramen. calum. c. fi. & 11. quæst. 1. nec honore. in auth. de sanct. sepis. §. nulli. Item tempore generalis interdicti possunt audire diuina, extr. de priuileg. quod nonnullis. Item possunt sibi quem volunt eligere confessorem: vt ext. de pœni. & remi. c. fi. Item non coguntur subire iudicium, nisi imperialis iussio præcedat, vt no. in Summ. Azon. in tit. de episcop. & cleri. §. quod sit. Item episcopalis dignitas liberat à patria potestate. 54. dist. si seruus. & no. ext. de æta. & qualita. indecorum. Item quinque priuilegia habes in l. antiqua. 11. C. 1. quicūque. Item plures testes contra eum necessarii sunt. 2. quæst. quar-
c ta. præsul. & c seq. & in iuribus aliis sunt priuilegiati. c ¶ In his igitur casibus qui expressi sunt in iure, & similibus, potest indubitate episcopus dispensare, & ius commune relaxare, sed nō in aliis,
d qui non sunt in iure expressi. secundū Gof. & Gul. Na. d & Io. de
e Deo, e & eorum sequaces. Cum enim in præmissis casibus sit ei concessum, videtur in aliis esse ꝓhibitum: vt ff. de his qui sui uel alie. iur. sunt. l. 1. & Insti. eo. §. 1. Item cum episcopus adstrictus sit canones obseruare, vt ext. de iureiuran. ego & 100 dist. optatum 3. dist. c. fi. 25. quæstio. 1. hac consona. non debet contra eos facere, nisi expresse sibi concedatur à iure: vt extra. de na. ex lib. uen. cap. unico, extra. de ele. dudum. 2. ibi: quod in aliis reprobare, &c.
24 32. quæst. 5. si Paulus. in prin. 25. quæstio. 1. c. 1. 2. 3 4. & 5. † Minor enim non potest superioris legem tollere. & 10. dist. cap. 1. nec de
f illa, sed secundum illam iudicare tenetur. 4 distinction. in istis, f ¶ Non ergo potest episcopus dispensare secundum eos, nisi ubi inuenitur expressum, quod possit: argumentum extra, de iudic. at si clerici. extra, de tempor. ordinand. dilectus. de supplend. negligen. prælator, Romanæ. 50. distinct. miror. & hoc idem tenet Innocen. IIII. dicens eum dispensare posse, ubi eius ei simpliciter dispensationem concedit: ut in præ decret. nuper & ext. de cleri. excom. mi. cap. postulasti. Si autem dispensatio ei non conceditur à canone, nunquam dispensare, potest: vt dicitur in decret. dilectus. Sed certe præmissa obiectio impertinens esse videtur: nam dispensando in casu non expresso in iure, non ob hoc impugnat canones, vel eos tollit, nisi ei expresse a canonibus dispensandi potestas interdiceretur in casu, in quo dispensat. & propter hoc Ioan. Lau. Hu. Tan B. & alii, quorum dictum communius est, dicunt, ꝙ episcopus dispensare potest vbicunq; non prohibetur. arg. ext. de hær excommunicamus. §. sane. de senten. exc. nuper. & c. à nobis. & c cum illorum. ext. de sponsalib. cum apud. 16. q. 1. sunt nonnulli ff. quib. ex caus maior. l. nec non §. 1. Nam & Apostolus dicit: Omnia mihi licent. 11. q. 1. aliud. Nec ob. præ. decret. at si clerici, prout ibi no. Vinc. autem dicit episcopum dispensare posse, ubicunque non prohibetur, & inuenitur quandoq; per episcopum dispēsatum fuisse. In alijs autem nouis casib. papa consulendus est, ut dixi, & in illis intelligitur prohibitum, qđ non inuenit concessum. ext. de transl. episc. c. inter. vt in
25 præ. c. dilectus. sed hæc opinio parum discrepat à prima. † Sūt qui dicunt, non licere episcopo dispensare regulariter in his. q̄ pertinent ad generalem ecclesiæ statum: vt in præ decre. dilectus. & e. tit. sane. & 14. dist. sicut. In criminib. autem, vt dicunt, semper dispensare potest, nisi prohibeatur, & sic potest intelligi præ. dec. nuper. Dom. meus dixit, ꝙ in his, in quib. mortale peccatum est ꝑm legem diuinam, sicut in furto & rapina. vt 14. q. 5. si pœnale. dispēsare non potest, nec etiam papa (vt aliqui dicunt) quo minus pœnitentiam agat, & restitutio fiat. ext. de vsur. cum tu. & e. quæst. si quid inuenisti. & cap. multi. & quæst 6. si res. In his vero, in quibus mortale peccatum est secundum ius positiuum, & est episcopo pis sue inferioribus a papa interdicta dispensatio, nullus dispensare uel pœnitentiam præstare potest: nisi solus papa, uel is cui specia-
26 liter commiserit: si vero non est interdicta, tunc potest. † ¶ Prohibetur autem episcopus dispensare cum homicida. 50. distinct. miror. Item cum filiis illegitimis, quoad dignitates personatus & beneficia curam habentia animarum: vt j. ver. utrum. Item cū minore 14. ann. ad dignitates, vt 3. ver. 53. Item cum corpore vitiatis. 55 distinct. si quis. argumen. tamen contrà, extrà, de cor-
g pore vi. significauit. g Item cum bigamis & viduarum maritis extrà. de biga. cap. 1. 34. distinct. lector. 3 §. iuxta. ver contrahitur. Item cum eo qui duas vxores de facto duxit, uel qui secundas nuptias de facto contraxit. eod. titu. nuper. Item cum presbytero secundas nuptias benedicente: vt extrà, de secundis nup capitulo primo. Item cum faciente duellum, ex quo mors vel membri debilitas est secuta: & cum eo, qui facit duellum tale fieri: vt supra, versiculo nono. Item cum eo qui de iniusta excommunicatione conqueritur in iudicio seculari vigesimaprima, quæstione, ultim. capitulo pen. Item cum simoniaco in ordine: ut 3. titul. 1. §. nunc ostendendum. uel sicu. 23. Item cum infamibus. 2. quæst. 3. Euphemium. §. hinc colligitur. vbi de hoc & 3 notandum. Item
vt quis in un[illegible] 3. eat duas prębendas. extra, de conceſſ.
h prębend. literas. h Item cum penitus illiteratis, ut clerici fiant: & cum solenniter pœnitētibus §. ver. 27. & sequen. Item cum seruis & obligatis certis conditionibus. vt 50. distinctio. non confidat 54. distinct. per totum Item cum obligatis ad ratiocinia. præstanda ext. de aboli. ad ratiocinia. capitul. vnico. seruata tamen distinctione, quæ ibi not. Item quod sine aliquo temporis interuallo quis ordines maiores assumat: vt in prę capitul. non confidat secus de minoribus: vt ext. de tempo. ordin. de eo. Item in his, quæ sunt maiora adulterio. ext. de iudiciis. at si clerici. §. de adulteriis. Item non potest mitigare uel dispensare canones pœnam depositionis uel suspensionis in enormibus criminibus indu centes. 50. distinct. miror. 12. quæst. 2. de viro. ext. de accusa. inquisitionis. Responso. 1. de quibus no. ext. de elect. nihil. & in Repertorio sub ti. de pœnis. in rub. casus totius iuris, in quibus promo. deponitur. ¶ Item nec in criminibus, in quibus post peractam pœnitentiam impeditur executio officij: quę enumerantur sup. §. iuxta. uer. sunt quoque. Nisi forte inueniatur ei expresse permissum: vt in prę. decret. at si clerici. tales enim quantumcunq; pœnitent. cum regulariter pristino statui restitui nequeunt, nisi cum eis per sedem Apostolicam fuerit dispensatum. ext. de tempo. ordin. capitul. fina. 35. distinctio. primum. 48. distinct. quoniam. 50. dist. illud. & c. miror. 1. quæst. 7. si quis omnem. 6. q. 1. qui crimen. Item non chrismat, seu confirmat, nisi pueros suæ iurisdictionis. ext. de relig. do. cap. 1. Item prohibetur dispensare cū nō ordinato ministrante, vt ad ordines superiores ascendat: ut supra ver. 18. Itē non dispensat, vt aliquis vna & eadem die plures ordines sacros recipiat: sed si susceperit ab alio, non prohibet dispen-
sare

ADDITIONES.

a Periculosum. ¶ De excommunicatione non est verum: vt ibi not. in glo. secus. sed vt super ea scripsi post Hostien. à principio, bene fuerat ibi de excommunicatione prouisum, sed postea sublatū, & hoc excusat Gul. qui deesam fortè non vidit.

b Pontificali. ¶ Quæ habetur de off. deleg. c. 2. lib. 6.

c Priuilegiati. ¶ Adde casum altaris viatici, de priuile. capitul. vltim. libr. 6. & quòd etiam religiosi familiares eorum se possunt eis in offi. io coaptare: vt in clem. de celeb. miss. digum. & adde quod habes in cle. de priuile. capitulo secundo. §. 1. vbi priuilegiantur de celebratione. diuinorum. & benedictione populi in locis exemptis: & vides quòd auctor diuisit hæc priuilegia ab aliis, quæ possunt episcopi: per quod dici posset, quòd quicquid hodie eis licet, quod de iure veteri non licebat, potest inter priuilegia computari: per quod cadit exemplum clem. de foro competen. quamuis. in eo quòd episcopi expulsi sedere possunt in diœcesibus alienis contra expultores, & fautores, & inter subditos: & in eo quod statur assertioni ipsorum in §. sanè. Item in eo quod supplent negligentiam exemptorum, & certas prouisiones faciunt contra illos. de sup. neg. prælato. capitulo primo. non tamen id faciunt iure suo, sed auctoritate Apostolica, cui conueniunt duo iura vetera, duo Sexti, & alia duo Clementinarum: ibi not. super versi. Apostolica. Securitati etiam ipsorum multum prouidit decret. si quis suadente. de pœnis. ¶ Sed studentibus dando meditandi materiam, quæro an beneficium decr. cum in cunctis. de elect. ver. cum uerò. locari debuerit inter prima uel secunda. Quæstio videtur expedita per id, quod dixi post Hostiens. de prębend. de multa. super 3. glos. in princip. qui uocat hoc priuilegium. Si carens apparatu Hostien. mihi non credit, videat in Summa. de electio. §. quo tempore. ver. quid si ante. & in versi. præ. & omnes, qui asserunt hoc in episcopo speciale, satis includunt hoc esse tale. propter hoc scripsi super præ. glos. abbates. ibi non participare. de benedicendis loquor: quia de aliis non esset quæstio. Non enim omnes benedicuntur: vt in Cle. de statu monach. attendentes. §. statuimus. & quod ibi not. ad hoc quod non participent. facit decret. sanè. de priuileg. cum concor. primæ glo. Siue igitur expectetur benedictio, vt in abbate talis sue ordo, vt in archipresbytero sacerdotium: in archidiacono diaconatus, defectus horum, quæ necesse est recipi, non retardat vocationem priorum in habente possessionem: & quoad abbatem satisfacit. 16. q. 1. presbyteros, & satis scripsi super gl. prædicta. ibi vide.

d Gulielmum Na. † ¶ Super decr. at si clerici.

e Io. de Deo. ¶ Vbi de dispensatione episcoporum, in prin.

f In istis. ¶ Et in cle. de ele. ne Romani, in prin.

g Significauit. ¶ Ibi sponte se abscederat. Vide tamen qđ ibi no. in vlt. gl. & ¶ super ea scripsi. Adde ver. item cum infamib. Bal. c. consi. 351. 3. vbi ponit, ¶ clericus tabellio ab officio remotus propter crimen falsi, non potest per episcopum restitui.

h Literas. ¶ Vel quòd quis sit triplex in certa ecclesia: quod dic, vt de consue. capitulo primo. libr. 6. uel quòd monachus habeat administrationem uel officium alterius monasterii: vt in proprio plures prioratus uel curatas ecclesias. quod dic ut de præbend. cum singula. libr. 6. ¶ Adde, de monacho, quæ scripsit Petr. de Ancha. consil. 56. Et an episcopus possit dispensare in duabus ecclesijs curatis: dic quòd sic, secundum Federic. consil. 11. qui refert Innocen. & Hostiens. ita tenere: & illud uerum, si sint paupertimæ. Item potest episcopus dispensare, ut quis obtineat archipresbyteratum & canonicatum in eadem ecclesia, si necessitas uel utilitas ecclesiæ subsit, vel maxima prærogatiua personæ ita, prout consuluit Fe. de cōsti. 206. incip. Reuerende pater.

sare cum illo. prohibetur etiam dispensare cum ordinatore & ordinato ext tempora sta: uta: quæ dic vt s. ti. 1 §. nunc ostendendũ. ver. 52. & ver. 53. & cũ illo, qui ex quatuor tpa, uel alias illicite ordinatus est, & ante dispensationem obtentam ministrat. argu. 52. dist. sollicitudo & ar. ex. de sacr. non ite c. 1. Alij dicunt, q̃ episcopus potest dispensare cum tali. 9 q. secunda. Lugdunensis. extrà, de temp. ordi. consultationi. nisi interdicta esset ei ab homine excutio, uel ab eo suspensus esset: & postea celebraret: argu. eo. titu. cum quidam, & c literas. & c. dilectus. in fi. §. iuxta. post uer. nun
27 quid ergo. ibi, quidam tamen dicunt q̃. † ¶ Item vbi papa, vel alius de ipsius mandato aliquem suspendit, nullus ꝫ ipsius sententiam potest dispensare, vel eam relaxare. 21. dist. inferior. extra, de
a maio. & obedien. cum inferior. arg. contrà. §. versi. 156. [a] Item nõ dispensat cum ordinato sine dispensatione, qui canonicum habebat impedimentum. 81. dist. si quis sine examinatione. Item cum religioso vel plebano leges vel Phisicam audiente §. tit. 1 §. nunc ostendendum uer. 86 Item vt uni ecclesiæ duo æqualiter præsint. 21. q 2. c. pe. quia hæc res monstruosa esset. ex. de off. ord c quoniam in plerisq; Item cum suspenso in pcilio pp. inordinatã collationem beneficiorum, in quo casu solus papa, & 4. principales patriarchæ dispẽsant: vt ext. de præb graue. in fi. ¶ Item generaliter non dispensat in his, q̃ sedi Apostolicę in priuilegium speciale reseruant, in quib. papa solus dispensat: vt ext. de consangui. & affini. non debet. & c quod dilectio. 35 q. 3. quod scripsi quæ no. in præ §. nunc ostendendum. nec in his, in quibus papa dispensare non potest. quæ no j. §. nunc breuiter. ¶ Verum vt tanta opinionum diuersitas ad concordiam reuocetur quoniam promptũ est iura iurib. pcordare. C. de inoff. do. l. vnica. & ar. extra, de rest. spo. literas. & 29. dist. per totum, & extr. de deci. c. 1. dici potest, q̃ in adulterio, & in his, quę sunt illo minora, põ semper episcopus dispensare, nisi expresse prohibitum inueniatur: vt in præ. decr. ar. si clerici. §. de adulterijs. Et sic potest intelligi opi. Io. & suorũ sequacium, & iura pro parte illa inducta: in maioribus. verò adulterio nunquam dispensare potest, nisi vbi inuenitur expresse concessũ: vt s. §. dispensatio ver. scias. & sic potest locum habere opin. Gof. Vin. & Papæ & aliorum: & hoc puto simpliciter esse uerum, & aperte probatur de pœ. dist. 6. c. 1. in fi. vbi dicitur. q̃ pontifex nõ cogitur suos sacerdotes semper abij cere, nec mox restituere, nisi statutum fuerit a Romano pontifice. Vel dici potest, non licere episcopo dispensare in faciendo: vt uidelicet aliquid faciat ꝫ canones, nisi vbi hoc ei à iure permittit: vt in præ. decre. dilectus. ex. de const. c. p. 1. & nisi contraria consuetudine & præscripta sit eis derogatum. ut ext. de consu. c. fi 4. dist. in istis temporibus §. leges.
28 11. q 1. quicunque. & c sequen. †¶ Consuetudo enim facit dispẽsationem valere, quæ alias non valeret. ar. ext. de cele. miss. pernitiosus. cum suis pcor. & er. ext. de transa. c. fin. & j §. sunt quoque. ver. 2 Et sic intelligi potest opi Gof. & Papæ. & sequacium suorum. Super eo autem, quod iam factum est, dispensare põt. ut tolleretur, nisi prohibeatur: vt in præ. decr. nuper. ar. ad hoc. 22. q. 5. hoc videtur. & sic ꝑt locum habere opi. Io. & Vin. idem est in his, quæ omissa sunt. ut ext. de sac. vnc c. vnico. & de sacr. non ite c. j. & 2. Potest & aliter distingui secundum magistrum P. de Sampso. quondam nostrum canonicum Narbon. Nam refert, an uelit episcopus dispensare contra canones, qui non inducunt irregularitatem: an vero ꝫ illos, qui eam inducunt. In primo casu dicit hoc sic non licere: uerbi gratia: Canones prohibent aliquem una die ad plures sacros ordines promoueri: & hoc non est propter irregularitatem, sed ut temporum interstitia à canonib. diffinita seruentur. in hoc enim casu episcopus dispensare non potest, cũ huiusmodi dispensatio ei a canone minime sit permissa: ut in d. c. dilectus. Item prohibetur episcopus de ecclesia ad ecclesiam transire sine licentia domini Papæ: & hoc non est propter irregularitatem, sed quia dominus Papa hoc sibi in speciale priuilegium reseruauit: vt ext. de transla. episc. cap. 1. unde in hoc casu archiepiscopus cum suffraganeo dispensare non potest. ut ibi. & eod. titu. inter corporalia. nec etiam legatus: ut ext. de off. lega. quod translationem Sed contra hoc facit. Nam prohibitum est beneficium cum cura conferri patienti defectum in ætate, uel in ordinib. sed si fiat, nulla sequitur ex hoc irregularitas: & tũc potest per episcopum dispensari: ut ext. de æta. & qualita indecorum. & ca. præterea. [b] Si autem uelit episcopus dispensare contra canones, qui irregularitatem inducunt: dicit subdistinguendum esse. Nam aut irregularitas prouenit ex defectu, aut ex delicto. si prouenit ex defectu, ut quia contraxit quis cum: uidua, uel corrupta, uel habuit duas uxores, uel alias effectus est bigamus: tunc, ut dicit, episcopus dispensare non potest: ut ext. de biga. super eo. & c. nuper. Sed contra. Nam dispensat quandoq; cum mutilato. ext. de corpo. uiti. cap. 1. & cum patiente defectum in ordinibus. ext. de ætate. & qualitate. tuam. & tamen hæc est irregularitas prouenies ex defectu. 51. dist. qui in aliquo. Si verò proueniat ex delicto, iterum subdistinguitur, quia aut ex proprio, aut ex alieno. Si ex proprio, potest, vt dicit episcopus dispensare in adulterio, & in aliis quæ sunt minora: ut in præ. dec. at si clerici. non autem in maioribus, nisi vbi hoc inuenitur expressum: ut §. quia ex quo concedit de minoribus, negatur per consequens de maioribus. 25. distinc. qualis. ext de præsum. nonne de transl. c. 2. §. sed neque. uersi. & quod non est. Sed certe quandoque potest in maioribus, & quandoq; prohibetur in minorib. Si autem ex alieno, tunc ut dicit, episcopus potest dispẽsare in maiorib. criminib. quam sit adulterium: vt patet in crimine simon'e. j. q. 5 c j. & fi. q̃ est maius adulterio: vt ext. de simo. tanta. & c. licet Heli. & c. per tuas. Si. n. alliquis tuus amicus te ignorante per pecuniam tibi beneficium acquirit, uel te ad ordines præsentat, potest episcopus post tuam liberam relignationem tecum dispensare: quamuis in dignitate taliter acquisita dispensare non possit, vt 1. q. 5 c. 1. & fi. ext. de ele. c. pe Sed contrà: quia filius presbyteri ob delictum patris, & non suum, punit. 56. distin. nasci. & tamen cum tali non dispensat episcopus: vt ext. de fil. presby. c. fi & c. 1 ¶ Sed quæritur, secundum eum, quare episcopus dispensat contra canones irregularitatem inducentes, & non contra alios: cum potius videatur contrarium esse dicendum? Respon. in canonibus irregularitatem inducentibus, ideo dispensat episcopus, quia tempore dispensationis cessat causa cõstitutionis. Criminosus enim non prohibetur promoueri, nisi ꝓpter crimen, quod commisit: sed causa eius constitutionis cessat post pœnitentiam ab eo peractam: ut 50. dist. ferrum. & c. domino sancto. ibi: age pœnitentiam & prima opera fac. de pœ. dist. 1. miror autem. Vnde meritò potest episcopus dispensare: quia cessante causa, cessat constitutio: vt 9. quæst. 1. ordinationes. ubi dicitur. Quamuis autem misericordiæ intuitu, magnaq; necessitate cogente hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus: nullum tamen præiudicium sacris canonibus fieri volumus, sed obtineant proprium robur: & cessante necessitate, illud quoque cesset, quod factum est pro necessitate, ad idem ext. de app. cum cessante 1. q. 7. quod pro remedio. Sed in canonibus, qui non inducunt irregularitatem, nunquam potest ratio constitutionis cessare. Et ideo nec constitutio cessare potest: ut 1. q. 7. & si illa. Nunquam enim cessare potest causa illa, quæ prohibet episcopum transferri sine licentia papæ: quia illa est speciale priuilegiũ Apostolicæ sedis, ut dixi Priuilegia enim semper durant: vt 25. q. 2. c. j. & 2. & 50 dist. c. quicunq; el 2. Sed nunquid cum clerico ꝺ demnato põ episcopus dispensare? De hoc. s. ti. 1 §. nunc ostendendum. ver. 9. ¶ Sed cum eps dispenset circa ætatem & ordines, & circa filios sacerdotum, quo ad ordines, & circa corpore uitiatos, & in adulterio, & minorib. criminib. & in plurib. aliis vt s. patet, quare non eodem modo dispensat cum defectum patientibus? Resp. quia crimina per pœnitentiam abolentur: vt 2 q. 3. Euphemium. § hinc colligitur. irregularitas uero nõ tollitur: vt 26. dist. acutius. & c. deinde. Item irregularitas ex delicto prouenies ex accidẽti est: sed proueniens ex uitio originis est naturalis Ad hoc Insti. de
c iu. natu. gen & ci §. sed naturalia. secundum Goff. [c] †¶ Sed pone,
29 clericus accusatus probato crimine contra ipsum ante sententiæ prolationem probat de illo crimine pœnitentiam egisse: & iõpetit secum p episcopum dispensari: quritur vtrum eps accusatore inuito secũ poterit dispẽsare? De hoc j. de abol. & pur. §. 1. uer.
d sed cũ. [d] ¶ Sed nunqd cum accusatore deficiẽte in ꝓbatione poterit eꝫ dispensare? Rñ. non. quia ille non egit pœnitentiam de calumnia, quæ ꝫ ipsum presumitur, vt dixi. unde secum dispensari non dẽt. 24. q. 2 legatur. extr. de iud at si clerici. ad fi. a contrario sensu. Sed secus est in accusato probante pœnitentiam se egisse, vt dixi. ar. bonum. 50. dist. si quis presbyter. & c. si quis diaconus. Claudicare ergo uidetur hoc iudicium contra iura. extr. de excecum inter. sed non est ita, vt dixi & iũge hic qđ no. j. § postremo.
30 ver. hoc ẽt nota. †¶ Sed nũquid potest episcopus, uel legatus delatere cum excommunicato uel interdicto celebrante dispensare? Videtur quod sic, si monitus velit abstinere: vt 11. q. 3. de illis. extra, de cleric. excom. minist. clerici. ibi. n. non retinet papa sibi
e specialiter dispensationem. [e] Præterea legatus gerit vices domini papæ: vt d. §. nunc ostendendum. versi. legatus igitur. & obsoluit excommunicatos, quorum absolutio sedi Apostolicæ reseruat: vt §§. nunc dicamus. uer. circa. Sed dic q̃ nec episcopus, nec legatus, nec etiam synodus, dispensare potest cum excõicato maiori excom-

ADDITIONES.

a Versi. 156. ¶ Ibi remissionem dedi, per quam soluitur hoc contrarium.

b Præterea. ¶ Vide s. uer. 53.

dudum. Dicendo enim se dicta beneficia canonice fuisse assequutum, mentitus est: quod facere non debuit. ext. vt eccle. bene ca. vnico. Iustum ergo est, vt dum mentiendo voluit vsurpare quod suum non est, perdat etiam q̃ suum est: vt 8. q. 1. §. quia ergo. prope fin. versi. ut autem. & C. finium regun. l. si constiterit. Sed dico, q̃ sibi non nocet: quia q̃ dixit se canonice assequutum: intelligitur sic, id est, per cum qui sibi potuit conferre. [a] Defectum autẽ, qui est in hoc, q̃ ipsa beneficia simul retinere non potest, papa remouet, dum indulget ei, q̃ ea possit licite retinere. & sic non obstat præ. Decre. dudum. quia ibi papa non remouit defectum huiusmodi super obtẽtis, ut dixi. Dominus meus uero dixit, [b] quòd vix aliqua indulgentia sufficiens inuenitur: quia in eis beneficia non specificantur: vt s. uersi. proxi. sed semper apponitur clausula illa, quæ te asseris [c] canonice assequutum: q̃ est impossibile: ut probatur in præ. Decre. dudum. § insuper. † ¶ Item quia tales indulgentiæ sunt contra intentionem domini papæ: qui non intendit in tot beneficiis dispensare: unde non ualet, ut ibi. Debent ergo specificari beneficia plura obtenta: aliter non ualet, ut dixi. Et nisi intelligas uerbum canonice, prout iam s. dixi: imo si quis in dispensatione habeat beneficium, quantumcunque simplex & modicum, non ualet dispensatio, [d] & remanet ineligibilis. Vnde uidemus cassari per dominum Clementem IIII. lumen iuris, electionem Compostellani electi, pro eo solo: quia in indulgentia sua non fiebat mentio de quibusdam præstimoniis, quę tempore impetratę indulgẽtię obtinebat: non obstante q̃ diceretur à multis, q̃ huiusmodi præstimonia nomine beneficii ecclesiastici non erant censenda: cum in sola temporalitate consistere videantur. [e] Tunc etiam dixit idem dominus Clemens, q̃ quantumcunque impetrans habilis sit, si tamẽ supprimit uel exprimit, quo expresso uel suppresso princeps moueri potuit ad petitionem gratiæ repellandam, & literam, & gratiam subreptitiam iudicabit ¶ Hinc est, q̃ si habens præposituram impetrat, q̃ sibi liceat alium personatum habere, & simul cum prepositura retinere, tacens de cura animarũ, quam præpositura habet, non ualet dispensatio s. uersi. proxi. nec etiam alium personatum cum cura poterit cum primo, etiam si primum curam non habeat, licite retinere. [f] Et est ratio: quia in personatu cum cura duo sunt impedimenta. Vnũ, quia personatus est, de quo idem iudicium est, q̃ de beneficio curam animarum habente: ut in præ. Decre. dudum. Aliud, quia curam habet: ut extr. de præben. de multa. si ergo impetrat quis, q̃ sibi liceat duos personatus tenere, nulla facta mentione de cura, unum impedimentum est sublatum, scilicet quia personatus sunt: aliud uero, scilicet, de cura remanet. Si enim de duabus seruitutibus una remittatur, altera remanet: vt ff. de serui. urba. præd. si domus tua. argu. extr. de usu pal. ex tuarum ext. de priuil. pastoralis. 16 † ¶ Sed opponitur, personatus maior est, quam cura. Vnde si dispensatum est in maiori per consequens in simili, uel minori. arg. ext. de deci. ex parte. 2. & qui fil. sint leg per uenerabilem. 1. respõ. ff. de regu. iur. non debet. 12. quæst. 1. præcipimus. Sed dic, q̃ hoc arg fallit in priuilegiis & dispensationibus. argu. extr. de priuil. sanè. quod prosequere secundum dominum meum. ut not. de rescript. postulasti. [g] ¶ Quid si habens plura beneficia minus canonice, obtinet quod sibi liceat recipere, & habere plura beneficia, nulla de obtentis habita mentione? Respond. licet dispensatio nihil ualeat, quoad priora beneficia, ualet tamen quoad futura, si [h] ea licite quæsierit, secundum papam. [h] argument. contra, suprà, i uersi. sed nunquid nocet. † ¶ Sed quid si in dispensatione dicitur, Indulgemus, ut tibi liceat personatum unum recipere, & simul cum obtentis beneficiis retinere: & prius habuit unum beneficium canonice, & aliud minus canonice? Respon. bona est dispensatio: quia per eam potest obtenta prius licite retinere cum quæsito de nouo. s. uersi. proxi. ¶ Quid si habens ecclesiam cum cura, obtinuit indulgẽtiam, ut sibi liceat aliud beneficium etiam si sit personatus similem curam non habens, si ei conferatur, recipere, & cum priori tenere: demum cõfertur ei archidiaconatus: nunquid poterit illum cum priori ecclesia retinere? Videtur qđ sic: quia cura archidiaconatus non est similis, imo dissimilis curæ ecclesiæ. extr. qui fil. sint legiti. per uenerabilem. §. uerum. Sed dic contra. Nam dissimilitudo ista ad genus, non ad species refertur. [k] De hoc dicam ext. de offi. ord. in consti. Greg. 10 ordinarii. §. fi. [k] ¶ Item si aliquis obtinuit dispensationem super duob beneficiis cum cura obtinendis: quæritur de quibus intelligitur? Respond. de his, quæ primo post obtentam indulgentiam obtinebit: & si illa, uel aliquod eorum dimiserit, non licebit ei ex vi indulgentiæ alia, uel aliud loco dimissi recipere sine noua dispensatione. arg. ff. de lega 3. fideicommissa §. si quis decem. ff. de cond. & demon. l. hęc cõditio si & l. conditio si. ff. de uer. sig. boues §. 1. Huiusmodi. n. indulgentiæ tanquam ambitiosæ, restringendæ sunt, vt dixi. arg. contra, q̃ liceat ei aliud loco dimissi recipere. extra. de uoto. magnæ §. cum igitur uer. ex hoc attendentes. & de testi. significauerunt. Alii aliter dicunt. [l] † ¶ Quid si indulgetur alicui, q̃ possit [m] plures ecclesias licite tenere, nunquid intelligitur secum dispensatum esse, vt in nentra teneatur residere? Videtur quod sic: alioquin indulgentia inutilis uideretur. Et hoc uidetur sentire Ioan. prout not. 7. quæst. 1. si quis in clerico. imo indulgentia hoc principaliter concedere uidetur. Illa enim uidetur causa prohibitionis, q̃ quis nequeat plures habere ecclesias. quia nõ põt in utraq; personaliter residere, & per se curam illarũ agere: ut extra, de cleri. non resi. quia nonnulli. & ca relatum. Tu dic q̃ talis indulgentia non liberat eum, quin teneatur in earum altera residere, nisi hoc [m] expresse in ea dicatur. [m] Nam ambitiosa est: & ideo restringẽda. extra. de præben. quia intantum. & c. fe. clericus enim nunquam debet ab ecclesia abesse: ut 91. distin. Eleutherius. & capit seq. 92. distin. cap. fi. Habens igitur talem indulgentiam. de consilio meo nunc resideat in hac ecclesia, nũc in alia: vt sic utrique satisfaciat, ut ex indulgentia lucrum reportet. argu. in præ. capitu. si quis in clerico.

ADDITIONES.

a Conferre. ¶ Pone q̃ papa cõcesit cuidam episcopo ut cum tribus clericis suę diœcesis habentib. beneficia curata, siue dignitates, siue personatum possit dispẽsare super aliis beneficiis uel dignitatibus etiam curatis si eis canonice deferantur: an authoritate eiusmodi indulgentiæ ipse episcopus possit dispensare eum uno suæ diœcesis, qui nullum beneficium habeat, vt duo beneficia curata si sibi canonicę deferantur, possit licite retinere? Archi. tenet q̃ non potest, in c. non potest. de præb. lib. 6. Adde, Pone q̃ quis habens duas ecclesias obtinet à papa q̃ ei liceat tertiã obtinere si ei canonice deferatur, non obstante q̃ habeat duas alias: an per hoc uideatur cum eo dispensatum super primis duabus quas iniuste detinebat. Archi. de hoc in c. non potest. de præben. libr. 6. ubi dicit quod non nisi dicat liceat tibi cum obtentis tertiam obtinere.

b Dixit. ¶ In præ. decre. dudum. 2. ubi uide in gloss. dicunt Inno. & Hostien.

c Asseris. ¶ Hic solet interseri, alias, scilicet, præter pluralitatis uitium.

d Dispensatio. ¶ Vt de præb. non potest. 1. respon. lib. 6. in prædicto. Hic deficit additio Ioannis And. Tu dic, quod Inno. in c. dudum. el 2. dicit ita pronunciatum contra præpositum Argentinum.

e Videantur. ¶ Hoc plenius scripsi post Hostien. in Decr postulasti. ad quam in fi. remittam, ubi ad hanc allegationem plene respondetur. Et facit quod scripsi de elect. c. 1. lib. 6. super verbo, canonis. Datur etiã præstimoniis etymologia, quasi præstent munium uel ministerium, ad id autem quod dicitur, q̃ non arctant ad residentiam, & q̃ fructus recipiuntur in absentia, respondetur q̃ in multis beneficiis hæc duo cõtingunt. Vnde per hoc non excusatur subreptitia gratia & faciunt verba Clementis, quæ statim auctor subdit ad iudicandum gratiam subreptitiam, quæ sic continent, non obstante, q̃ canonicatum & præbendam cum certis præstimoniis, vel præstimonialibus portionibus in tali ecclesia noscitur obtinere: & potissime cũ præstimonia non sint de ecclesia, in qua canonicatum obtinet: sed extr. hoc. j. reasumã. Item, quia duplex odium versatur in his literis: primum commune, vt in Decre. quamuis. prima. de præb. lib. 6. secundum plurale, eodem titu. quia antantũ, & de electionibus. dudum. 2. & eius augmentum odium auget. Facit constitutio, execrabilis. Fieri ergo debuit illarum expressio: vt præsidens posset super his certificatus congrue dispensare, vel distribuere: vt dixi de præb. de multa. in fi. Et si fatearis, sub tali generalitate posse decem includi, æquè 20. & 30. & plura. Infinitas autem, etiam in literis iusticiæ. est odiosa. de rescrip. c. 2. lib. 6. Bene igitur expressit clericis de off. ord. c. 2. q̃ facienda est mẽtio specialis. Quod s. dixi, potissime prædicta procedere, quando præstimonia non sunt de ecclesia, sed de extra: dictum est, quia quibusdam uidetur, quod quando præstimonia sunt in una ecclesia, in qua plures per unum de cõsuetudine possint haberi, illa pluralitas habeatur pro uno. arg. ff. arb. fur. cæsa. si gemma. & uidetur quoddam commodum uel stipendium canonico deputatum potius quam beneficium, uel saltem unicum stipẽdium, de quo loqui potest. C. de execu. rei iud. l. stipendia. ff. de re in. commodis præmiorum: & quia cõsuetudo ecclesiæ facit multitudinem talium non inimicam canonis, non uidetur de illis, vt de beneficiis iudicandum: de præben. quia intantũ. & capitu. cum iam dudum. tene certum. ¶ Adde, quod appellatione beneficij ecclesiastici non ueniat præstimonium, tenet Abbas eius consi. 47. 2. lib. & in quantum subdit, q̃ si habens præposituram, impetrat, q̃ sibi liceat alium personatum habere & retinere simul cum præpositura, tacẽs de cura animarum, quam habet præpositura, non ualet dispensatio. Ad de Abba. consi. 38. 2. lib. in princ. An autem motus proprius tollat omnes istas subreptiones, uide Petr. de Anch. consi. 37. & uerba Ioan. And. hic uide per Old. consi. 140.

f Retinere. ¶ Hodie declaratum est per prædicta uerba etiam si in litera dispensationis adiecta sit clausula, prouiso q̃ animarum cura, si qua illis imminet, nullatenus negligatur; vt in cle. d e præb. c. 1. 1. respon. ubi etiam notationem quæ sequitur.

g Postulasti. ¶ Ibi plene videas super ver. vicaria.

h Papam. ¶ In Decre. dudum. §. super. ver. canonice. Adde, q̃ Inno. in c. dudum. el. 2. de ele. dicit fuisse pronunciatum contra præpositum Argentinũ, cum quo fuerat dispẽsatum, vt præter obtenta posset beneficium curatum recipere, & licite retinere: vt per hæc uerba non intelligatur dispensatio facta circa obtẽta, ut illa possint simul retineri, & obtineri cum præpositura, debet enim secundum ipsum intelligi illa dictio, Præter, ut fiet exclusiue.

i Nocet. Huic contrario standum est per Decr. non potest. de præb. lib. 6. conjunctam cum Decr. eo. tit. cum qui. ut ubi not. in fi. 4. glo.

k §. fi. ¶ Lib. 6 Et uide hoc plenius eod. lib. de præben. non potest. §. 1. in glo. pone habens. & quod super ea scripsi.

l Dicunt. ¶ Expeditum est, quod de primis intelligitur, de præben. non potest. lib. 6. §. 1. ad idem cle. eo. tit. si plures.

m Dicatur. ¶ Et disputando terminauit dominus meus, q̃ episcopus, qui dispensauit cum canonico suo, ut possit et habere curatã ecclesiã, poterit eum cogere ad residẽdum in curata, licet in absentia nihil ex canonia percipiat.

clerico. de conse. distinctio. 1. si quis etiam. & de conse. distinctio. 193. episcopus. & uide j. uersicu. sed quid si indulgentia † ¶ Quid
a si papa dat potestatem alicui, [a] q̄ dispenset cum aliquo, uel cum
b aliquibus super pluralitate beneficiorum. Respon. [b] ille potest di
spensare solum cum sublimi, vel literata persona. Nam ius dicit
cum tali esse dispensandum: vt extr. de præben. de multa. in fin. &
potestas huiusmodi ad ius est referenda: vt extra, de consuetud.
cum dilecti. & de rescri. causam quæ. Secus si ipse papa dispenset
de cuius factis disputare non licet. Sacrilegij enim crimen est, di
sputare vtrum dignus sit, quem princeps approbauerit. vt C. de
crim. sacrileg. l. 2. C. de diuer. rescrip. l. sacril affatus. ext. de æta. &
qua. eam te. 17. q. 4. si quis suadẽte. § qui autem. & c. seq. Ipse enim
potest de iure supra ius dispensare. ext. de concess. præben. propo
c suit. in fin. Alij dicunt, [c] q̄ etiam cum non sublimi, & cum non li-
terato poterit dispensare, s̄ § nũc de episcoporum. versi. 37. quia
beneficium principis est largissime interpretandum: vt ext. de do-
na. cum dilectus & præcipuè, vbi non conceditur ad instantiam
eius, cui beneficium confertur, secundum ea quæ not. secundum
papam, extra, de præ. c. fi. Ego dico, q̄ si in indulgentia dicitur, q̄
dispenset cum vno, aut pluribus, nullius expresso nomine, vera
est prima sententia: si vero in ea exprimitur nomen eius, cum
quo dispensandum est: tunc obtinet secunda sententia, præser-
tim vbi mandatur simpliciter, q̄ dispenset certo modo, seu con-
ditione non adiectis. Nam tunc habet obedire & exequi, non de
idoneitate personæ, pro qua mandatum recipit, disputare: vt in
præ. coneor. & extr. de offi. deleg. pastoralis §. quia vero. argu. ta-
men pro eo extr. de rescript. si quando & c. cum adeo. Quid si is,
cui mandatum vel concessum est, q̄ dispenset cum aliquibus, di-
spensauit cum vno: nunquid per hoc est potestas eius perpetua-
ta, ita q̄ post mortem mandatoris possit cũ alijs dispensare? Re-
spon. obtinuit q̄ non. argument. contra in his quæ no. s̄. titu. 1. §.
d finitur. ver. pone ergo. [d] † ¶ Sed nunquid, si in indulgentia de plu
20 rib. beneficijs obtinendis contineatur clausula illa: Dummodo
in beneficio, in quo non resederit, faciat idoneè deseruiri. extra,
e de off. ordin in constit. Greg. 10. ordinarij, [e] nunquid sin ō obser-
uauerit hunc modum, seu conditionem valet dispensatio, & be-
neficiorum collatio, & receptio? Respon. valet nihilominus: cō-
ditio enim non fuisset apposita dationi indulgentiæ, & receptio
ni beneficij: imo q̄ dixit, dummodo, non habet vim conditionis
sed potius monitionis: quæ licet non fuisset apposita, nihilomi-
f nus est seruanda. [f] argu. ff. de tutel. muto. sine comminationis: vt
C. commina. episto. vel program. per totum, & nota. secundum
papam extr. de præsum. c. fin. poterit tamen priuari propter negli
gentiam: ut ext. de cleri. non resi. ex tuæ. & c. relatum j. ver. quid
si dispensatur. & s̄. ver. qd si indulgetur. Quid si habens duos per-
sonatus canonice ex Apostolica indulgentia, recipit tertium sine
dispensatione: queritur quis de primis duobus vacet: & an vacet
vterq; an neuter? Et videtur esse in volũtate principis, quem de
primis duobus retinebit. ff. de excu. tut. l. si duas. Imo videtur esse
in optione recipientis, quod retinere malit. extr. de præb. præte-
rea. & c. referẽte. Potest dici, q̄ cum prima duo habita loco vnius
propter indulgentiam habeãtur, vacat vtrunque extra. de præb.
de multa. præsertim cum indulgentia de pluralitate beneficiorũ,
& ipsa pluralitas odiosa sit: vt s̄. & odiosum priuilegium de facili
perditur, prout not. extra. de constit. cum accessissent. & de decr.
suggestum. Nec obstat præ. l. si duas. ff. de excus. tut. nam licet non
debeat quis pluribus tutelis grauari: non tamen per receptionem
vnius tutelæ vacat prius obtenta, quod contingit in beneficiis. Itẽ
g Decr. preterea & referẽte. corrigitur per Decr. de multa. g † ¶ Sed
21 nunquid habens plura beneficia cum cura sine dispensatione, im-
peditur eligi ad minora beneficia: puta ad archidiaconatum, vel
præbendam, & similia: sicut impeditur propter hoc eligi ad ma-
iorem dignitatem: vt in præ. Decre. dudum. Et dicunt quidam q̄
non: cum hoc non inueniatur iure cautum: & quia maior perfe-
ctio requiritur in electio in episcopum: imo collatio beneficij fa
cta criminoso, puta adultero, tenet: dum tamen non sit alias irre-
gularis: vt extra, de excessib. prælatorum. inter dilectos. & argu.
extra. de cle. excom. mi. capitu. fin. Sed videtur verius, quod de ri-
gore iuris impediatur: si hoc in iudicium deducatur. extra. de præ
bend. cum iamdudum. in fin. Nam est violator canonis. extra. de
cleri. non resi. quia nonnulli. ac vt canonum violator debet deiici
etiam ab obtento. extra, de maiorit. & obed. en. cap. 2. 25. questio.
h 1. violatores. [h] Sed an episcopus poterit dispensare cum tali, vt
eligi possit ad huiusmodi minora beneficia? Et videtur quod nõ.
Cum enim dispensare nequeat, vt quis plura talia beneficia reti-
ucre possit, vt in præd cap. dudum. & c. de multa. in fi. multomi-
nus tollere poterit irregularitatẽ ex hoc sequutam. Quidam ta-
men contra. argu. pro eis, extra. de sent. excomm. c. nuper. nam &
in multis maioribus quã hoc sit, dispẽsare poterit. extra. de iud. at
si clerici. & s̄. § nunc de episcoporum. versicul. de his igitur. & se-
quent. Ad hoc etiam bene facit, quod ibi not. in versiculo, 161.
22 quoad episcopatum autem dispensare non potest. † ¶ Sed po-
ne, quo [i] aliquis male tenuit beneficium, puta, quia minus cano-
nice institutus: vel quia dispensatio, quam habuit, non fuit suffi-
ciens: postmodum impetrat indulgentiam, quod beneficium il-
lud licite valeat retinere: de perceptis exinde fructibus nulla pe-
nitus habita mentione: nunquid remanet iste ineligibilis? notat
dominus meus extra, de rescrip. postulasti. & in præced Decret.
dudum. §. insuper. quod sic, pro eo quod fur, & latro, & ambitio-
sus fuit, fructus ad eum non pertinentes percipiendo. argumen.
in capitul dudum. respon. 1. Necesse est ergo fieri in indulgentia
de fructibus mentionem: vel dic purgatum esse vitiũ illud. Nam
concesso, sibi, quod beneficium illud possit licite retinere, vide-
tur sibi dominus papa per consequens concessisse fructus perce-
ptos: cum sit factus verus prælatus. Vnde nomine ecclesiæ monit-
er sibi collatæ suos facit tanquam nouus successor, & verus præ-
latus. decima quæstio. secunda. si quis episcopus. 12. quæstion 2.
de laicis. extra. de testa. relatum. 2. versicu. vbi autem. vnde non
nisi sibi ipsi restituere tenetur: vt extra. de offic. ordina. cum vos.
in fin. & de præbend. dilectos § fin. quasi per canonicam adeptio-
nem prælaturæ actio confundatur: sicut & per additionem hæredi
tatis: vt C. de hæredita. actio. vt debitum & l. sequent. Dominus
meus tamen hoc non admittit, nisi per veram pœnitentiam fac-
i rit satisfactum: quod non placet, propter rationes prædictas. [i]
23 † ¶ Quid si dispensatur cum aliquo, vt sibi liceat plures perso-na-
tus recipere, si sibi canonice conferantur: ipse vero eos recipiat
non canonice? Respon. licet peccet, & contra eum procedi pos-
sit, eo quia illos male tenet: non tamen quia plures tenet. Vnde
papa not. in præalleg. cap. dudum. quod dispensatio non vitiatur
propter multitudinem beneficiorum: licet quis peccet eam mul-
tiplicando? propter quod est puniendus. vel eius electio cassan-
da: & non propter hoc, quia plura beneficia curam animarũ ha-
bentia receperit. Quod ex eo apparet, quia si dimitteret priora
beneficia, vno excepto, & post dispensationem obtentam aliud
recipiat, ambo licite retineret. contra hoc tamen facit quod nō.
24 s̄. versic. Item si aliquis obtinuit † ¶ Porrò dominus meus no in
præalleg. §. insuper. quod insufficiens dispensatio, & stylus non
conferat beneficium retinendi: obstat tamen ordinario, ne talem
priuet secundo beneficio: dum tamen in dispensatione continea
tur: quod possit primum cum secundo retinere, nõ obstante con
stitutione concilij generalis, vt ita & si non in vtroque operetur,
saltem quoad secundum: vt videlicet eo sine papæ licentia non
priuetur. argument. extrà, de confirmat. vti. vel inuti. capitul. 1. &
2. qui

ADDITIONES.

a Alicui. ¶ Aduerte. quia non dicit episcopo, quo casu procederet primum dictum sequendo vltimam opi. positam s̄. ver. sed nunquid episcopus. quasi episcopo concessum videatur id solum, quod non poterat. Sed cum de epi scopo non formetur quæstio, mirandum videtur, quod dispensationem fa-uorabiliorem, quæ respicit necessitatem & vtilitatem ecclesiæ, facere non possit: & facere possit minus fauorabilem. quod patet ex ibi not. concesso autem quod facere possit dispensationem necessariam, vel vtilem ecclesiæ, satis placet Guil. distinctio, vbi solũ imminet fauor personæ, per iura quæ allegat.

b Respon. ¶ Secundum Inno. in glo. super verb. canonice. superius allegata,

c Dicunt. ¶ Vt ibi recitat Compo. Adde, quod Abb. in cap. dudum. col. 2. in fi. dicit putare, quod virtute dictæ gratiæ non possit episcopus dispensare nisi cum causa rationabili: quia hoc importat verbum dispensare: vt not. glo. 1. quæst. 7. requiritis. §. nisi rigor. hoc dicit Inno. in cap. cum ad monasterium. de statu regu. quod in casibus in quibus episcopis permittitur dispensatio, facta sine rationabili causa est nulla: vel saltem venit irritanda: & ipse epi-scopus punitndus est: quia vbi non subest rationabilis causa, dicitur dissi-patio.

d Ergo. ¶ Tu distingue, vt dixi de fil. presby. in glo. nunquid. an fuerit litera commissionis de certis personis: an litera gratiæ factæ dispensare debenti. Item primo casu, an fecerit actum omni dispensationi fiendæ communem, vel specialem tantum. ibi vide.

e Ordinarij. ¶ Lib. 6.

f Seruanda. ¶ Facit præ. c. ordinarij. ver. prouideat. lib. 6.

g Nulla. ¶ Ad literam fuerunt hæc verba Compost. in Decr. de elect. dudum. 2. ad fi. expedit um est, quod omnia vacant per cle. de præben. si plures. & ibi piene not. an valeat collatio vltimi, in gloss. si intelligas.

h Violatores. ¶ Vide hæc verba, quæ fuerunt ad literam Compost. quæ scri-psi in Decr. dudum. 2. in 1. gl. & ut ibi dixi in fi. hodie per constit. Io excera-bilis. uer. qui vero. deinceps sunt inhabiles ad quæcunque beneficia, per q̄ etiam solũtur, quod hic sequitur.

i Prædictas. ¶ Iuxta doctrinam datam supra, uer. sed nunquid nocet. uide tur remedium primum dictum. Expertus enim fui cum papa Ioan. quod cum mihi iudicasset cuiusdam mei scholaris titulum, remissionem præto ritorum fructuum facere noluit, nisi ea conditione, q̄ ipsorum dimidia in-tra certum tempus suæ cameræ solueretur. Posset tamen transire dictum Guli. si conuerteret illos in utilitatem ecclesiæ. Absit enim quod successor illius reciperet iuris fructum: imo reciperet ut debitum ecclesiæ ex malefi-cio recipientis. further, ut dictum est supra, bene facit. de simo. audiuimus. in fin. cum concor. ultimæ glossæ.

§.qui tamen alias priuaretur, si vtrumque contenderet retinere: vt extra, de præben. de multa. re spon. 1. primum autē in casu conferre poterit tanquam vacans: vt in c. 1. §. & si vltra. quia quantū ad illud parum, aut nihil dispensatio operatur. Quid iuris sit circa dispensationē illegitimorum & irregularium, quantū ad ecclesiastica beneficia obtinenda, no. j. §. postremo. † ¶ In summa no. q; si habēs plures ecclesias, vel personatus in termino sibi per ordinarium assignato, non ostendit dispensationem, poterit ordinarius eas conferre. Vbi autem dubitatur, † vtrum dispensatio sit sufficiens, domini papę est cognitio: sed si sufficiens dispensatio ostenditur, ordinarius prouidere debet, ne illa beneficia debitis obsequiis defraudentur. Hæc leguntur in constitut. Grego. X. de offi. ord. cap. ordinarij. [a] & si illas habet in diuersis episcopatibus, vterque episcopus poterit ei terminum statuere s. dictum, prout ibi not. [b]

ADDITIONES.

a Ordinarij. ¶ Lib. 6.
b No. ¶ Ibi vide in glo. ad quos.

Effectus Dispensationis quis sit.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus dispensans cum criminoso simpliciter, an intelligatur in susciendis, vel susceptis ordinibus.*
2 *Dispensans in cum illegitimo vt possit fieri clericus, quomodo intelligatur.*
Priuilegium odiosum semper est restringendum.
3 *Dispensatus vt ad aliquem ordinem promoueri valeat, intelligitur de minoribus ordinibus dispensatus.*
4 *Dispensatio facta in aliquo, non est intelligenda facta in alio.*
5 *Dispensat o facta quo ad ordines & beneficium, quomodo intelligatur.*
6 *Dispensatio cum aliquo facta ne defectus natalium obstet in retentione diguitatum ecclesiasticarum, an intelligitur de epistopatu. & nu. 7.*
8 *Infamis ipso iure, vel per sniam condemnatus, licet eum sustineat episcopus, non tamen accusationē instituere pōt, nec admittitur in testem, &c.*
9 *Legitimatus per episcopum, an effugiat obiectionem illegitimę natiuitatis.*
10 *Legitimatus a iudice seculari, nō intelligitur in spiritualibus legitimatus.*
11 *Episcopus an dispensare possit quo ad successionem.*
12 *Cessante causa, etiam cessare debet quod dispensatiue statutum fuit.*
13 *Irregularis & ineligibilis si sit electus, confirmatus, vel consecratus in episcopum, quomodo cum eo potest per superiorem dispensari, etiam ipsis electoribus non vocatis.*
14 *Sententia, quæ misericordiam vetat, fugienda est.*
Misericordia est omnibus proposita, tanquam perfectæ forma virtutis.
15 *Misericordia nemini est claudēda, nullique peccanti impunitas relaxanda.*

11. §. Postremo loco dicendum est, quis sit dispensationis effectus. Et certe vt ea obtenta, ecclesiastica sacramenta & beneficia dignè & licitè recipi possint. Nullus enim in mortali constitutus promoueri debet regulariter, nisi pœnitentia iam peracta 40. dist. multi. 25. dist. illud. 11. q. 3. audi. Item effectus est, vt iam promotus ea obtenta suum officium licite exequatur: quod non potest, ex quo mortaliter peccauit, nisi post pœnitentiam obtinuerit dispensationem: quia suspensus est, quantum ad se. 2. q. 7. secuti sunt. §. quia ergo. Item est effectus, vt beneficium, quod alias licite retineri nō potest, ea obtenta licite valeat retineri extra, de cle coniug. diuersis, & de cle. pereg cap. fin. extra, de sup. negl. præl. literas. Item effectus est, vt super crimine publico, super quo publice dispensatum est, non possit quis vlterius accusari. extra, de fil. presb. ex tua. extra, de accusde his. Si verò dispensatū fuerit in occulto, bene adhoc poterit accusari: quia etiam post pœnitentiam accusari potest. 33. q. 2. admonere. extra. de tempo. ord. c. fi de hoc no j. de abol. & purg.

1 versi. porrò. † ¶ Sed nunquid episcopus simpliciter dispensando cum aliquo criminoso, iuxta ea quæ dicta sunt s. § nūc de episcoporum. ver. verū. & seq. intelligitur in susceptis & susciendis ordinibus, & in habitis & habendis beneficijs dispensasse? Respon. sic. Nam in beneficijs ampla est interpretatio facienda. extra, de

2 dona. cum dilectus extra, de priu. quia circa. † ¶ Quid si dispensatur cum aliquo illegitimo, quod valeat fieri clericus? Dic, quod intelligitur dispensatum esse cum eo, vt ad minores ordines tantum valeat promoueri. De hoc not. extr. de fil. presbyter. literas. Quid si dispensatū est, vt ad ordines valeat promoueri? Resp. de minoribus tantum ordinibus intelligendum esse. argu. 24. distin. lector. ff. de le. 3. nummis. Priuilegium enim tale, cū sit odiosum, restringendum est: vt ff. de liber. & posthu. cum quidam. extra, de consan. & affin. quod dilectio. extra, de transa. c. fin. ad fi. Generaliter enim dispensationes, cum sint contra ius commune, restringendæ sunt. arg. de pœ. dist. 1. pœnæ. argu. tamen contra, quod lar

3 gè sit tale beneficium interpretandum. ff. de constit. prin. l. fi. extr. de dona. cum dilecti. 12. q. 1. duo. Sed hæc cōtraria loquuntur in indulgentiis, quæ non sunt contra ius commune, vel in alterius

a præiudicium. [a] † ¶ Quid si dispensatum sit cum aliquo, vt ad ali-

3 quem ordinem valeat promoueri? Respon non ideo intelligitur

b cum eo esse incertis ordinibus dispēsatum. [b] ar, 34. dist. lector. 12. distin. nos consuetudinem. ubi de hoc. 50. dist. quicunque pœnitētes. 13. quæst. ulti. c. 1. & 2. arg. C. de sen. pas & restit. l. 3. Potest n. ali quis habere minorem honorem, qui non potest habere maiorē. ff. de interdic. & releg. l relegatorum. §. fin. & quis dignus est minori, non tamen maiori. ut argu. extra, de electi. scriptum est. Sic etiam licet dispensetur mecum in uno matrimonio contrahen-

c do, [c] non tamen in sequenti: ut legitur & not. 33. q. 2. anti qui. & 36. quæst. 2. si autem. Quid si de gradatus, & beneficio suo per sententiam priuatus, dispensatiuè restitutus est ad ordinem & eius executionem: nunquid per consequens restitutus est ad beneficium? Respon. non. Nam de portatus ex indulgentia principis restitutus ad dignitatem, nō est per hoc restitutus ad bona: ut ff. de sen. pas & resti. l. 2 nisi generaliter restitutus sit ad ordines, & honores, & cætera bona. ut ibi. & C. cod. l. 1 quæ est. 2. q. 3. c. si quem. §. notandum. in fi. cum suis concor. & eo. titu. l. 2. & arg. ff. de ser-

d ruit. prēd. Attilicinus. in fi. [d] Quid si dispensatum est cum aliquo solum, quoad ordines? Et dicit papa, quod episcopus poterit tali beneficium simplex conferre: sed non cum cura, nisi in dispensatione contineatur expresse. Et sic de consuetudine obtinere videtur? Dic quod non, propter rationem proxime dictam. nam & si mecum dispensatur in aliquo, non ob hoc intelligitur esse in

e alio dispensatum, ut dixi. Quidam tamen dicunt, [e] quod ubi per

f priuilegium nulli fit præiudicium, uel modicum sit: [f] tunc late interpretabitur. arg. extra, de deci. ad audientiam. & de uerbo. significat. olim. Sed tamen interpretatio non excedit metas iurisdictio-

g nis interpretātis §. ff. de iurisdi. om. iud. l. fin. Vbi uero sit enorme præiudiciū, est inter pretatio restringenda. extra, de priuil. c. porrò. & c. recipimus de deci. suggestum. de uerbor. signifi. quid per

5 nouale. † ¶ Sed quid si cum tali dispensatum est: quoad ordines

h & beneficium: nunquid potest habere canonicatum, [h] uel ecclesiam parochialem? Respon. nō: si per episcopum uel archiepiscopum dispensatio facta fuerit extra, de fil. presbyt. c. fi. & extra, de præben. cum olim. Si uero per papam, intelligitur dispensatum etiam in præbenda. extra, de præben. pro illorum. extra, de æta. &

i quali. accepimus §. final. & etiam in ecclesia parochiali, non ta-

k men collegiata. [i] extra, de præben capitu. fin. secundum Goffr. [k]

† ¶ Quid

ADDITIONES.

a Præiudicium. ¶ Vide quod plene scripsi de ver. sig. olim. super vlt. gl.

b Dispensatum. ¶ Hoc intellige de maiorib. & q; sic intellexit, patet p sequētia. hoc dico iquia licet scripserim post Host. de resc. postulasti. in magna gl. ad fi. q; in dispensationib. odiosis non arguitur de pari ad parē, uel de maiori ad minus: illud tñ, ubi dicit, non habet locum in clausis. unde dispensatio ac diaconatum bene includet subdiaconatum & minores, sed non sacerdotium. Maxime etiam procedit illud in diuersis specieb. quæ connexitatē nō habent. Hoc dico pp id, q; sequit j. ver. 2. non ob. prædictæ doctrinæ Host. qui fi. sint legi. per uenerabilem. in prin. quia æque posses opponere de regula utriusq; iuris, cui licet. li. 6. cum concor. dat enim Host. casum exceptum a regula, l. dispensationes odiosas, quę dispensationes contra ius commune fiunt: vt §. eo, § dispensatio. in prin.

c Contrahendo. ¶ Super certo vel expresso. & vide quod scripsi de præb. nō potest. lib. 6 super ver. in primis. post prin. ¶ Adde versi. seq. q; deportatus ēt restitutus ad bona nō intelligitur restitutus ad bona alienata ob priuatā utilitatem: secus si ob publicam, sm Bar. in l. quicunq;. C. de fid. instr. & iur. hast. fis. lib. 10. & ita dicit Alex. reperisse consultum per collegium Florētinū, Adde do. Iasin l. sed si hæc. §. liberos. ff. de in ius voc. ubi in 3. no. an deportatus restitutus recuperet id quod erat quæsitum alteri. Hen. Ferranda.

d In fi. ¶ Ad hoc dictum & sequens facit quod scripsi de fil. presbyt. c. 1. in fi, & eo tit. c. 1. super glo. hoc intelligo. lib. 6.

e Dicunt. ¶ Sic ponit etiam Goff. & Host.

f Fit. ¶ Vt in casu nostro quicquid colloretur, tex. est Decr. j. in fi. de fil. presb. lib. 6. q; hæ dispensationes sunt restringendæ.

g Interpretantis. ¶ Si dicas, id est, concedentis, cuius est interpretari, de sen. exc. inter alia. tunc est planum.

h Canonicatum. ¶ Goff. dixit personatum, vt j. dicam,

i Collegiata. ¶ Dixit Goff. cui per electionem prouidetur de rectore.

k Goff. In summa de fil. presby. in ulti. col. vbi ponit ēt quæstionem præcedētem. Et scias, q; Host. ponens hunc ver. in eo. titu. ulti. col. attribuit hunc ēt Gof. tamē Gof. vbi in principio qōnis dicit canonicatū, dixerat personatū: puto q; Host. mutauit propter id quod submisit Gof. de præb. De canonicatu autem non procederet, secundum opi. Arch. qui tenet, episcopum dispētu autem non procederet, secundum opi. Arch. qui tenet, episcopum dispēsare posse etiam in canonicatu ecclesię cathedralis, ut scripsi de fil. presby. c. 1. super gl. intelligo. Ioan. Mo. contra, ut etiam dicam. j. de fil. presbyt. in fi. patet quod si addid issent Host. & auctor de canonicatu cathedralis eccle siæ, tranſire poterat: sed sic simpliciter dictum non placet, cum sonet in canonicatu ecclesię rur[illegible]s, ep[illegible]opum dispensare non posse: quod nullus asserit.

6 †¶Quid si dispẽsatum est cum aliquo, quod sibi non obstet defectus natalium, uel alius, qui potest honores vel dignitates ecclesiasticas retinere? [a] Dic quod non poterit propter hoc episcopatum obtinere, qui est non solum dignitas, sed est culmen dignitatum: vt extra de præben. uenerabilis. prope fin. Nam dispensationes restringendæ sunt, vt dixi, & argu. ad hoc extr. de elect. innotuit. de præben. cap. fin. argu. tamen contra, extra, qui fil. sint
b legi. per uenerabilem. prope princip. [b] Quid si sit dispensatum super episcopatu? Tu dic quod non intelligitur dispensatum esse super archiepiscopatu. 12. distin. nos consuetudinem. extra. de electio. scriptum. quia qui dignus est minori, non semper est dignus maiori: prout ibi not. Quid si dispensatum est, quod ad omnia spiritualia licite assumatur? Dic quod non poterit in episcopum eligi. Nam in generali obligatione non comprehenduntur, quæ specialiter concessurus esse quis non præsumitur. C. quæ res pigno. obliga. possi. l. 1. Cum ergo hæc dignitas excellens sit inter
7 sequen. 3. quæstio. 6. quamuis, & ca. sequen. † & inueniam ipsum aliarum dignitatum iuribus non comprehendi: ut extra, de concess. præben. dilectus & quia episcopus, summus pontifex, seu sacerdos dicitur: ut de consec. distin. 5. de his 12. quæstio. 3. pontifices. 2. quæstio. 7. accusatio non credo illam sub generali obligatione, seu constitutione comprehendi. argu. extra. de senten. ex-
c communica. quia periculosum. [c] †¶Hoc etiam nota, [d] quod si
s episcopus substineat infamem ipso iure, uel per sententiam con-
d demnatum uel etiam dispenset cum eo, cum tamen dispensare non possit, ut 2. quæstio. 3. Euphemium § hinc colligitur. tamen talis non admitteretur ad accusationem uel testimonium, cum sit infamis: ut s. § iuxta uersi sunt quoque. Sed si episcopus dispenset cũ alio, quam cum infami, talis post dispẽsationem admittitur ad testimonium, & ad accusationem, & ad alios legitimos actus, & in ciuili & in criminali causa, & contra clericos & alios. Nam cum ratione dispensationis possit esse in ordinibus susceptis, & promoueri ad maiores: eadem etiam ratione poterit accusare & testificari in sacerdotes. 2. quæst. 7. episcopi & capit. testes. Argu. tamen contra in præ. Decre. testimonium. ubi dicitur, quòd de crimine condemnatus non admittitur in testimonium in criminali. Sed illud intelligo, ubi dispen-
e satum non est. [e] Videtur tamen, quòd episcopus possit restituere infamem: & per consequens tollere infamiam: ut colligitur 50. distin. domino. uersicu. ergo dum ibi, ignominiam portans, &c. quod uerum est in omni crimine, in quo dispensare potest. nam & Senatus tollit infamiam: vt ff. de postul. l. 1. §. de qua. & ecclesia comparatur Senatui. 10. quæstio. 1. ecclesia. Super hoc autem, licet extra principale propositum, notabis, quod infamia alia est iuris, alia facti, alia canonica: & qualiter utraque tollatur, not 6. quæst. 1. omnes uero & c. illi qui. ¶ Tu uero hoc ex nostra doctrina tenebis, quod secundum canones infamia tripliciter aboletur: primo per integrum restitutionem: & hoc directe per principem, qui solus directe ad famam restituit: ut ff. de postul. l. 1. § cæterum. Indirecte autem, & per consequens etiã per alios iudices, ut in ea. l. § hoc edicto. ¶ Secundò, per dispẽsationem factam ab eo, qui potestatem habet dispensandi, quando uidelicet penam
crimini debitam remittit, ut in præmissis sepius est tactum. ¶ Tertiò per pœnitentiam: & hoc diuersimodè, secundum diuersas opiniones, quæ not. 50 dist. in summa. Patet ergo ex premissis, quod aliud est dispensatio, & aliud est restitutio. ar. tamen cp idem sunt
s. § consequenter. uer. generaliter. Vtrum ecclesiasticus iudex re
stituit aliquem ad famam, not. ỹ. de restitu. in integ. § uidendum.
9 uersic. item iudex. † ¶ Sed aliud quæritur, utrum legitimatus per episcopu mpoterit effugere obiectionem illegitimæ natiuitatis?
f Dixerunt Vin. & Tanc. & Papa, [f] quod sic quoad actus legitimos, scilicet quod possit esse iudex, & testis, & tabellio, & huiusmodi. In paterna autem hæreditate, uel in aliis non intelligitur esse dispensatum: quia sicut nõ potest super hoc iudicare, ut extra, qui fil. sint leg. laror. & c. causam, quæ. ita nec dispensare potest. arg. extra. de paroch. mullus. Et nota quod legitimatus & restitutus famæ, & cum quo dispensatum est in quocunque foro, siue ecclesiastico, siue ciuili, omnia ea facere poterit: super quibus habuit
10 cti, uel fisco, qui debet succedere ab intestato. † Item legitimatus à iudice seculari, nõ intelligitur, quoad ordines legitimatus: quia promoueri ad ordines, non est de iurisdictione iudicis laici. Sed si unus episcopus legitimet aliquem, ille poterit etiam in alia dieceſi promoueri: quia dispensare in ordinibus cum illegitimo, de iurisdictione est cuiusque episcopi: & quod illegitimus promoueatur, in nullius uertitur præiudicium. In alijs autem, in quibus non est necessaria legitimatio, famæ restitutio, uel dispensatio: ut si seruus detur libertati, uel obnoxius nexibus curiæ absoluatur, etiam si laicus hoc faciat: tamen ad ordines redditur aptus. 54. distinctio. c. 1. 2. 3. 4. & 5. Ratio diuersitatis est: quia in his non est
11 aliquod delictum, uel defectus, nec est in prædictis aliqua dispensatio necessaria. † ¶ Alij autem dicunt, quod episcopus dispensare potest, quo ad successionem: & etiam intelligitur dispensatum in hæreditate hoc ipso, quia in ordine dispensatur. ar. extra, qui filij sint legi. per uenerabilem. §. 1. uersicu. præterea etiam. Sed contra ff. de sen. pas. l. 2. & C. eod. l. 2 & 3. Item contra, eod. tit. in insulam. ubi dicitur, quinculo patriæ potestatis exempto, ideo quia filius est in insulam deportatus, si postea ex indulgentia reditus est in paternum solum. & præcedens dignitas restituitur: potestas tamen patria non uidetur repetita. Sed illa nõ tangunt hũc casum. Item contra utramque opinionem uidetur: quia episcopus non habet iurisdictionem in temporalibus. extra. de appel. si
duobus. Sed dic, quod licet non habeat iurisdictionem contentiosam, tamen uoluntariam exercere potest. ff. de offi. proconsul. & lega. l. 2. Item aliqua conceduntur per consequentiam & indirecte, quæ directe non concederentur. 4. q. 3 §. item in criminali.
12 uer. serui. ff. de pact. tutor. de hoc not. 10. dist. c 1. † ¶ In summa not. cp cessante causa, cessare debet, quod dispensatiue statutum fuit: ut 1. q. 7. quod pro remedio. & c. & si illa. & dispensationes, quas extorquet necessitas, cessãte necessitate sunt mutilãdæ: quæ uero regulariter fiunt, non. 9. q. 1. ab excommunicatis. 50 dist. placuit. 7 q. 1. c. mutationes. cp sane intellige, ut uidelicet cp cessante necessitate, simul dispensatio non fiat. Nam dispensatio semel fa-
g cta, non est amplius reuocanda: ut extra, de fil. presbyter. ex tua. g sicut nec iniurię remissio: ut 23. q. 4. si ille. Imò beneficium dicens est esse mansurum. in auth. col. 7. const. quæ de digni. liberat à papo. §. illud quoque. 25. q. 2. quæcunque. & c. non tam nouum. &
h c. institutionis. [h] Arg. tamen contra, cp successor possit reuocare dispensationem à prædecessore factam extra, de cle. non resi. cupen. sed illud de gratia, & ex causa, scilicet propter defectum cle-
i ricorum. [i] ¶ De illo etiã quæritur, an absolutus sit quoad Deum is, cum quo papa sine causa dispensat. de hoc s. §. nunc breuiter. uer. & no. Qualiter autem ciuiliter dispensetur in criminibus per
13 impetrationem abolitionis? Vide ỹ. de aboli. & pur. † ¶ Non est etiam omittendum: quia si irregularis, & ineligibilis electus, confirmatus & consecratus est in episcopum, superior, ad quem hoc pertinet, dispensare potest electoribus, & confirmatore uel alijs non uocatis: & talis habita dispensatione habet canonicũ ingressum, nec poterunt electores uel confirmator amodò resilire. ar. extra. de elect. cum inter canonicos. in fi. & de postul. bone. 2. § fi. de probs. per tuas §. pe. in fi. & de hoc s. § nunc de episcoporum,
14 ad fi. uer. quid si electus. † ¶ Nouissimè notandum est, cp sententia, quæ misericordiam uetat, fugienda est: ut 50. dist. ponderet. in fi. Nam iudicium sine misericordia erit ei, qui misericordiam nõ vult fieri delinquenti: ut 2. q. 7. plerunq; § de his. ultra mediũ 33. q. 4. §. præcepta. Misericordiæ enim communis est usus, & plenitudo est iuris totum: ideo quæ omnibus est proposita perfectæ formaiuris: ut 86. dist. non satis. prope fi. iuxta illud [k] Estote mi-
k sericordes, ut extra, de reg. iur. c. 2. melius est ergo propter misericordiam rationem dare, quam propter crudelitatem, seu ire clementiã: quia ubi pater fami. largus est, dispẽsator nõ debet esse te

nax

ADDITIONES.

a Retinere. ¶ Notant hoc & duo quæ sequuntur Inno. & Hostien. de concess. præben. dilectus, vt ibi scripsi in gloss. not. ex hoc. & aduerte. cp sitæ quæstiones formantur in dispensato non in legitimo: super quo vide quod scripsi, qui fil. sint leg. t. per venerabilem. super gloss. 2. & hæc duo nimis permiscentur, infra, ver. sed illud.

b Principi. ¶ Vbi non ad maiora ampliatur, sed ad minora.

c Periculosum. ¶ Bene facit cle. de pœn. cap. si quis suadente. ad fin. versi. nec super.

d Etiam not. ¶ Secundum Inno. post quem hoc scripsi, de sent. & re iud. cum te. in glo. quæ potest.

e Non est. ¶ Quod hic dicit Host. vide in glo. prædicta.

f Et papa. ¶ Post quem, quod sequitur vsque ad versicu. in summa scripsi, qui fil. sint legit. per venerabilem. super versi. dispensatum. vbi etiam satis tractaui, an habens ab imperio potestatem legitimandi, id facere possit in terris ecclesiæ. ¶ Adde. an papa legitimet in terris imperii, & econtra Impetrator in terris ecclesiæ, Bald. consi. 37. 2. lib. Paul. de Cast. consi. 285. Pet. de Ancha. consi. 321.

g Ex tua. ¶ Item not. de iureiur. & si Christus. in glo. pen.

h Institutionis. ¶ Et de reg. iur. decret. lib. 6.

i Clericorum. ¶ Adde quod ibi no. in vltim. gloss.

k Iuxta illud. ¶ Luc. 6. c. 1.

nax. Nam si Deus benignus est. ut qd sacerdos eius austerus vult apparere? Hæc leguntur 26. quæstio. vlti. allegant. & in prælleg. capitul. non satis. versicul. melius Diuinitatis si quidem natura clemens est pia, & ad indulgendum pronaut de pœn. distinctio. 1. quia diuinitatis. cuius exemplo rectores prouidi ex sua infirmita te aliorum infirma pensantes, lapsos debent per mansuetudinem subleuare: vt 45. distinctio. recedite † Quia nulli claudenda est misericordia, nulli peccati impunitas relaxanda: vt 23. quæst. 4. duo ista. ¶ Hinc est, quod Christus ex magnę pietatis dispensatione cadere Petrum permisit, ut ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma tolerare deberet. 50. distinctio. considerandum. & capitul. sequen. ¶ His igitur auctoritatibus iudicialis informat auctoritas misericordiam seu dispensationem sequi potius, quam rigorem. Ad quod etiam accedit 9. distinct. sane. ff. de pœn. l. interpretatione. extra, de transactio. capitul. finc. Nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gratia affectanda est: sed in leuioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent: in grauioribus vero legum seueritatem cum quodam benignitatis temperamento subsequi debent: ut ff. eod. titul. respiciendum. respon. 1. quia vera iustitia compassionem habet: 45. distinctio. vera. & disciplina destituitur, si sine misericordia teneatur: ut eadistin disciplinam. in princ Ergo prælatos in dispensatione misericordiæ 9 stituit ipsa iustitia debitores: vt 8. § genera: iuxta

a Illud Apostolici: [a] Dispensatio cęlestis seminis nobis iniuncta est: ut 43. distin. dispensatio nam utitur eis Deus in dispensatione. 23. quæst. 4. ecce.

ADDITIO.

a Apostolici. ¶ Scilicet papæ Nicolai, sed Apostolus 1. ad Corinth. 9. dicit, Dispensatio mihi credita est.

¶ Bald. De dispensationibus.

DISPENSATIO est rigoris mitigatio, uel pœnalitatis moderatio, per habeatem auctoritatem facta, suadente utilitate publica, vel alia rationabili æquitate. §. 1. Guli. quam lex ciuilis indulgentiam vocat. Bald. Rigor est stricti iuris seueritas. Aequitas est flectio rigoris ad humaniorem partem. Ius est constitutio rationabilis. Bald. ¶ Dispensatio est præter legem ordinatio aliquali ratione procedens. versicul. not. G. dispensatio hominis proprie loquendo est in libero superioris arbitrio. & si dispensat causa suadente, est gratia gratis facta: si non, est iniuria: tamen nullus que relæ locus est. ff. de aqua quotidia. & æstiu. l. 1. §. permittitur. Nulla enim dispensatio gratiosa habet causam finalem necessitatis, sed fundatur in causa impulsiua. large tamen dispensatio, quæ necessaria & debita est, dicitur dispensatio, ut ætatis miseratio. ff. de minor. l. auxilium. §. fina. & de infam. l. quid ergo. §. pœna grauior. & de inoffic. testamen. l. Papinianus. §. fin. in glo. hoc verbo text. legum raro vtuntur. Bald. ¶ Irregularitas est inhabilitas, impedimentum canonicum obstans promotioni, & deijciens iam promotum, sumens originem ex causa uel culpa non digna. in §. iuxta. per Guliel. & est heut quædam cicatrix Guliel. ¶ Contrahitur irregularitas defectu natalium: quia degeneres homines non sunt ad nobilia & honores euocandi. Effet enim confundere & denigrare ecclesiasticum honorem. si passim viles homines promouerentur. Item contrahitur ex bigamia & est triplex bigamia, in uersicul contrahitur. & versicul. scias. Item ex percussione passiua: vt si quis lepra percutitur, nam leprosi sunt irregulares: & dicit lex, quod debent ab aliorum consortio separari, in Authenti. iusiurandi in fin. Item ex percussione activa, quæ est duplex, scilicet verbalis per capitalis criminis accusationem, & realis ipso facto: ut per homicidium & mutilationem. Item religiosi officiales, & cæteri sunt irregulares quandoque. G. Item contemptores clamium, uiolando interdictum, excommunicationem, vel suspensionem, quæ omnia qualiter sunt intelligenda, vide eo. §. verficul. item nota, quod suspensus. cum multis nersicul. sequen. & versicul. sed quæritur. quando complures. & versicu. sequen vbi omnino uideas, ubi aperitur mul tarum Decretalium intellectus. ¶ Habens plura beneficia cum cura, uel plures personatus sine dispensatione, irregularis est, secundum Innocentium veficul. hoc sciendum, G. ¶ Abbas per irregularitatem à prælatione non remouetur. secundum Innocent. de tempor. ordina capitul. tua. secundum Innocent. eod. versicul. ¶ De dispensatione episcoporum eis permissa, uel prohibita, & de auctoritate episcop. §. nunc. de episcoporum. per totum. G. ¶ Cum illegitime natis, quo ad curam & ordinem sacrum, solus papa dispensat. versicul. curia uero. in fin. §. G. ¶ Qui iurat non alienare sine licentia episcopi, potest alienare cum licentia legati. §. consequenter. versicul. penulti. G. si in eo episcopatu gerit legationem, non si alibi. Quam potestatem habet papa, in §. nunc breuiter. Quam quatuor patriarchæ. §. sunt quoque. G. nunquid superior uidetur dispensare eo ipso. quod scienter aliquid facit. in §. qualiter versicul. dicunt autem. & versicul. nunquid. Et dicit, quod non: quia dispensatio debet fieri expresse, & potest probari dispensatio per testes & per instrumentum. Non obstat. ff. de re iudica. l. quidam consulebant. in fi. quia ibi in principe. G. Secus autem in inferiore. ¶ Item illud propter publicam utilitatem ut l. Barbarius. ff. de offic. prætor. Si tamen fit mutatio pœnæ, an uideatur hoc ipso dispensatum super infamia: vide j. de seor. §. sed quid si per haeresim. ¶ An lite pendente naleat dispensatio, uerficul. sed uidetur. G. & ff. si quis cau. l. qui autem. ¶ Semper probationes, & dicta testium in odiosis sunt interpretanda in meliorem partem, verficul. in summa. ¶ Quando in pluralitate beneficiorum possit dispensari, & quando plura beneficia possint simul teneri, in §. uidendum. per totū. An per clausulam, Non obstante, inducatur dispensatio super pluralitate beneficiorum. uer. quid si propter. & tenet q sic. G. ¶ An præstimonia nomine beneficij ecclesiastici contineantur, in uersi. unde uidimus. sub uer. quid si indulgetur. G. Quis sit effectus dispensationis, legitimationis & restitutionis famæ, in §. postremo. per totum. G.

De officio ordinarij, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius index quis dicatur.*
Diffinitio ordinarij in quibus locum habeat.
2 *Officiales episcoporum ordinarij censentur, ubi eis causarum uniuersitas est commissa.*
3 *Auditores generales palatij domini papæ, an possint dici ordinarij.*
4 *Prælatus quilibet per electionem receptus, est ordinarius.*
5 *Archidiaconus non dicitur ordinariam iurisdictionem habere, quia episcopi licentiam requirit.*
6 *Legatus ordinariam habet iurisdictionem: & an morte mandatoris expiret eius potestas.*
7 *Patronus non habet iurisdictionem inter libertos.*

a VIDEAMVS quis dicatur ordinarius iudex, Quis eum constituat, Quod sit eius officium, Quis possit esse ordinarius. [a]

p dum tamen non fiat malitiosè,ut in præd.c pastoralis. P & idẽ puto in actore,uocato. Sed quid si alter arbitrorum infirmat, & sic
negotium

ADDITIONES.

a Potest. ¶ Hic puncta:alias deficeret solutio quæstionis, quæ tamen non placet: nec video quare sit recedendum a verbis tex. in hoc casu. Si ergo conuenire volunt,assumant cõmuniter vnum vel plures,prout placet, vt sequitur alias quælibet pars vnum tantum, vt dicit littera Facit Decre. præ. de elect. lib.6.per quam tamen dico q possem plures nominare vel eligere ad finẽ, vt ille solus,qui acceptaretur, vel qui gratior esset iudici, vel parti, cognosceret.Ad mat riam facit quod no.de cle.ægro.pastoralis.in gl hanc literam.& quod scripsi de off.del.cum te.in prin.

b Simile. ¶ Pondo. quòd in scrutatoribus numerus trium non sit de substantia.

c Loci. ¶ In Decretal.suspicionis.dicebat de ipso iudice,qui recusatur.

d Latoi. ¶ Per quam Decr.idem dixerat ipse Gul.Na.

e Esse. ¶ Sup.deleg.dati ad causam principalem non enim intendit seq. opin. Hostiens. ¶ Adde quòd Abb. Sic. in d.capitul.suspicionis impugnat opin. Spec.quod tamen dicit notandum propter eius authoritatem: & quia fundatur super magna æquitate: & pro hoc dici posset,quòd si ex forma statuti debent eligi arbitri: q si discordarent in sententia possunt compelli ad eligendum tertium.

f Dicit. ¶ In Dec.legitima.cuius dictum. quia non placebat,omisi. sed ibi j. no.suppleui.super glo.q si.in fi.quæ glossi.tenet hoc casu appellandum.& per quem,vide super ea.sequens autem dictum fuit Hos.vt ibi patet.

g Committere. ¶ Tene:q non potest committere:sicut nec alius arbiter.s. de arbitris.§.differt.ver.item non potest.2.cum nec sit ordinarius, nec delegatus datus à principe:& dato q committere posset,non tamen deberet committere socio ab altera parte electo.de quo vide s.titul.1.§.sequitur.in prin.

h Innuere. ¶ Decr.suspicionis.non tamen id asserit,sed dicit quosdam id dicere:& ideo id ibi ponere non curaui.

i Recipere. ¶ Sup.& alia facere quæ possunt puri arbitri,nec Dec.e um specialiter dicit eos delegatos,sed ex mandato papæ ad quoddam teneri,quod nõ facit eos iurisdictionem habere. facit s. de resc. cum contingat.sic recitat Innoc.vbi s.

k Excommunicati. ¶ Non intelligas, q in excommunicatum possit compromitti,cum etiam voluntarius arbiter talis esse non possit.vt s.de arb.§.differt.versi.item secundum eum.item non putes,q arbitrum excommunicatum propter alia causam recusatus possit absoluere.& §.6.loquitur in actore,q,nisi absoluat,impeditur processus: quare sæpe prius remissione ad excommunicatorem,delegatus absoluit: sed hic alius potest assumi.& sic non impeditur processus. Gul. ergo Na. formabat quæstionem in arbitris propter contumaciam excommunicatis a recusato: dicens q illos absoluit, & dabit tertium,vel assignabit terminum: vt s.ver.quid si duo. ¶ Adde,an excommunicatus possit esse arbiter an arbitrator. Alex.in l. si quis arbitratu. ff.de ver.oblig.

l Constitutus. ¶ Id est,per hanc decreta.dixit Gul. Na.vbi s. q si arbiter excommunicationem contemnit,iudex reum,de quo præsumitur q sit in causa,excommunicare poterit.

m Aegidius. ¶ In libel.suo,rubrica 26.

n Probandæ. ¶ Quam non habemus in vi.& sic reuocata est: vt in eius proœmio q malitiam rei valebat hæc prouisio:sed non contra malitiam actoris de qua iste versi.loquitur. Idem dico de prouisione illius Dec legitima Sed dic vt tibi in vlt.gl.& super illa gl.exquiro constitutionem contra aliam fraudem,scilicet quando ab arbitris appellatur ad papam,& arbiter appellanti defert.ibi videas.

o Non admittat. ¶ Ipse iudex.

p Pastoralis. ¶ Facit cle.de pœnis.multorum.versi.illis.

negotium plus debito prorogatur? Distingue: quia aut est perpetua infirmitas, aut temporalis: vt extrà, de renũcia. c. 1. 3. q. 9. indicas. de reser. scisitatus. Sed quid si moritur? Respõ. pars illa eligat alium. vt sic procedant. arg. ext. de off. deleg. qm̃ Abbas. Nam superstes solus non potest procedere. eo. tit. vno. & de testa. Raynutius. in prin. Quid si ab eis appelletur? Dic q̃ ad papam appellabi-
a tur, vt no in præd. c. suspicionis. a † ¶ Quid si reus eligit aliquem.
16 puersum & litigiosum, de quo non est spes. q̃ debeat concordare? Dic quod non admittet eum iudex: argum. extra, de syndico. cap. vno. 46. di. §. 1. ext. de elect. venerabilem. §. 1. versi. nunquid. 24. q. 1. alienus. de consec. distinct. 2. qui discordat. imò exigat iu-
17 ramentum de malitia, vt infra, versicu. quid si arbiter. † ¶ Quid si
b recusatione pendente alterutri parti possessio turbatur? Dic p. q̃ iudex hoc prohibebit. arg. extra, de appella. cum teneamur. ff. ne vis fiat ei, qui miss est in possl. 1. 16. q. 4. volumus. ext. de simo. querelam. Nam pendente causa suspicionis, bene retinet iurisdictionem. 8. q. 4. nonne. ext. de accu. olim. in prin. 15. q. vlt. c. fin. & ar præ. Decr. suspicionis. & c. legitima. arg. ext. de app. Romana §. in
c alium. c † ¶ Sed quis prouidebit arbitris in expensis? Videtur q̃
18 proprijs expensis hoc facient. Cum enim cogi possint arbitrium suscipere: vt C. de iudic. apertissimi. & l. final. ergo si quid receperint, vt concussores tenentur restituere. prima quæstione prima, concussiones. vigesimatertia. quæstione prima militare. ad fin. decimaoctaua. distinctio. de eulogiis. Dic quòd non coguntur suis stipendiis militare. duodecima. quæstio. secunda. charitatem. decimatertia. quæstio. secunda. capitulo. primo. extra, de præscript. capitulo cum ex officii. Nec obstat præmissa obiectio: quia & testis cogitur: vt extra de testi. cog. per totum. & tamen ei in expensis à producente prouidetur. 4. quæst. 3. cap. si testes. §. venturis. & 14. q. 5. non sane. sic & hic eis à parte eligente prouidebitur. argument. extra, de offic. ordinarii. inter cætera. vt not. extra, de rescript. dispendia. in fine. & de vi. & hone. cleri. cum ab omni. Sunt enim delegati, vt ext. de app.
d cum speciali. ibi: sciant quia se, &c. d & C. de iudicijs. l. fin. vt extr. de off. deleg. cum R. & ab eis appellatur ad papam: vt ibi. & no. in
e prædi. cap. suspicionis. licet quidam dixerunt eos ordinarios, e eo quòd à lege recipiunt iurisdictionem. ff. de iur. omn. iudi. Et quia
19 fiunt per electionem. 93. distin. legimus. quod falsum est. † ¶ Sed pone, quòd partes non veniũt in termino ab arbitris statuto? Dicunt quidam, quòd recusatus immediate super principali procedet. argu. extra, de præsump. nullus. & quòd statim resumet iurisd. sicut in alijs arbitris. fit. ff. de arb. l. si cum dies. §. pe & l. non ex om-
f nibus. C. eod. l. 2. Mihi videt f q̃ non procedet, donec totus termi-
g nus arbitris ad cognoscendum de causa suspicionis statutus, efflu-
g xerit: vt in d. c. suspicionis. & in c. legitima. § † ¶ Sed pone quòd ar-
20 bitri statuunt diem & locum ad cognoscendum super exceptionib. propositis: sed arbitro actoris veniẽte, arbiter rei venire non curat: demum arbitri remittunt partes ad iudicẽ, q̃ nihil ꝓbatur: nunquid actor petet expensas factas propter aduersarii malitiam Respondeo, sic: extr. de dolo & contuma. actor. lib. 6. ff. de iudic. l. eum quem & habetur ex his quę nota. de dolo & contuma. fi-
h nem. h Quid si non concordant de notario habendo? Dic quòd
i iudex dabit eis non suspectum. i argumen. extr. de appellatio. cum speciali. & de offic. delega. cum R. extr. de foro competen. si quis contra. extr. de offic. iudic. capitulo primo. ff. de offic.
21 procon. nec quicquam. §. final. † ¶ Sed nunquid coram eis dabitur libellus, & fiet litis contestat. & alia? Dic quòd sic: vt patet in his, quæ not. extr. de offic. delegat. prudentiam. §. sexta. Sicut fit etiam in causa appellat. vt nota. infra. de li concept. §. nunc dicendum. ad fin. §. versicu. sed nunquid. Quia hæc duo pariter ambulant. extr. de appellatio. super eo. 2. Quod etiam patet: quia hinc producuntur testes: quod non debet regulariter fieri ante litis contestationem, extr. vt lite non contestat.
k capitul. quoniam. k Sed si hoc ignoranter omittatur, forte nihilominus valet processus, secundum ea quæ not. in præd. §.
l sexta. l Quidam tamen dixerunt non valere argument. extr. de electio. dudum. secunda, & tertia quæstione tertia capitulo, induciæ § offeratur. extra. de lit. contestat. capitulo, vno. Sed & coram veris arbitris bene offertur libellus: quod dic, vt in-
22 fra. de libel. concept. § restat versicul. sed nunquid. † ¶ Sed nunquid coram istis fiet reconuentio? Videtur quòd sic: quia isti sunt iudices: vt in præd. c. cum speciali coram quibus fit reconuẽtio. 5. q. 3 cuius. ext. de rescript. dispendia §. reus. extr. de mut. peti. c. 1. & 2. Sed dic quod non potest ex eo quod dicitur in præ. ca. suspicionis. ne negocium plus debito prorogetur, & solum hic articulus est eis commissus: ut ibi. extr. de appella Romana. §. in alijs lib. 6. Et quia coram arbitris non fit reconuentio. extr. de arbit.
23 cum dilectus. † ¶ Et nunquid possunt esse laici? Dicunt quidam, quòd non imo erunt personæ ecclesiasticæ: m argumen. extra, de offic. deleg. cum te Quia isti habent exercere censuram ecclesiasticam excommunicando testes, & coercendo partes: vt in præ. c. suspicionis: quæ non possunt per laicos fieri, quia nunquã licuit laico anathema dare. 96. dist. c. bene quidem. Excommunicatio enim est mucro episcopalis. 16. quæst. 2. visis. quod satis potest concedi, maxime in causis ecclesiasticis. ext. de iudic. c. decernimus. ext. de constitu. ecclesia. & spiritualibus. ext. de arbit. contingit. Si tamẽ de rebus prophanis inter personas seculares agatur, satis credo quòd possint laici literati esse arbitri: quia possunt expensis & aliis remediis testes cogere, & partes punire. ext. de pœnis calumniam. C. de iudic. l. certi. vel multa indicta. ff. si quis iusdi. non obtem. l. vna. extra. de offic. delega. de causis. vel captis pignoribus. Institut. de satisdat. tuto. §. final. ff. de liber agnoscend. si
24 quis à liberis § si quis ex his. ¶ † Quidam tamen videntur dicere
n quod recusatus compellet testes in causa recusationis. Et hoc expresse dicit constitu. Alexand. IIII. de testibus eo. exhibita. n Sed Ber. & Vincen. & Goffred. dicunt quòd omnia quæ ad articulum causę suspicionis spectant, pertinẽt ad arbitros, scilicet, terminos assignare, testes vocare locum eis statuere, eos compellere & examinare, iuramenta eorum recipere. si falsum dixerint, eos punire, exceptiones in personas, & dicta eorum admittere, & an causa sit sufficiens, vel approbata pronunciare, & deficientem in expensis condemnare. Sed forte hoc vltimum ad iudicem spectat. Et vide suprà § proximo. versicul. sed quis cognoscet. Sed nunquid possunt esse infames? Respond. non, cum sint iudices. ext. de rescrip. scisitatus. 3 quæstio. 7. infames. C. de dig. neque famosis. lib. 12. secus in uiris arbitris: vt not. suprà, de arb. §. potest esse.
25 † ¶ Item pone, quòd arbiter actoris excõmunicat arbitrum rei, vel econtrà: videtur quòd sit habendus ligatus saltem propter dubium. decima. quæstio. tertia. capitulo primo. & capitulo. si episcopus fortè iracundus. extra. de cler. ex mi. illud. Dic contrà: cum in eum nullam habeat iurisdictio. extra de appellat. ad præsentiam. extra. de consue. ad nostram. extra, de iudi. at si. secunda. quæstione prima. in primis. Nec par in parem habet imperium. ext. de elect. innotuit. ff. de arbit. nam magistratus. 21. distinc. infe-
26 rior. † Item quid si arbiter rei excommunicauit iudicem, prout de facto uidi. dicens ei. Tu impedis quo minus procedere possim: & ideo cum omnia, quæ ad hunc articulum spectant, sint mihi concessa, vt in capit. suspicionis. & eod. titu. præterea excommunico te: vt eod. tit. c. 1. & cap. ex literis. nunquid est excommunicatus? Videtur ex præmissis, quòd sic, argument. contrà, quia iste non est sub eo. 21. distinct. inferior. ext. de maior. & obe. cum inferior. Dic quòd si per se uel per suos impediebat, tenet sententia, per Decret. de testi. constitutus. infrà, de senten. excommunic. mulieres.

ADDITIONES.

a Suspicionis. ¶ Et est casus de off. dele. ab arbitris. lib. 6.
b Dic. ¶ Secundum G. N. vbi s.
c In alium. ¶ Superior solutio procedit in ordinario simpliciter, & in delegato, si possessio turbatur per partem, siue turbetur recusanti: quod est communius: siue per recusantem, puta qui conueniebatur vti possidetis. Si verò turbatur per tertium: tunc delegatus se non intromittit, vt in centrario.
d Quia se, &c. ¶ Vide quod dixi suprà ver. sed nunquid arbiter.
e Ordinarios. ¶ Glos. penult. in Decret. suspicionis. dicit eos quasi ordinarios.
f Videtur. ¶ Et Innoc. sic visum est, vt scripsi in Decret. suspicionis. super vlt. glo.
g Legitima. ¶ Facit de ele. commissa. lib. 6. cum concor.
h Finem. ¶ Gulielm. Na hoc eodem titulo. nona & decima quæstione. per eadem iura dixit eum condemnandum. Non obstat, quòd l. final. C. de iudic. & Decret. cum speciali. nil dicant de hac pœna: quia satis est quod alia iura generalia hoc volunt: inter quæ allegat l. omnes. secunda. C. de episcop. & cleri. in fin. & Institutio. de exception. §. hodie. Item etiam l. omissa non omittit religio iudicantis. ff. de testi. l. quæsitum. Id tamen verũ, nisi probabilis causa excusaret recusantem. dicit etiam, quòd hanc condemnationem facere debeant arbitri: qui licet principaliter iudicem pronuncient suspectum vel non: tamen & iudicant consequentia. ff. de procu. ad legatum, & l. ad rem. ext. de don. inter vi. & vxorem. cap. 3. Allegat etiam: q̃ hoc facit, qui de appellatione cognoscit. de app. vt debitus. ergo & cognoscens de recusatione. eo. tit. super eo. 2. Si ergo non condemnauerit, locum habet iste ver.
i Suspectum. ¶ Facit de rescript. statutum. §. assessorem. & §. seqnent. lib. 6.
k Quoniam. ¶ Id verum super principali: sed hic est emergens.
l Sexta. ¶ Vide ad materiam quod scripsi post Innocent. qui filii sunt delator, & quod not. ꝯ. de ord. cog. Communiter seruatur, quod no. suprà. §. proxim. versi. vt autem. scilicet, quòd super exceptione dant arbitri terminum ad probandum. ¶ Adde quæ plenè not. episcopus Alex. in c. literis posita. §. sane. ext. de appellatio.
m Ecclesiasticæ. ¶ Imò si esset vera opinio Hostiens. de qua in princip. huius §. quòd delegato papę recusato, isti arbitri haberent delegatum in negotio principali, oporteret illos esse in dignitate, vel personatu, vel canonicos ecclesiarum cathedralium. per Decret. statutum. de rescript. libr. 6.
n Exhibita. ¶ Reuocata est, quia non est in Sexto.

a res secunda, quæstio. 7. negligere, de resti. spo. cum ad sedem. [a] Sed nunquid excommunicatio iudici opposita probatur coram arbitris? dic quòd sic: quia non debet ipse esse iudex in causa sua. C. ne quis in sua causa iudic. vel ius sibi dic. l. 1. Non enim libenter se excommunicatum pronunciaret: quia sic suam turpitudinem
b allegaret. ext. de diuor. capitu. ex literis. & de app. solicitudinem. [b]
27 ¶ Quid si reus proponit contra iudicem, quod est suspectus, & contra actorem quod erat tempore impetrationis excommuni-
c catus. [c] Videtur primo debere cognosci de excommunicatione: quia ea probata, constat iudicem non recepisse iurisdictionem, quam potest & debet in arbitros exercere: vt in præd. c. suspicionis. & in c legitima. si ergo eam non recepit, eam exercere nō po-
d test. [d] Quidam tamen dicunt primo cognoscendum de suspicione. Nam excommunicatio talis coram iudice probanda est si igitur proposita suspicione contra iudicem, velit probare coram ip-
so dictam excommunicationem, videtur sibi contrarius, & ideo
e non esse audiendus: vt in præd ca solicitudinem. [e] Sufficit tamen reo alteram istarum exceptionum probare, ad enervandam iudi-
28 cis iurisdictionem. vide j. versicu. si alicui. † ¶ Item quid si vnam
f iustam causam suspicionis allegani, [f] quam non potui coram arbi-
g tris probare, sed aliam sufficientem probaui? Vinc. [g] not. extra, de appel. postremo. id sufficere. argu ff. de appel. scio quæsitum. extr. eo. constitutis. Quam opi. non credo veram. Non enim eoram eis debeo proponere causam, quam coram iudice non allegaui: sed eam solam, propter quam ipsum recuso: vt eod. tit. c secundo. & c. cum speciali. de re iud. Abbate sane. §. cæterum. lib. 6. Possibile
h est enim, quod propter illam probatam eum recusare nolebam. [h] Nec ob. præ. Decre. postremo. vbi dicit: vel ex alia iusta causa, &c. quia intelligo quod illa fuerit allegata. Item præ. l. scio. non loquitur de recusatione, sed de appellatione à diffinitiua: in qua nō est necesse causam specialem allegari, secundum ea, quæ not. ext. eo. cum causam. in fin. Item Decre. constitutis, non loquitur in recu-
29 satione, sed cum quis impedit promouendum. † ¶ Item nunquid procedere possunt, & testes recipere die feriato? Argu. quod sic ext. de testi. significauerunt. Dic contra. extr. de feri. conquestus. & ff. de feri. si feriatis. & vide supra, de arbi. §. fin. vers. in forma & seq. Sed dato, quod ob hoc sit cassatus processus, nunquid potuerunt de nouo procedere? Dicunt quidam, quod sic. ext. de accusa. qualiter j. argum. tamen contra. ext. de offic. deleg. in literis. &
i ff. de re iudica. iudex. [i] † ¶ Item nunquid tres productiones testiū
30 fient coram eis, & totidem dilationes. Dic quod sic: cum sint iudices. ext. de testi. ultra. & capit. in causis. ne nimia subtilitas sit partibus damnosa. 2. quæst. 6. anteriorum. ext. de iudic. dilecti. & corā eis testes producentur & reprobabuntur, tanquam coram iudicibus. extra, de testibus. licet. sed & qui prius fuerint inducti corā eis, poterunt produci. extra, eodem. fraternitatis. & capitulo, cū in tua. Item nunquid consanguineus rei potest esse arbiter actore permittente, & econtra? Respon. sic, argumentum 3. q. 5. c. 1. ff. de ritu nupt. non solum §. de vno quia potest quisque renunciare iu-
ri sibi competenti. extr. de resti. spolia. c. 1. de re. licet. Alias autem eo contradicente non posset. extr. de appel. postremo. 3. q. 5. accu-
31 satores. † ¶ Quid si arbiter non vult recipere arbitrium? [k] Credo
k quod sit cogendus. [l] Nam talis arbiter est necessarius. arg. C. de ad
l noc. diuer. iud. sancimus. ante fin. & de app. cum speciali. [m] licet se-
m cus sit in arbitro uoluntario. ff. de arbitris. l. 3. § 1. nisi ubi prius fuerit in mora. ff. eodem. si cum dies. Respon primo. Nam & hoc eis præcipitur in virtute obedientiæ. in præ. ca. cum speciali. si tamen arbiter alleget iustum impedimentum, puta infirmitatis, & huiusmodi, quod notorium est, vel de facili de ipso constare potest, iudex hoc admittere debet, & partem cogere alium eligere. Vel distingue, vt s. uersi. sed quid si alter. Sed & si sit præsumptio contra partem, quod velit tales eligere, ut processus principalis negotij differatur: potest iudex ab ea exigere iuramentum, quod bona fide talem eligat: quia non debeat probationem arbitrij retardare. arg. extr. de elect. cum dilecti. de restit. spoliato. literas. de excep-
n pastoralis. [n] Sed quis coget eos? dic quod delegatus, uel ordinarius, qui recusatur argum. extr. de offic. delega. præterea. & c. prudentiam. §. pen. & fi. quia propter solam exceptionis propositionem, non desinit esse iudex, donec probata sit 1 5. quæstio. vlt. capitu. fina. secundum leges. In hoc erit quasi executor: quia coget mandante præside. vel rectore prouinciæ: vt in præ. l. cum specia-
lis l. & l apertissimi. & extr. de appel. ad hoc & infra & capit. cum
32 à te. ¶ † Quid si hodie proponatur vna causa suspicionis, cras altera, vt sic nullus sit finis? Dic quod delegatus statuet terminum, intra quem omnes proponat: vt supra § prox. in fin. & extunc nō audietur super aliqua, quam non proposuit, nisi de nouo emergat. extr. de excep. pastoralis. secundum ea quæ not. infra, in titu.
o de except. §. nunc videndum. versi. cæterum. Dominus meus [o] no-
p tat, [p] nisi omnes proponat in libello, [P] non audietur dei ceps: quia præsumitur in dolo versari: argumen. extr. de dolo & cont. si
nem. & de cau. pos. & propri. ad vltimum. † ¶ Sed quid si is iudex,
time recusari, causam alij cōmittit, priusquam re-
q cusetur. Not. Goff. q & dom. meus: quod ante recusationem potest committere: & valet commissio, siue sit ordinarius, vt ff. de iur. om. iud. prætor extr. de fo. compe. si quis contra, siue delegatus: arg. extra de rescrip. c. nonnulli. §. cum autem lites. Licet enim recusari possit, nihilominus iurisdictionem recipit, & valet processus coram eo habitus: nisi recusetur, vt extr. de offic. delega. in
sinuante. in fin. supra, versicu. ordinarius. prope fin quod non posset, esse, nisi iurisdictionem recepisset. C. de iurisdom. iud. priuatorum. & l. 1. extra, de foro comp. si diligenti. de offic. deleg. P. & G. & c cum olim. Causa enim suspicionis personam afficit: & non iurisdictionem. argu. ff. de diuer. & temp. præscrip. l. an vitium. 2. quæstio. 1. in primis. ff. vti pos si duo. §. non videor. extr. de offic. vica. Romana. Et vitium personale non egreditur personam delegantis. argum. ff. de excep. l. exceptio. Videtur tamen, quod non valet commissio. Nam exceptio quæ obstat venditori, obstat & emptori. ff. commun. diuid. l. in hoc iudicio. §. si conueniant. ff. de contrahend. empt. doli. §. 1. Item si iurisdictio inefficax erat in delegante, & poterat annullari, ergo & in delegato: quia nullus plus iuris, &c. extr. de dona, inter virum & vxorem. nuper. Sed teneut
non. Goff. sed si iam sit suspicionis exceptio coram eo proposita,
nequit vlterius committere: argumen. præal. Decre. insinuante. in
r fin. [r] † ¶ Sed nunquid is cui causam commisit, poterit recusari?
34 Quæstio est dominicalis 74. & dic quod non, si tota causa, vel simpliciter est sibi commissa, vt in prædictis concordantijs. nisi ex alia causa sit suspectus. Si vero delegatus aliquid de causa sibi reseruauit, potest: cum primus, qui recusabilis est, non desierit esse iudex, secundum Tan. & G. argumen. ff. de offic. proconsul. obseruare. circa fin. imo adhuc potest ad se reseruare iurisdictionem, & cognoscere vtrum subdelegatus sit suspectus: & in primo casu non potest. extr. de offic. delega. super quæstionum. §. 2. & fin. ff. de iudi. l. iudicium. Idem notat papa ext de appel. cum speciali. & Barto. in prædic. capit. super quæ
35 stionum. §. porro. † ¶ Quid si alicui competit recusatio contra iu-
s dicem: & excommunicatio cōtra partem? [s] Dicit dominus meus
in summa

ADDITIONES.

a Sedem. ¶ Non placet hæc solutio: cum ille solus iurisdictionem non habeat, vt dictum est supra versi. quid si moritur. facit etiam versi. supra proxi. bene tamen f. reor culpam dignam excommunicatione, etiam si per alium impediat, & hæc solum probant hic allegata. Quòd autem non posset contra extraneum, nec poterit contra iudicem. Non obstat quod scripsi de offic. delega. si contra vnum. lib. 6. super verbo, non possunt. quia ex duobus datis cum clausula, in euentum clausulæ, alter solus est iudex.

b Solicitudinem. ¶ Vide infra, de excep. §. 2. ver. sed si. plenius scripsi de excep. pia. lib. 6. super §. index. ¶ Adde Bar. in l. quidam consulebat. ff. de re iudic. Imo. & dom. Anto. in c. super literis. extr. de rescrip. contrarium tenentes. vide per episcopum Alex. in capit. secundo requiris. de appel.

c Excommunicatus. ¶ In hoc differt ista quæstio ab illa, ad quam remittit hic in fi. quia illa excommunicatio non contingit rescriptum, sed solum agē tem. Sed salua pace illa debuisset isti coniungi, & præcedere.

d Non potest. ¶ Patet hoc de rescrip. cap. 1 lib. 6.

e Solicitudinem ¶ Vide quod dixi s. §. fi autem. ante fin. & in fi.

f Allegani. ¶ Coram iudice, & scias quòd quæstio quæ ponitur infra versi. quid si hodie. præcedere debuisset istam.

g Probaui? V. nota. ¶ Tan. & Dama. vbi scripsi. ¶ Adde Imolam & Panor. in c. postremo. extr. de appel. dom. Anto. in c. cum contingat. de offic. delega. & in cap. accedens. cl primo. vt lite non contest. sequentes Specul. Quid autem si non expressit causam in recusat. an possit postea? Dic quod causam non expressam potest exprimere, donec arbitri non sunt electi: quia simile videmus in appellatione ab interlocutoria, vt in eadem intra decem dies possit exprimi causa, quia intra illud tempus posset appellari. Et ita tenet Bald. in capit. cum speciali. de apdel. & episcopus Alex. post eum.

h Nolebam. ¶ Facit cle. de appel. appellanti.

i Iudex. ¶ Et hoc verius, etiam si dicantur habere delegatum, & de hoc vide quod not. infra, de sent. prola. §. qualiter. versic. hoc quoque. cum duobus versicu. seq. ubi soluitur contrarium de Decre. qualiter.

k Arbitrium. ¶ Quæstio ista cum duabus seq. fuit Hostien. in Sum. de offi. delega. ubi de recu. §. qualiter.

l Cogendus. ¶ Idem Ber. in Decre. suspicionis. in glo. penul. & Aegi. rub. 26.

m Speciali. ¶ Quod ibi patet in versi. sciantque.

n Pastoralis. ¶ Remissiones dedi supra, §. prox. versicu. quid si præsumptio.

o Dominus meus. ¶ In prin. §. qualiter. in quæst. vltima.

p Libello. ¶ Id est, exceptione quam coram suspecto proposuit, & vide s. versicu. sed nunquid coram.

q Not. Goff. ¶ de appel. postremo. & in Summ. de appel. §. dubitari. & Host. in Sum. de offic. deleg. §. vlt. versicu. quid si iudex. ¶ Adde vt per episcopū Alexandrinum in c. cum speciali. ubi fere totam hanc materiam explicat.

r In fin. ¶ Id verum, nisi de accusatoris assensu. quod dic, vt de offic. delega. iudex. lib. 6. ubi etiam probatur quod habetur in sequen. versic.

f Partem. ¶ Si hoc non contingit iurisdictionem: ut quia iudex est ordinarius impetratus ante excommunicationem, recusatio præcedere debet, dedi remissiones s. §. fit autem, ante fi.

a in summa de off deleg.§. quando [a] debet. quòd delegatus potest cogere recusantem, vt coram ordinario excommunicationem probet:argu.ext.de off.ordi.ca.significauit.& C.de iudi.l.fin. Aut cum aduersario arbitros eligat: qui primo de excommunicatione cognoscant: & secundo de causa suspicionis:& sibi ad hoc faciendum terminum præfigere,intra quem nisi fecerit, electio ad aduersarium deuoluatur.arg.ff.de leg.2. statuliberum.§. Stichum. Vel si id renuat, poterit contra eum tanquam contra contumacem procedere.arg.in prædic,c.suspicionis.& vide versic. quid si
36 reus proponit.infra,de except.§.2.versicul.sed si hoc. †¶Quid si vnus ex tribus delegatis datis cum clausula, quòd si non omnes, &c recusatur vt suspectus.Dicit dom.meus, q̃ coniudices non suspecti de hoc cognoscent: & ex vi clausulæ habent hanc potestatem:argu.extr.de off.deleg cum super abbatia.non ergo tunc arb bitri eligentur.[b] Item nec eligentur, cum subdelegatus à delegato recusatur:quia hoc coram ipso probabitur delegato,vt dixi su c pra,eodem §.recusari.in fi. [c] Sed pone, aliquis conqueritur est papæ,quod episcopus suus eum iniuste excommunicauit. Vnde papa mandat illi episcopo,vt si est ita,reuocet illud: alioquin mandat aliquibus,vt illud reuocent:arg.ext.de referi.c. ab excommunicato. quæritur an episcopus poterit illos recusare? Videtur q̃ non, nisi mandarum excedant: cum certum quid sit eis mandad tum,vt ext de appell nouit.Vincen.contrà.[d] Non enim sunt executores:imo cognitores super interesse, & alijs, vt in præl. capit. ab excommunicato. Item pone,quod unus ex duobus arbitris electis ad cognoscendum de causa suspicionis obijcit.dicit dominus meus episcopum associandum, vt not extr. de rescript. dispendia § fina. [e] Item no. quod vbi causa committitur episcopo e f & alijs, [f] sufficit recusare episcopum ad hoc, ut alij non procedant,ut extr.de offic.deleg.capitu.fin §.idem quoque.& nota se
37 cundum Vincen.extr. vt lite non contesta. accedens. 2.† ¶Hoc etiam nota, quod in notorijs non est locus recusationi, vt extra, g de appel.proposuit.sicut nec appellationi, vt cod. tit. peruenit.[g] argumen. contra 3. quæst. 5. quia suspecti.Sed illud de manifestis, & non notorijs. Vel dic, quod in notoriis potest iudex recusari: quia licet,factum notorium sit, æstimatio tamen est dubia: & in multis potest grauare litigatorem. Secus vbi forte factum notorium est, pro quo certa pœna à lege statuta est, secundum Vincen.[h] In summa not,quod cum agitur de turpitudine,siue de conh ditione iudicis delegati, & causa illa agitur corã arbitro uel alio: iudex recusatus debet iurare de veritate super his coram illo, secundum quosdam.argum.de hoc C.de eden. is autem.in Authẽ. de testib §.1. extr de appel. cum speciali.§. porro. Sed certe hoc i non seruatur,[i] nec videtur fieri debere: quia non debet se prodere,vt infra,in titu.de posit §.2.7.uersicu.19.Et quia quamdiu hoc pendet.pro iudice est habendus,vt supra, versicu. quid si de recusatione. unde iurare non debet: & quia de hoc incidenter agitur: secus forte,si principaliter contra eum ageretur.C de iudi.quo k ties [k] extr.de appel interposita in fin.& iunge hic quod not.j de l excep.§.uiso.uersi.fac à gitur [l].

ADDITIONES.

a Quando.¶ Vltim. versi.ubi plenius quam hic.
b Eligantur.¶ Et sic est approbatum de offi.deleg. si contra vnum.li. 6.& vbi id no Host.ibi no.in 1.gl.
c In fin. ¶ Vide quod ibi dixi.
d Vincent.contra. ¶ Et Compost,vt ibi scripsi super fin. vltimæ glossæ.
e §. fi. ¶ Non recedit ibi in hoc Host. sed addit alium sociandum vel subrogandum.ut in Decr.causam quæ.2. de iudi.& de offic.deleg.:causam quæ.interponebat.q̃ poterat alius impetrari facta mẽtione de processu. de re.iur. inter.& scias q̃ in his uerbis Host.respectum habuit ad opin. suam, quæ habet arbitros debere cognoscere de principali iudice pronunciato suspecto: quæ non placet.vt dixi in prin.huius §.Dic ergo vt §. ver.sed quid si morif. f Aliis ¶ Cum clausula,quod si non omnes,tu frater episcope.aliàs nil in epi scopo speciale.
g Peruenit. ¶ Et c.consuluit.1.& tene quod ibi dixi. ¶ Adde plene in c. cum sp. c li.§.porro.ext.de app.per episcopum Alex.
h Secundum. Vin. ¶ Qui hoc not.in præ.Decr. proposuit. sed de hoc plenius quàm hic,uide Inno super c.cum speciali.in gloss.argue ultra medium.
i Seruatur. ¶ Secundum Vber.de Bob.ubi de aduocato rei.versi. secundum unum.char m hi 9.
k Quoties. ¶ Subdit Vber.est tamen contra iudicem in Authen.de testib.§.j.
l Igitur.¶ Et unde quod not. de excep.c.1.in gl.ex eo quod.

¶Bald. de Recusatione.

ETIAM Coram arbitris iuris, qui eliguntur ex necessitate inducta per legem, non habet locum reconuentio:quod est notabile. G. Nec coram eis potest proponi causa, quæ non est coram iudice allegata, ut §. qualiter autem.uersi.item q̃ si unam.G quod not. pro arbitris statuti communis Perusi, secundum Gul.& non ob.ff.de app.l.scio quia iudex appellationis est iudex totius causæ generalis,ut l.per hanc.C.de temp appel.uide supra.de arbit. §. sed an arbiter. Si in causa suspicionis arbitri sunt discordes, eligitur tertius.non autem deuoluitur ad superiorem,licet sint delegati uersi. item quod si duo.G.

Incipit Partic.II.

¶De Actore.[a] Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Actor in causarum discussionibus semper,& in cunctis prior habetur. Excipitur contra actorem de ætate.*
2 *Sententia in curatorem lata pro pupillo maiore 14. annis, & minore 25. valet:contra eum autem non.*
Pupillo permittitur se deferre.
3 *Pupillus petens a iamenta à tutore,an possit habere curatorem.*
4 *Actor dictus minor habet se maiorem probare.*
5 *Probatio ætatis ex aspectu iudicari potest à iudice,ubi negatiue ab utraque parte probatur.*
6 *Minorem seipsum dicens, si à iudice petat curatorem, an obijci possit contra curatorem*
7 *Pupillus si agat sine curatore,licet postea appareat minor:valet tamẽ sententia pro eo lata,sed non contrà.*
8 *Pupillo actori an possit iudex deferre iuramẽtum ad se minorem probãdũ.*
9 *Minor si sit in iudicio sine curatoris authoritate, quia forte non habet, uel si habet,non dat authoritatem,quid iuris.*
10 *Minor uolens fideiussores dare, uel iurare se ratum habiturum,an ualebit quod cum eo agetur.*
11 *Opponi potest contra actorem,quòd sit prodigus,demens,surdus, mutus, fatuus uel orphanus.*
12 *Masculo luxurioso an dabitur curator.*
13 *Opponi potest actori in quacunque parte litis, quòd est excommunicatus. Excommunicatio minor non repellit ab agendo.*
14 *Opponitur contra actorem,quòd deportatus est,qui non agit,nec suo nomine conuenitur.*
15 *Infamis & à communione fidelium separatus,agere non potest.*
16 *Actori opponitur,quòd est periurus super re,quam petit,aut quòd eam re nunciauit.*
17 *Frangenti fidem fides frangatur eidem.*
Seruus non potest pro se,uel pro alio agere in ciuili aut criminali causa.
18 *Excommunicatus qui non conuenit,sed cõuenitur,similis est seruo,qui non accusat,sed accusatur.*
19 *Contumax uel inobediens iudici, debet ei satisfacere quem contempsit.*
20 *Filiusfamilias non potest agere contra patrem, uel contra eum, in cuius est potestate.*
21 *Edictum de in ius uocando an locum habeat in casu quo discipulus magistrum,uel nouens senem,sine uenia in ius uocat.*
Pater an & quando contra filium possit agere.
22 *Iudicium nullam est,ubi filiusfamilias etiam maior agit, aut conuenitur sine patris consensu.*
23 *Peculium quomodo diuiditur,aut subdiuiditur, & quid ubi filiusfamilias agit de peculio.*
Peculium castrense,& quasi castrense,quid.
24 *Filiusfamilias minor 25 annis,nolens agere de peculio castrensi,an habere debeat curatorem.*
Aduentitium dicitur, quod ex materna successione, uel alia iusta causa prouenit.
25 *Profectitium est quod filiusfamilias de rebus patris acquirit, seu quod ex eis prouenit.*
26 *Filiofamilias in dubio quæsita,an profectitia præsumantur,an aduentitia.*
27 *Filius pupillus obligari non potest,etiam patris consensu.*
28 *Pater an in delictis ciuilibus, aut criminalibus cogatur defendere filium.*
29 *Pater agere potest cum filio ubi filij causa patri alias competit.*
Patris consensus non est in castrensi,uel quasi,necessarius.
30 *Pater nolens consentire filio in casu quo eius consensus necessarius est,potest cogi per iudicem,etiam captis pignoribus.*
31 *Pater an per epistolam uel nuncium, si absens sit,poterit filio agenti consentire.*
32 *Patrem uocari non est necesse in causa filij, ubi conuenitur filius ex causa castrensi.*
33 *Filiusfamilias debet conueniri suo nomine, ubi agitur de aduentitio peculio,in quo pater nihil habet.*
34 *Filiusfamilias an egeat patris consensu, ubi procuratorio nomine pro alio agitur?*
35 *Filiusfamilias si contra patrem agat,habebit curatorem,cuius officium lite finita cessabit.*
36 *Præceptum filiofamilias factum sine patris consensu an teneat.*
37 *Litecontestata cum filiofamilias sine consensu patris, an pater cogetur cõsentire?*
38 *Lis non legitime contestata habetur pro non facta.*
39 *Filiusfamilias an possit facere pacem de morte patris: & quomodo possit obligari sine patris consensu?*
40 *Patris consensus generalis,uel mandatũ generale factũ filio, ut agat,uel se defendat in omnibus,& contra quemlibet,uidetur sufficere ad agẽdũ.*
41 *Tutor debet in qualibet parte litis pupillo authoritatem præstare, sic & pater filio consensum.*

42 *Lex,*

42 Lex, cum non solum, est ad fauorem filijfamilias inductæ & ideo potest illi renunciare.
43 Filius familias si litem contestatus est parte præsente; aduersarius autem ignorans eum patrem habere, nihil opponit quid iuris?
44 Exceptio de non habente patris consensum, quando possit opponi.
45 Filius familias an sine patris consensu possit esse in iudicio in illis casibus, in quibus potest minor sine tutore uel curatore.
46 Pater in rebus filio quæsitis potest per se, vel per procuratorem agere.
47 Patris consensus an sit necessarius in vendicatione rerum à clerico acquisitarum.
48 Excipi potest contra actorem si est monachus, uel canonicus regularis, uel alterius obedientiæ suppositus, vnde non potest nomine suo agere. &c.
49 Abbates, Priores, vel alij quibus administratio concessa est, possunt agere.
50 Monachi qui de abbatis licentia sunt in studio, quo pacto possunt agere, accusare, aut seipsos defendere.
51 Monachus spoliatus, an possit petere restitutionem.
52 Abbas an possit monachum licentiare, vt possessionum alicuius villæ administrationem habeat, aut pro illis agat.
53 Exceptio fieri potest contra fideiussorem agentem, vt à fideiussione liberetur, quod non potest agere prius quam soluat.
54 Litem alienam volens agere, potest repelli, vbi alius est ei præferendus.
55 Turpitudinem suam uel ignauiam allegans repelli debet a iudicio seu actione.
Casus in quibus potest quis sibi propria auctoritate ius dicere.
56 Dominus potest sua propria authoritate colonum non soluentem pensionem tempore statuto eijcere.
57 Spoliatus potest incontinenti bello continuato spoliatorem deijcere.
58 Incendio imminente potest quis domum vicini propria authoritate destruere.
59 Animal in segete inuentum potest capi, & retineri, donec de damno satisfiat.
60 Excipitur contra locatorem, uel commodatorem, si ante vsum completum rem locatam petat.
61 Creditor volens conuenire mandatorem, vel fideiussorem, repellendus est, nisi prius principalem excusserit debitorem.
62 Illustris persona non potest per se agere, sed per procuratorem.
63 Tutor aut curator prohibentur suo nomine, vel suo & pupilli simul actione tutelæ contra tutorem & curatorem experiri.
64 Rector ecclesiæ potest post dimissam ecclesiam repetere fructus sibi tempore regiminis subtractos.
65 Excipitur contra volentem agere actione furti, uel iniuriarum, quod pacto, vel alias remissa est actio: vel quod innocens est criminis obiecti.
66 Excipi potest contra actorem de compensatione, quæ sit liquida, & non multis ambagibus inuoluta.
67 Repellitur ab actione, qui causam non exprimit in libello.
68 Dijectus a possessione fundi uel domus, & proponens pro vna parte fundi interdictum vnde vi, & pro alia actionem rutticariam contra deiectorē, an sit admittendus.
69 Pater si coram iudice filio, vel econtra, experiatur, an teneatur.
70 Repellendus est actor petens causæ restitutionem coram eo, qui tribunali non præest.
71 Filia non est in repetitione dotis audiēda sine patris consensu, nec ecōuerso. Casus plures & speciales, in quibus quis ab actione repellitur.
72 Agentes nomine alieno tenentur docere se legitime ordinatos, antequam admittantur, & nu.° 4.
Actor ignotus, antequam admittatur, debet se talem probare.
73 Exceptiones quæ sint, intentionem agentis, si probatæ sint, perimentes.
75 Clericus ecclesiæ agens vel defendendus ecclesiam, debet primò docere de legitimo mandato.
76 Obiici potest prælato agenti, quòd non habet sui capituli consensum, uel econtra.
77 Episcopi, abbates, & alij prælati, omnesque personæ legitimam administrationem habentes, possunt agere & conueniri sine alterius consensu.
78 Capitulum an possit agere sine prælati consensu.
79 Clericis ecclesiarum conuentualium, aut sacerdotibus capellarum, an sit necessarius episcopi consensus.
80 Agere & conueniri possunt sine alterius consensu, quicunque habent de consuetudine, uel ex constitutione ab episc. uel alio iudice ordinario administrationem.
81 Monachus agere potest pro dignitate & officio, uel obedientia.
82 Canonicus secularis agere potest nomine sui beneficij, uel præbendæ, cuius habet administrationem.
83 Actor excipere potest, quòd non cogitur inuitus agere vel accusare.

§. Expedito

Tractatu de Iudicib. supereſt vt de aliis personis in iudicio necessariis videamus.

1 †Et primò, de his qui suo nomine agunt, vel accusant: vnde prius videndum occurrit de Actore, quàm de Reo. Nam actor in causarum discussionibus prior in cunctis habetur. ipse enim causam instituit ampliare, vt 4. quæst. 4. c. 1. & in iure præponitur: vt extra, de verb. sig. forus § in omni. & naturali consideratione passionē actio præcedit, & responsionem petitio. Videamus igitur quis possit agere. Et quidem omnis qui non prohibetur. Simile. ff. de proc. mutus. ext. de spon. cum locum. Viso ergo qui non possunt agere, sciemus per consequens qui possunt: quia viso vno contrariorum, videtur & reliquum. ff. de his qui sui vel alien. iu. sunt. l. 1. 88. distinctio. eijciens. palea est. Supponamus ergo quæ possunt excipi contra eum. Et quidem excipitur contra actorem de ætate. Super quo dic, ꝙ aut est minor. 14. aut maior. Si minor excipitur contra eum, ꝙ est pupillus. vel infans, qui non potest agere, vel accusare, vel conuenire: sed tutor eius. C. qui legit. pers. stan. in iu. ha. l. 1. & 2. ff. de adminis. tuto. l. 1. C. de autho. præsta. l clarum. ext. de appella ex parte. & iunge quod est ꝫ. in tit. de arbi. §. restat. ver. seruus. & sequen. & ꝫ. de primo & secundo Decr. §. restat. & ver. sed pone ꝙ pupilli. Admittitur tamen in casibus, qui non in figura iudicii intentantur, vt in bonorum possessione petenda C. qui admi. ad bonorum possess. l. bonorum quidem. & l. 1. C. de iure deli. si infanti. in fi. & in interdicto de libero homine exhi. ff. de li. ho. exhi. l. 3. §. sed & si mulier. Et in populari actione, si commodum spectet ad pupillum. ff. de popul. act. l multi. & in delatione. Nam pupillo permittitur se deferre ex quibus causis non capit. ff. de iure fis. l. ait diuus. in fine. & in iudicio momentaneæ possessionis, quod potest per quamlibet personam exerceri. C. qui legi. per
b so. stan. in iudi. ha. l. fi. b C. si per vim, uel alio modo. l. 1. qd Bar. intelligit in ꝓximo pubertati, qui omne negotiū rectè agit. Inst. de inuti. stip. §. pupillo. Secus, secūdum eum, in infante vel proximo infantiæ, qui nullo modo potest esse in iudicio: tamē sententia lata tenet, secundū Vber. ne litigantes principis auctoritate decipiā
c tur. C. de his qui ve. æta. impetra. l. 1. c Sed nunquid tunc potest iurare?

ADDITIONES.

a Sciendum est, ꝙ Summistæ Azo, Goff. & Host. huius ti. materiam tractauerunt super ti. de iudiciis per hunc modum dicendo, ꝙ iudicium est legitimus actus trium personarum, iudicis, actoris, & rei; tractant de his tribus. Et primò de iudicib. quomodo sunt multæ personę, ex quibus vt iudicibus non potest constare iudicium, & de his vidimus, vt dicit hic auctor in prin. Sunt etiam multæ, ex quibus, vt actoribus, & reis constare non potest: & de his in hac rub & seq. Azo igitur de actore primò, & statim post de reo tractauit ipse. T. post prin. ver. in persona verò agentis, & demum in ti. qui legit. perso. habent stan. in iudicio. & ibi incipit a minore, vt hic auctor. Goffr. idem de iud. ver. item ex defectu actoris. Host. e. tit. §. 3. ver. item attendenda est. Bagarotus pag. 1. lib. 6. ver. nunc de ciuilibus pulchrius, sed non tam bene tractauit. Et miror, ꝙ auctor ipsum non fuit in diuisione secutus, ex quo eū vidit. quem alleg. ꝫ. ver sed quid si dubitatur, &c. ver. item illustris. ꝓ quod suspicor, ꝙ ipsum viderit post hanc materiam ordinatam. Dixit enim ampliando verba Azonis; qui aliquid tetigerat in prę. titul. de iudic. quod in ciuilibus agens solo nomine repellitur. Primò, ratione sui. Secundò ratione aduersarii. Tertiò, ratione iudicis. Quartò, ratione causæ. Quinto, consideratione sui & aduersarii. Sextò, ratione sui & iudicis. Septimò, ratione iudicis & aduersarii. Octauò, ratione iudicis & causæ. Nono, ratione causæ & aduersarii. Decimò, ratione modi vel ordinis. Vndecimò, ratione loci. Duodecimò, ratione tęporis. Peroptimè hæc verba cōpetebant auctori, & de aliquib. præmissis is se poterat expedire. Excusari tñ potest: quia per illum modum complura sæpius repeti oportebat: ne tamen in tanta prolixitate huius tituli, omnis partitio desit, ipsum dividam in tres partes: quia prima vsq; ibi: & quidem continuat tractatum ad superiora & inferiora exprimens procedendi modum. Secundò ponit tractatum de causis, quæ repellunt agentem. Tertiò, in vlt. ver. concludit vtilitatem tractatus cum suasione salutifera. Pars secunda diuiditur in sex partes. Prima de repulsione agētis propter ipsius ætatem prosequitur vsq; ad versi. item opponitur ꝫ actorem. Secunda ponit. 38. ver. dispersarum causarum. ad id vsque ad ver. item quod est filius. Tertia de filiosam. agente ponit circa duas chartas, vsq; ad ver. item excipitur ꝫ actorem. Quarta vbi de religiosis tractat, vsq; ad ver. item excipitur ꝫ fideiussorē. Quinta ibi incipit, quę in 55. versi. prosequitur alias causas dispersas, & interserit 19. casus. quib. quis ius sibi dicit, & tres quæstiones, vsq; ad uerficulum. item ꝫ prælatum. Ibi tractat de prælatis, administatoribꝫ canonicis, uel clericis agentib. & casum quo quis cogitur agere, usque ad ult. uer. redeundo ad practicos. Roff. facit speciales rubric. numero 18. de personis litigantium qui pro se agere possunt, uel non. & iste in proposito satis iuuit auctorem. Vber. de Bob. char. mihi. 9. §. ex persona actoris. in 7. col. uersic. si ueniat. usque ad §. sed si sub arbitro. qui incipit chart. mihi 12. & distinguit exceptiones iuris communis & priuilegiatas, quæ magis congruunt ꝫ. tit. prox, ut ibi dicam. Ioan. de Deo, in Cauil. lib. 3, in prin. & circa medium li. ru. de eo qui uult agere. & sequenti. Vber. de Bo. & plenè & pulchrè in sua rubr. 2. vel prima post prin. profecit auctori. Gui. de Suz. modicum sub rub. de aduocato rei. Nepos de Monteal. rub. contra actorem.

b l. fin. ¶ Et hoc intelligunt ibi Accur. & Azo in Summ. Expedito tractatu de omni possessorio adipiscendæ, recuperandæ, & retinendæ, & id intelligis in agendo, ut hic loquitur. Conuentus enim in his non habet legitimam personam sine tutore, uel curatore: quia quod fauore, &c. quod etiam uidetur uelle G. in l. illa. sed Cyn. apertius post Pe. & quod dixi de recuperanda. Non ob. lex. si quis in tantam. C. unde ui. cuius pœna non procedit ex interdicto possessorio, ut no. de causa poss. pastoralis. in gl. sed nunquid.

c l. 1. ¶ Datur tunc restitutio, ut plenè not. C. si de mom. poss. l. una. & per Azo. C. qui leg. perso. in fi.

* An si pater est præsens, & tacet, videatur consentire, Bar. in l. si filius. ff. de telis.
* In d. l. cum non solum nota quòd cum pater agit tanquam legitimus administrator, quod requiritur consensus filij: alias iudicium esset nullum in præiudicium filij, si quam iustam causam contradicendi habuisset filius l. si cum dotem. §. eo autem tempore. & l. 2. §. voluntate. ff. sol. matri.
* In c. olim. de restitutio. spol. & c. cum deputati. de iudi. & c. consti. de relig. dom. & clem. j. de rescriptis, quæ sunt Inno. & Host. vtrum fratres minores, prædicatores vel templarij, cum agunt contra aliquem, vel conueniuntur ab aliquo, ventilabitur quæstio coram generali totius ordinis, alias prouinciali, alias priori illius loci. nota. vbi. s. nam si agitur de iuribus pertinentib. ad domum, magister illius domus. si uero de subiectis alicuius domus, magister superior prouinciæ.
audita. ext. de restitutione spolia. nota quod si possessor alicuius admigit nomine suæ administrationis siue petitorio, siue possessorio, semper excipi potest contra ipsum nam licet tū scis in possessione, tu non es canonice institutus. Inno. ibidem, & Archi. in c. vno. ext. de eo qui mittitur in possess.
* In d. l. cum non solum. quæritur ibi quid si pater ab initio non consensit, sed postea ficta confirmetur iudicium? Iac. Butr. ibi q non. nam ratificatio bene operatur quando litigatum est cum persona habili: secus si est litigatum cum persona minus habili.
* In dicta l. cum non solum. Iaco. Butrig. quærit, an filius fam. possit compromittere sine consensu patris, & coram arbitro litigare? & dicit quod potest compromittere sine patre, sed non litigare coram arbitro per modum arbitrij sine patre.
* In l. 1. C. de bonis mater. glo. ordinatum à se lite contestata, & c. ista gl. decidit q pater non potest constituere procuratorem ante litem contestatam ad exemplum tutoris. sed Andreas de Pisis tenuit contrarium, ibi, per se, vel per procuratorem & litis contestatio sumit procuratorem. & ibi, ac si perfectum foliumque dominium & c. vnde æquiparantur domino. & ibi, persona gratę legitimam, &c. & sic authoritate huius legis persona eius est legitima pro hoc. C. de bon. quæ liber. l. cum oportet. §. non autem. ibi, plenissimam potestatem &c. & hoc sequuntur doctores. Dicit tamen Inn. in c. accedens. de procuratoribus, quod si filius est maior infante, & præsens, semper requirit eius consensus: & aliegat. d. l. cum oportet. §. vbi autem. de bon. quæ liber. & subdit quod si pater non concordat cum filio. & filius est minor 25. annis, quòd voluntas præponderat. & curator dandus est ei quod est mirandum, cum filius pro rebus istis cum est in potestate non habeat excipiendi potestatem, vt hac l. fi. sed dic quod hoc est uerum cum bona alienantur per patrem, alias bene potest filius pro eis sistere in iudicio inuito patre. & ita intelligatur opinio Inno. fac pro hoc l. 2. §. quod si in patris. ff. sol. matr. & auth. quod locū de collatio. glo. solennis in l. si longius. §. filius. ff. de iud. dicit curatorem dandum esse liti. & non filio. & tuta pars est in eadem glossi. ibi, vel a filio cum voluntate patris. & c. Istud est clarum, quando filius est maior. sed quando filius est minor, sufficit ne voluntas patris? Dic quod quando pater habet vsumfructum, sufficit, quia sola auctoritas est sufficiens ad obligandum filiū. alias secus. imo requiritur auctoritas curatoris, ut l. fi ali. §. pupillus. de ver. obli. & ibi per Bar. sis ergo cautus aduocate filij qui est minor, vt si litigat pro re cuius usus fructus est patris, licet sit minor sufficit auctoritas patris, alias facias dari curatorem. & similiter facias interuenire consensum patris ad faciendum integrum hominem. Ange. de Perusio.
* Sententia est data pro filio fami. in causa appellationis apparet ipsum fore filiumfami. quod tamen non apparuit causa principali, quid iuris? Bal. in l. cum non solum. §. necessitatem. C. de bonis quæ lib. acqui.

¶ Bal. De Actore.

QVAERITVR. quis debet ætatē aut allegat q̄s se maiorē aut minorē. Si quis minorem se pretendit, aut ad rescindendum quod factum est: & tūc debet probare: ut l. si minorem te. C. de in integ. rest. & l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiu. & no. in l. 3. ff. de arbit. cum similibus. Aut ad id quod fiendum: & tunc iudex ex aspectu potest transferre onus probationis, & assignare probationem cui vult tamen sententia lata ex aspectu, quia est lata ex præsumptione, recipit probationem in contrarium. ff. de mino. l. minor. 25. annis ex aspectu. Si autem iudex non figit pedem ex aspectu: tunc probet, qui dicit se minorem: quia præsumitur quilibet habilis, nisi probetur contrarium. ff. de proba. l. ab ea parte. §. fina. Sed Azo dicit quem præsumi minorem, cum semel fuit minor. l. de ætate. ff. de mino. & facit quod not. C. de iuramento calum. l. 2. §. quod obseruari. Si vero allegat se maiorem, ad honores forte consequendos, præsumitur maior, nisi contrarium probatur, quod dic, ut no. in mercuria. in regula, infamibus. per Io. And. in Nouella. lib. 6. Si uero quis non se, sed aduersarium allegat maiorem, tunc aut ad expirationem officij: & isto casu loquitur l. minor ex aspectu in ratione sui: ut quia dicit curator, curam finit in ratione ætatis. Aut ad consecutionem cōmodi: vt quia relictum est sibi, cum Titius maior erit: & tunc probabit conditionem euenisse. ff. de leg. 1. l. si cui legetur. & ad Treb. l. Seius Saturninus. Aut de extinctione beneficij. vt quia dicitur quis egressus quadriennium restitutionis: & tunc distingue, quia aut allegatur transgressus ætatis per nōdum affirmatiuum, aut negatiuum: vt no. in d. l. de ætate, & sic cautum est negando formare capitula secundum gl. & G. Et si dicatur, ergo verborum cautela est utilis, &c. respondeo, quid mirum: semper enim prudentia profuit, & verborum temperies. Dominus Iacobus dicit, q̄ semper fundanti intentionem, & non fundanti defensionem, incumbit onus probandi ætatem. Et aut quis vult admitti vt minor, & probet se minorem. aut vt maior, & probet se maiorem. Facit quod no. in fine. ff. qui satisd. cogantur. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. Idem tenet Bar. Et facit. C. de probatio l. cum te. Non enim est pura negatiua ista negatiua ætatis: imo est valde probabilis. Et probatur ætas extraordinarijs modis: ut priuatis scripturis: vt C. de his: quiveæta. impe. l. 2. ff. de excu. tuto. l. 2. §. ætas. Item indicijs. ff. de proba. l. cum de ætate. Item domestico testimonio ff. de prob. l. etiam matris. Et facit ff. si minor se maio. dixe. si alterius. Baldus. Vide hoc in versi. si vero excipis. cum ver. si quenti per G. & de na, ex fibe. ven. Facit. ff. de interrog. actio. l. de ætate. in prin. Bal. ¶ An minor legitimet personam suam per iuramentū de non veniendo contra: tenet quod non ver. sed nūquid si minor. G. quia non cogitur aduersarius deferre iuramentum minori. G. nec admittere eum. Idem tenet Pe. & Gul. ¶ Tutor, de quo constat quod non confecit inuentarium, non legitimat personam suam propter cautionem rati, secus si dubitatur. ver. ea quæsti. vide j. de tutore. §. 1. ¶ Lex non interdicit administrationem prodigo, sed iudex opus est. ff. de cura. fur. l. Iulianus. Et faciunt no. ff. man. l. qui mutuam. §. non ideo. Etiam si prodigalitas sit notoria, quia notorium æquiparatur sententiæ declaratoriæ, non sententiæ inductoriæ noui iuris: aliter videatur not. ff. de verbo. obliga. l. si is cui bonis. per Barto. quod verum credo in eo, qui est prodigus delapidando sine turpitudine: secus in luxurio

so. ff. de

so.ff.de vsuc.pro emptore.l.si quis cum sciret.Spe.dicit quòd hoc verum est in fœmina:secus in masculo.ver.item opponitur contra eum Bal. Bannitus repellitur ab agendo.ver.item quòd est deportatus. G. Super hoc dic, aut bannitus vult agere de re familiari,aut ad publicam vltionem. Si ad publicam vltionem,potest.Si de re familiari,aut habet bona:& potest.ff.de mi.l. Papinianus exuli. ff. man.l.si mandato Titij. §. is, cuius bona. ff. ex quibus caus.maio.l.si contra militem.§.j.Si non habet bona,non agit ipse,sed fiscus. ff.de nou.l.quoties.§.fi.& de ca.di.l.tutelas.§.si libertas. nisi statutum primo dicat, vel interdicat agere, vbi nec accusare potest.ff.sol.mat.l. cum mulier. & de alea.l.j.§.quod autē.Et hæc vera,si agendo vtitur via iuris communis. Si autem velit vti prærogatiua statutorum,non potest,secundum Iac. ff.ad Treb.l.ex facto.Sed quid si statutum eum hostem iudicet,& sibi bellum indicat.ff.de cap.dim.l amissione.§ j. Tu dic,quod in hoc standum est formę statuti.l. 1.C.de hære.insti. per Cy. Si vero loquuntur in accusationib.tamen incœptis ante bannum,licitè prosequitur.ff.de pub.iud.l.is qui reus. sed nouas accusationes nòn inchoat: vt notatur ibi. ergo impune offenditur. dicit Cy.C.de accusatio.l.reus.Sed tu dic,q̄ multiplex est bannum,scilicet imperialis diffidationis,& tunc potest impune offendi,vt in Auth.cassa.Aut belli indictionis:vt ff.de cap.di.l.amissione.§.j.& idem in l. 3. §. transfugas. ff. ad l.Corn.de sica.Aut bonorum annotationis.ff.de requi.reis.l. j. tunc non potest impune iniuriam pati.arg.ff.de cust.reo.l.diuus.Item alicuius mulctę vel pœnæ indictionis.ff.de vēn.inspi.l j.§. ex hoc rescripto.& tunc non potest impune offendi, nisi statuto aliud caueatur: nec efficitur hostis, sed debitor:nec etiam fit reus carcere. Facit.ff.de re iud.si incertum.cum simili. Bal. vide.J.eo.tit.§.sicut contumaci.& j.de aceu.§.annotandus. ¶ Periurus non agit.ver.item q̄ est periurus. G.scilicet contra iuramentum:sed præter iuramentum,sic.ff.de iureiu.l.alias.vbi de hoc.Bal. ¶ Excommunicatus admittitur ad defensionem suæ ecclesiæ. ver. item q̄ est excommunicatus. Sicut contumaci potest in omni causa audientia denegari, ita & bannito. l. sed & si per prætorem.§.actio.ver.item quod est bannitus.& j.§.filiusfam. G. ¶ An omnis aduocatus dicatur habere castrense peculium. ver. item cum agitur de peculio.G.si est aduocatus, vt quia licentiatus in iure ; notarius non eget solum matriculatione, quia ex officij datione auctoritate publica approbatus matriculatus,tunc lucrum artis est castrense. Alias est aduentitium , nisi sit publicum salarium,quod est semper quasi castrense, secundum Gul. Sed lucrum mercatoris est aduentitium,quod non venit ex publico officio.doc. Bal. ¶ Quando conuenitur filius fam.& minor, tunc requiruntur duo remedia contra duos defectus , scilicet quia contra defectum sui iuris carentiæ, requiritur consensus patris: contra defectum ætatis auctoritas curatoris dâ diliti.ver.cautela est ergo.G.Vide infra.tit.seq.§.si pater.& infra, eo. §. an sufficit. ¶ Filiusfam.patitur immissionem ex contumacia:ergo & bannum, quia auctoritas patris non debet accedere negligentiæ:sed facto:quia extraordinem proceditur,sicut & præceptum extraordinem fit. versi. sed ecce.& ver.seq.& ver. sed nunquid tenet. G. Item patitur executionem sententiæ. ff.de mino.l.3.§.sed vtrum.Ex contumacia tamen filij , non capitur peculij profectitij possessio,secundum G.sed ex diffinitiua sic: vt no.ff.de noxa.l. & si cōdemnatus.ff.sol.ma.l si filio.Hoc in ciuili:secus in criminali. C. de bo. pos. l.si filius.C.qui bo.ce.pos.l.pe.æg.ff.quod quisque iuris.l.3.§.si filius.Vide s. §.sicut contumaci.& j.de sent.§ filius non potest Bal. ¶ Ea quæ sunt solennitatis,quia requiruntur ad inchoationem, non quo ad officium . non possunt suppleri postea.ver.pone quod lis.sed ea quæ sunt consensus, & sunt de materia non de forma, vel solennitate, possunt suppleri.l. fi. communia de legā. vide infra de tut.§.satisdatio.Bald.an sufficiat licentia generalis patris: ver. sed quid si pater.& seq.G.argu.quòd sic.ff.de decur.l honores.§. fin. Vide s. ver.quando conuenitur. ¶ Casus,in quibus quis dicit sibi ius. ver. item qd̄ vult propterea. G. An.possim includere tuam pecudem dantem mihi damnum?Dicit quòd sic:sed non claudere animo celandi,sed concludere,non ut mea fit,sed animo eam restituendi:ut ff.ad l.Aqui.l. Quintus Mutius. versi. sed pone.G.Vide infra,de comp.iud.ad §.malefactor. ¶ Qui agit ut hæres, repellitur,nisi declaret ex testamento uel ab intestato,uer.item qui dicit.G. ¶ Quando prælatus habet legitimam personam, & quando capitulum, & quando monachus,uer.itē obijcitur prælato.per plures columnas.G.Quando prælatus agit nomine ecclesiæ,& opponitur exceptio,quod non est prælatus:excipitur incepte.sed debet dici, tu non es prælatus , nec in possessione prælaturæ, nec haberis pro prælato.versic.item, contra prælatum agentem. Nam exceptio debet tacitè concludere de necessitate,& ista non concludit: cum ex sola quasi possessione sustineatur eius persona:G. ¶ Adultus simpliciter citatus videtur monitus ipso iure, quod petat sibi curatorem , si non habet:& si non petit,patitur interlocutoriam non diffinitiuam. l. si minor. Secus in pupillo,qui non cogitur petere curatorem. Nec enim cogitur per legem,nec per iudicem debet cogi.sed gl.dicit,quod imo cogitur, nisi quando litigat cum tutore.C.qui pe.tu.l. 1.in glo. ¶ An uolens agere debeat facere aliquid ante quam agat: Vide Spe.de præpara.iud.Et qualiter actor debeat adire iudicem,uide in tit.de compe.iud. al[illegible]er totum. ¶ Item scias quòd agere nō potest infans uel proximus infantiæ in casu aliquo. Item prodigus, surdus,mutus,orphanus,fatuus,mulier luxuriosa,apostata. Item periurus, infamis,&c.Ita dicit Spec.per multos uer.& ibi uide Bald.

a De Reo[2] Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Miles conueniri non debet,nisi coram magistro militum, nec ab alio puniri.*
2 *Nobilis de facili non debet conuenirj.*
3 *Clericus non debet,nec potest trahi coram iudice seculari in causa ciuili,vel criminali:nec potest suo iuri renunciare.*
4 *Reus si fiat clericus pendente lite coram iudice, an coram eodem finiri lis debeat.*
5 *Scabinus iudex respondere potest sub magistro,siue clerico,siue laico,vel sub iusticiario,vel Potestate loci,vel sub episcopo , vel sub quo maluerit.*
6 *Scholaris conuentus sub magistro,vel sub Potestate loci, uel sub episcopo, an aliquem possit recusare.*
7 *Scholaris vocatus tenetur coram iudice loci comparere , vt vel coram eo respondeat,vel suum priuilegium ostendat.*
8 *Scholaris eligens coram vno litigare,an postea illum poterit declinare.*
9 *Scholaris clericus,nec volens,nec inuitus trahitur ad iudicium seculare.*
10 *Medicus,grammaticus,professores liberalium artium, & doctores legum, oratores,philosophi,in se,& vxorib.& reb.tali gaudeant immunitate,vt in iudicium non deducantur.*
11 *Consul , prætor, præfectus , & minores magistratus qui merum imperium habent causas prosequi non habent,sed bene conueniri.*
12 *Personæ quæ in iudicio conueniri non debeant.*
13 *Legati & cæterorum negotiorum executores non conueniantur.*
14 *Vocatus de ciuitate vel diœcesi ad curiam ordinariam,& ab alio inuentus, qui eum velit conuenire,potest opponere,quod non venit ad hoc:& sic potest domum reuocare.*
15 *Citatus præsumitur qui reperitur in iudicio.*
16 *Pupillus,vidua,orphanus,debilis, uel morbo diutino fatigati, & huiusmodi personæ miserabiles, quandoq; possunt ordinaria iudicia declinare.*
17 *Agi non potest contra infantes,vel minores 25.annis,vel furiosos,&c.*
18 *Tutor curator,vel alius administrator,maxime necessarius , finito officio non potest conuenirj de contractibus bona fide initis nomine eorum quorum negotia gesserunt.*
19 *Seruus monachus,conuersus,professus,& huiusmodi,non conueniantur.*
20 *Monasterium an possit conuenirj pro commissis ante ingressum.*
21 *Seruum qui se habere neget,rei vendic.non conuenitur, neque noxali actione.*
22 *Actione qui nulla tenetur conueniri non potest.*
23 *Vocatus ad maius tribunal non potest conueniri.*
24 *Debitum,qui confitetur,non cogitur iudicium suscipere.*

1.§.Dicto De exceptionibus contra actorem competentibus,sequitur videre de defensionibus reo cōpetentibus.Et primo,si quis aliquem sub certa pœna promisit iu
r dicio sisti,habet ad hoc semestre tempus à lege.C.de fideiuss.sanct
b mus.† Item miles[b] non conuenitur vel accusatur,nisi coram magistro militum:nec ab alio punitur.C.de iurisd.om iud.magisterię. ff.de custo re.de militibus.ff.de re milit.l.2.7.q j.nullus omnino. Quod verum est in milite militante:aliàs esset contra.ff.de accus. l.fin.in fi.& dicam j.tit.prox.ver.item excipitur, quòd est miles. j. versi.item consul.& nisi in quibusdam casibus,vt in prædictis le
2 gibus.†¶ Item nobilis priuilegiatus est,vt defendatur,& ne de facili conueniatur arg. 16.q j.frater.6.q.j.c.sunt plurimi.§. verum.
3 32.q.5.præceptum.extr.de pur.ca.c.1.ff.de in ius voc.l. 2.†¶ Itē clericus non potest trahi coram iudice seculari in causa ciuili,vel criminali:nec potest huic iuri renunciare.extr.de fo.compe.si diligenti.11.q.1.inolita.& c. placuit.& c.continua.C.de epis.& cler. cum clericis.& Auth.statuimus.& Auth.sed hodie.& in Auth.de sanct.epis.§.si qui autem contra .& in Auth.vt cler. apud propri.
c epis.per totum.Nisi ratione feudi,vel reconuentionis:[c] & in alijs casibus,qui no.11.q.1.in summa.& c.clericum.quod dic, vt j. de conclu.& renun.ver. cui autem.& seq.& melius.j.de compe.iudicis.adi.§ j.ver.in clericis autem.& seq. Olim etiam habebant ex ceptionem ne conuenirentur , nisi solum sub præside. in Auth.de
4 sanc.epis.§.si vero.& in præ.l. cum clericis.† ¶ Sed quid si pendente lite coram ciuili iudice reus fiat clericus? Resp.dicunt *omnes*,[d]
d quod coram eodem iudice finiet.C.ad l Cor.de fal.si quis decurio.prope finem.ff.de re iudic.si quis postea.extra,de fo. compe. proposuisti.ff.de iurisd.om.iud.cum quædam.ff.de bonis dam. l.fi. §.ex bonis.Licet quidam in hoc contradixerint.arg.ff. de arbitr.

non

ADDITIONES.

a Puto q̄ auctor fic diuidendi per rubricas repulsiones actorum dedit causam Vber. de Bo. qui distinxit exceptiones priuilegiatas ab exceptionibus iuris communis, vt dixi s.Rubri.prox.quod alij non fecerant. Tractat ergo de defensionib rei, non de impugnationib. vt dicit in prin. & vide q̄ auctor bene supplet Vber.qui oblitus iuius primæ defensionis,de l.sancimus.addidit eam vbi s.Rub.pro.dixi in fi dicens illam non prætermittendam,illam ergo ne prætermitti posset,auctor hic præmisit. ¶ Adde,quod qui ,præmisit præsentare reum ad omnem requisitionem iudicis non potest præuenire in præsentando, vt liberetur,secundum Roma.cons.137. Item qui promisit præsentare reum infra octo dies ad libitum iudicis , illis elapsis non tenetur , & tempus causa finiendę,non differendæ litis est appositum,secundum Pau.de Cast.cons.168.

b Miles. ¶ Istæ exceptiones sunt,quas Vbert.prius vocabat priuilegiatas, vt dixi s.tit.prox.super rubrica.

c Reconuentionis. ¶ Vide quod scripsi de iudic.at fi clerici.super glo.1.

d Omnes. ¶ Supple fere, vel quasi,propter id quod sequitur. Hanc autem quæstionem plene tractaui de oblig.ad ratio.c.vno.super glo.ratiocinij.& quod plene tractat:quia furtum facit Old.ut ibi ponam.

non distinguemus. §. sacerdotio. & hoc verum est si causa sit ciuilis. Sed quid si est criminalis? Dic, quod coram ecclesiastico finietur: quia secularis non posset eum punire, arg 11.q.1 de persona. extra, de iud. at si clerici. & in præ. concor. arg. tamen j, 2 q. 3. Luphe nium. C. vbi de cri. agi. opor. Auth. qua in prouincia. in prin. 2.q.1. si peccauerit. in fi. & 3.q. 6.c.1. Vnde si vis vt cessent contraria, dic quod etiam causa criminalis finietur coram illo: sed mandabitur executioni, per ecclesiasticum, arg. ext. de foro compet.

3 postulasti, de rap. c.1.† ¶ Item scholaris laicus respondebit vel sub magistro, siue laico, siue clerico, vel sub iustitiario, seu Potestate

a loci, vel sub episcopo, sub quo maluerit: [a] vt in Prooemio Digesto rum. §. & hæc omnia. & seq. C ne fil. pro pa in l. Feder. habita. licet

b scholares Bon. quo ad criminales quæstiones huic priuilegio renunciauerint: [b] super quibus coram iudicibus Potestatis respondent: eligendo tamen vnum, videtur aliis renunciare. arg. 3.q.3. cinduciæ. §. offeratur. expresse extr. de iud. c.1. vbi plures habebat iudices Quod vult deus. An autem tunc, & ad quem poterit appellari, vide, j. in tit. de exe. sent § 2. ver. quid de sententia. & seq. Sed nunquid poterit scholaris tali priuilegio renunciare? Non videtur cum sit eis specialiter à prædictis legibus concessum. Sed dic, quod potest, arg. C. de epis. & cle. si quis in conscribendo. & C. de pact. si quis in conscribendo. ff. si quis in ius voc. non ie. l. 1.

6 & sic de facto seruatur. † ¶ Item nunquid scholaris conuentus sub aliquo istorum trium, eum poterit recusare? Videtur quòd non, arg. C de in. om. iu. t. fi. Sed dic contrà: vt in prædi. Auth. habita. Si uergo scholaris receperit, siue porrexerit libellum coram altero

7 istorum trium, siue etiam protestatus fuerit, quod saluum sit ei priuilegium, siue non sibi præiudicat: nisi vlterius processerit. arg. ff. de iud. non videtur. ff. de in ius voc. libertus aduersus. Scholaris tamen vocatus tenetur coram iudice loci comparere, vt vel etiam coram eo respondeat, vel suum priuilegium alleger. arg. in

c præ. constit. habita. [c] † ¶ Quid ergo si scholaris vocatus coram alterO istorum iudicum contumax est, propter quod iudex decernit actorem esse mittendum in possessionem bonorum illius: demũ ille comparens præstita cautione iudicio sisti, recuperat possessionem nunquid adhuc poterit iudicem declinare, & alium eligere? Respondeo sic, cum nondum sit lis contestata. argu. C. de prob. exceptionem. C. de procu. ita demum. C. de plus peti. l. 1. ar.

d contra. C. vbi in rem actio. l. pe. circa fi. [d] † ¶ Sed pone quòd scho

8 laris conuentus comparet coram altero istorum, dicens se velle coram eo litigare: nunquid postea illum poterit declinare? Dic q

e non [e] arg. ff. de eo, quod certo lo. l. 3. §. 1. ff. de leg. 1. l. 5. & l si pluribus in fi. ext. de iud. c. 1. 2 2.q.4. horrendus. 8.q. 2. dilectissimi. j. de compe. iud. adi. ver. sed nunquid poteſt. Nec obstat. ff. de iudiciis, si conuenerit, quæ loquitur in eo, qui consensit in iudicem non

9 suum prorsus extraneum. 3 q. 6. peregrina. † ¶ Sed quid si scholaris est clericus? Dicunt Goff. & do. meus, cessare priuilegium, quia clericus nec volens nec inuitus trahitur ad iudicium secularE: nec potest in alium, etiam ecclesiasticum, sine sui episcopi consensu consentire: vt in concor. quæ sunt ſ. versi. proxi. & extra, de foro compe significasti. & c. Romana. in prin. Sed dictum eorum po-

f test intelligi in scholaribus diœcesanis, & ciuitatẽsib. [f] Si vero sint

g extran i vel alienigenæ, & magister esset clericus: posset fortè [g] dici, quod coram eo poterit agere, & cõueniri, si voluerit, aliàs nullum esset priuilegium quod esse non debet: extra, de uerb sig. abbate sane & de priui. in his. & c. porro. extra, de fide instr. inter dilectos. versus fin. & in hoc concordant Io. de Deo, [k] & Vber. de

i Bobio. Dominus tamen meus in hoc expresse contra dicit. [i] Corã Potestate autem non potest clericus, etiam volens conueniri: vt in prædi. concor. Porro scholaris Bon. residens per 30. annos, for-

k titur ciuium priuilegi. C. de lib. 10 de incol. l. 2. [k] sed & studentes

l in iure vsq; ad 25. annum [l] non conueniuntur: vt C sib. 10. qui æta. vel profes. l. 1. Quod verum est, si bene proficiant: aliàs autem non. arg. 12.q. 2. gloria in fin. & 61. dist. miramur. in fi. & c. nullus.

m & c. statuimus. [m] † ¶ Item medicus, grammaticus, & professores li-

10 beralium artium, & doctores legum, & oratores, & philosophi in se, & uxoribus, & rebus, & liberis omnii gaudeant immunitate, vt nec in iudicium deducantur, uel exhibeantur: ut C. lib. 10. de profess. & med. l. medicos. & l. fi. & l. 1. secus tamẽ in poetis & geo

n metris. C. eo. tit. poetę. & l seq. [n] † ¶ Item consul, & prætor, & præ

11 fectus, & maiores magistratus, qui merum imperium habent, & qui cum eis sunt, causas non prosequantur, sed conueniantur. ff. de iudici. pars literarum. ff. de iniur. nec magistratibus. 2. q. 1. prohibẽtur. saluis quibusdam casibus in Auth. colla. 3. ut iud. sine quo quo sut. §. si quis autem. & in Auth. colla. 9. ut diff. iud. §. si tamen. Arg. tamen contra, 1.q. 1. iubemus. so. ibi saluo, quia debent cauere, si de adulterio accusentur, secundum formam legis, quæ est ff. de adu. l. si adulterium. in fi. Dic super hoc ut ſ. de actore. uer. item illustris. An autem possint accusari, dicam j. titu. proxi. uer. item

12 quod est magistratus. † ¶ Item episcopus, dum sacra facit, & monachi, & cremitæ. & is, qui cum equo in causa publica transuehitur: & is, uel ea, qui uel quæ nubit: & iudex dum de causa cognoscit: & is, cuius causa apud maius tribunal agitur: & is, qui ducit funus familiare, seu iussa mortuo faciens obsequia, uel qui cadauer per se, p sequitur: & qui certo loco causæ adesse habet, & infans, & furiosus non conueniunt. ff. de in ius voc. l. 2 3. & 4 in prin.

13 & j. uer. item heres. 96. di. Constantinus † ¶ Item legati & cæterorum negotiorum executores coram aliquo, siue Romæ, siue alibi non conueniuntur: imo priuilegium reuocandi domum habent. ff. de iud. l. 2. & l. non alias. & l. seq. extra, de foro compe. c. fi. & j. tit. de accusato. §. item nec legatus. Sed nec is, qui uenit Romam ad consil 5.q.2 uocatio. ext. de dila c. si uel pro aliqua alia iusta &

o necessaria causa & probabiliter extra. de foro compe c. fin. [o] Sub quo comprehenduntur fere omnes, qui continentur ff & C. ex qui. cau. ma. puta causa appellationis exercendæ, uel testimonii ferendi, uel promouendi electionem, uel postulationem factam, nisi ibi perfectis negotiis moram trahant uel contrahant, uel alia negotia aggrediantur: ut in præ. l. ff. de iud. l. 2 §. legatis. & §. omnes. & l. quid enim. & in Auth. col. 9. de sanct. epis §. reuerendissimi uero. Secus autem, si ueniant pro impetrandis priuilegiis, uel immunitatibus, uel aliis suis uel ecclesiæ suæ negotiis procurandis: & sic curia seruat in præ. concor. Quid si is, cui competebat ius reuocãdi domum coram aliquo iudice citatus obtinuit in aliqua interlocutoria coram eo, uel etiam succubuit, sed nõ appellauit: demum ante litis contestationem petit sibi concedi ius reuocandi domũ, nunquid habebit? Resp. non: & sic fuit pronunciatum. arg. in his quæ not ext. de re iud. inter monasterium. Cætera de hac materia prosequere secundum dominum meum in Summa de excep § fi. uer. item effectus. & seq. & plenius secundum Papam ext. de foro

p compe. c. fi. P † ¶ Item si quis ob aliquam causam de ciuitate uel

14 diœcesi ad curiam ordinariam uocatus est, & alius eum ibi inueniens uelit conuenire, potest excipere, quod non uenit ad hoc: &

q ideo habet ius reuocandi domum, secundũ Io. de Deo, [q] & Vber. de Bo. arg. de iud. l. 2. extra, de dila. c. fi. Alii contra: nisi pro publica & communi causa uocatus fuerit: ut extra, de dilat. exposuit. quia ubi te inuenero, ibi te iudicabo. arg. 2.q. 1. si peccauerit. in fi. & q. 7. c. 1. C. ubi de cri. agi. opor. auth. qua in prouincia. & arg. ex-

15 tra. de ele. bonæ memoriæ. 1. uer. porro. † ¶ Vbi præsumitur quis citatus, ex quo in iudicio inuenitur, maximè ubi non subest causa,

r quare hoc priuilegium debeat habere: quia tunc haberet. [r] ff. de minori.

ADDITIONES.

a Maluerit. ¶ Si coram omnibus hic citetur, vide j. de citatio. in fi.

b Renunciauerint. ¶ Secundum Accur. in præ. §. & hæc omnia. & apertius in Auth. habita, super ver. litem. quod ibi non placet Cyn. not. cum non renunciauerit, ut corpus, vel collegium: per non vsum autem perdi non potuit, secundum eum, qui remittit ad l. 1. & 2. C. de seruitut.

c Habita. ¶ An satisdare teneatur, & coram quo, vide infra, de satisda. §. 2. ver. quid ergo.

d Circa fi. ¶ Ista lex penultima est & secunda, & eius verba habentur ext. vt lite non contest. quoniam. §. pe. & ponit casum specialem quo lis habetur pro contesta. ad vnum finem tantum, scilicet interrumpendæ præscriptionis: videat tamẽ scholaris ille, quomodo caueat: quia si simpliciter cauet stare iuri, procedat quod est dictum, Secus si caueret stare iuri coram illo, per id quod statim sequitur.

e Quod non. ¶ Licet gl. teneat contrarium in Auth. habita, tamen vt ibi etiã tenet Cy. in 3. quæstione. communiter moderni tenent hoc dictum. Pro quo facit: quia alias esset tardius finis litis. Alle. etiam l. 2. §. pe. ff. de iudic. Dicunt enim: quod rei fugiunt contestationem litis, ad quam actores properant: de quibus loquitur lex, si conuenerit. Ad l. si cum dotem ff soluto matrimo. §. eo autem tempore, quam etiam allegat Accur. respondetur ut ibi not. in 1. glo. quod ibi voluntatis mutatio nulli erat damnosa: hic secus, ut prædixi.

f Ciuitatensibus. ¶ In quibus locum non habet constitutio, habita quæ expresse loquitur de peregrinantibus ad studium.

g Forte. ¶ Vbert. quem statim allegat, dixit non puto reprehensibile.

h De Deo. ¶ Cauil. lib. 3. sub rubri. de priuilegio scholastico, Vber, autem hoc dixit ante finem ver. quem allegauit ſ. tit. prox. in prin. Inepte tamen author præponit Vber Io. quo ad scripta, etiam lib. Cauil. rationem dixi super Prooemio huius libri, vbi de eis tracto.

i Contradicit. ¶ Vide quod scripsi de fo. compe. si diligenti. super gl. hic ergo ¶ Adde ultra ea, quæ dicuntur in c. postulasti. quod clericus non possit se voluntariè subijcere laico. Bald. consi. 256. lib. 3. & 176. lib. 2. An autem clerici coniugati, vt sunt Græci, gaudeant beneficio aliorum clericorum. Bald. consuluit quod non, eius consi. 320. lib. 1.

k l. 2. ¶ Dic, ut ibi no. in gl. 2.

l Annum. ¶ Aetatis suæ.

m Statuimus. ¶ Facit quod no. in salutatione Sexti, super, verbo, commoranti bus. & quod ibi dixi.

n l. seq. ¶ Quæ lex geometras uocat calculatores, & quare geometræ dicantur ibi not.

o c. fi. ¶ Et ibi super uerbo, Necessaria. scripsi quid de illo, qui uenit pro restitutione in integrum impetranda,

p c. fi. ¶ Et ibi plene scripsi super ult. glo.

q Io. de Deo. ¶ Cauil. lib. 3. Rub. de excep. quæ datur legat. Vber, autem hoc dicit post dictum supra illius uer. sed quid si scholaris.

r Haberet. ¶ Reuertitur ad primum dictum, & clarius potuit dicere Vber, quam posuit ipse Vber. uel, Io, allegat tamen Vber. eadem Concessum

minori.quod si minor §.j.ff. ad Treb.si legatus.in prin. extra, de verb.sig abbate.de do. cum dilecti. Non tamen negant, quin debeat inducias deliberatorias, & alias à iure concessas obtinere.arg. 3.quæst.3.ca.inducię.§. offeratur.& l.ei autem.Item hæres defuncti, aut patrēs, aut liberi, aut coniux, aut cognatus, aut agnatus, aut affinis, vel fideiussor, vel alius nomine defuncti, non conuenitur intra nouem dies ab obitu numerandos.C.de sepul.viol.l fina.& Authen.ibi posita.in Authenti.vt cum de app.cogno §. pe. Item pater vel patronus venia non petita.ꝯ.de dolo.& contu.§.restat. ver.sed& vocans. Item fiscus hæres non uenitur ante confectionem inuentarij.C.de iure deli.l.fi.extr,de testa. Raynaldus. in fin. arg.12.q.2.hæc huius placiti.& c.charitatem Item is, cui concedi tur ne intra certum tempus conueniatur, non respondebit intra illud.C.de præci.Impe.off.quoties. Item si fiscus concurrat cum alijs vendicātibus hæreditatem alicuius, ius fisci prius excutietur: & aliorum vendicantium, & aliorum creditorum actiones differētur:vt ff.de iu.fisci.apud Iul.& facit ff.si cui plus quam per l.Fal.

a si hæres.[a] & hæc exceptio, quæ dilatoria est fauore fisci, videtur quasi ex iure communi competere:vt ff. de interrogato.ac. l. 4.in fi.Caue tamen aduocate rei,ne actio sit sublata:per id quod habes C.de peti.her.l.fi.Item reus excipiet contra citationem:quod dic,

16 vt ꝯ.de citatione.†¶Item quòd cōuentus est pupillus, vel vidua, vel orphanus, vel debilis, vel morbo diutino fatigatus& huiusmodi personæ miserabiles, quæ si principem proclamant, vel etiam ecclesiam, quandoque possunt etiam ordinaria iudicia declinare. C.quando Imper.inter pup.& vi.l.vna. 87. di.ca.j. & 2. & per totum.ext.de fo.compe.c.ex tenore.de off.dele. significantibus. C. de episc.& cle.orphanotrophos.Ita tamen si sit grauis infirmitas. extr.de procu.c.2.5.q.3.si ægrotans.ff.si quis cau.l. 2.§.si quis in iudicio.Vel est expoliatus.3.q.2 si episcopus.extr. de rest.spo. frequens.C.de don.inter vi. & vxo. si maritus. Vel dicit se paratum soluere,& litem vitare.ff.de proc.si reus.ff.si cer.pet.l.fi. Vel quæstionem sibi motam non prēiudicare alij prius à se motæ.ff.de pe. her.si quis libertatem C.de ord.iud.3.q.11.& ext.de ord.cog.per totum.Vel se rem petitam non possidere.ff.de rei ven.l.fi.Vel dilationem sibi concessam pendere:vt 3.q.3.ca inducię. § offeratur. extra.de app.significante.Vel litem sibi motam, à iure esse prohibitam.11.q.1.sacerdotibus.C de obsequijs liberto.l.1.ff.de iudic. lis nulla.C.vt nemo priua.per totū, vel libellum inepte esse formatum.C.de formu l.2.& 2.q.8.c.perscripta.§.libellorum.& in præc.sacerdotib. Vel si fideiussor obijciat reum principalem, vel bonorum possessorem, prius fore conueniendos. C. de fideiussor. Auth. præsente.infra.de renun. & concl.& C.de act.& obl. Auth. sed hodie.Item excipit de tempore feriato.C.de fer.omnes.ff.eo. l.1.extr co.c.fi,& de iud.c.fi.ff.de in ius voc.l.2.in fin.15.q.4.pla-

17 cita.†¶Item non potest agi contra infantes, vel minores 25.ann. vel furiosos,vel mente captos,& similes personas,sine tutoris vel

b curatoris autoritate.[b] ff de admi.tut.l.1.& 2.C.si aduer rem iudi. l.fi.C.qui legi.personam ha.l.1.& 2.& ff.de re iud.acta.& l contra pupillum.C.de episc& cler. orphanotrophos. Nec etiam hi agere possunt: vt ꝯ. in tit.de actore in diuersis locis.Item nec filiusfa. vt ibi dixi in ver.sed & filiusfa.& seq.Item Respublica acephala conueniri non potest,sicut nec minor.C. libr.11.de cur.Reipubli.l.1. C.ex qui.cau.ma.in inte.rest.Respub. & sicut nec ecclesia: ut ex-

18 tra,ne se.uac.c.fi. †¶ Item tutor,uel curator,uel alius administrator, maxime necessarius,finito officio non conuenitur de contractibus bona fide cum eo initis nomine eorum, quorum negotia gesserunt.ff.quando ex fac.tu.uel cu.l.post mortem.ff.de re iudic. l.4.C.de admi tut.cum quidam.ff.de instito.l. fi.de proc.Plautius. Nec etiam agunt,ut dixi. ꝯ.in tit.de act.uer. item tutor. Durante uero officio respondere tenētur, alioquin ab administratione re-

c mouebuntur:[c] ut C.de proc.l.3.& ꝯ.de accu.uer. item nec maior. Et nunquid erit in prelato idem,ut ex hac causa possit remoueri? responde.non. Prædicta enim lex loquitur tantum de his,qui habent onus,non emolumentum. Quid si tutor ideo non uult defendere,quia scit pupillum malam causam fouere: & uult potius, q aduersarius mittatur in possessionem, nūquid debet aduersarius audiri? Respon si pupillo expedit magis, quam aliud, quod fiat missio,non audietur aduersarius. Nam tutor defendere uidebitur

d hoc casu[d] ad instar proc.ff.de procu.sed & hæ.§ fi.& l. seq. secun-

19 dum Alb.Pap.¶†Item seruus, monachus, conuersus, professus, & huiusmodi,non conueniuntur.C.de iu.seruus & l.seq.C.de rei uen.non solum.ff.de reg.iur.cum seruis.extra,de syndico. c. uno, ff.de iudic.lis nulla. & ꝯ. uersi. item episcopus. De hoc tamen, &

e qualiter formabitur libellus contra eum, no.ꝯ. de stat.mo.[e] Nec etiam hi agere possunt,ut dixi ꝯ.de actore. uer. item quod est seruus & uer.item excipitur contra act Sed an monachus potest accusari? Videtur quod sic: extra, de simo. dilectus filius A.non tamen quo ad pœnam pecuniariam: quia proprio caret.12.quæ.1, nolo.extra,de sta.mo.cum ad monasterium.sicut dicam in seruo, ꝯ.ti.de ac.in prin.Et hæc uera sunt, nisi abbas uelit eum defendere.

f ff.de re iud.[f] si seruum.Rof. uero not. [f] quod monachus, & similes,si delinquant,accusantur:licet alias non agant,nec conuenian tur ut in præ.uer. item excipitur contra actorem, sicut & deportatus.ff.de pœ.aut damnum.§.inter eos.& l.in seruorum.§.quod.n. & l.capitalium.§.in exulibus.ff.de acc.l.si cui. §.fi. in auth. de sanc. epi.§.si monachus.de nup.§. secundum occasionem.col. 4. extra, de priui.c.uolentes lib.6.C.ubi de cri.agi opor. auth. qua in prouincia in prin.Mar.de Fa.dixit,q̄ si monachus accusetur de crimine:ipse se defendet,& non Abbas:potest tamen abbas ei assistere. C.de accu.l.1.& 2.& ad l Iul.de ui pub.seruos C.de nox si seruus.

g in fi C.de epis.& cle.auth.causa.De hoc ꝯ.de sta. mo.§ & ibi nor.

20 qualiter tunc agitur,& qualiter concipiatur libellus.†¶Sed nunquid pro commissis ante ingressum conuenietur monasterium? Videtur q̄ sic:& si nolit defendere,& agetur ciuiliter: & de bonis eius,quæ monasterio obuenerunt,satisfiet agentibus.arg. Institu-

h de acqui.per arro§ fin.[h] Si autem criminaliter ageretur, contra credo: cum omnia crimina in ipso ingressu sint extincta. in auth.

i de monachis.in prin colla.j.[i] & de pœ distin. 1.c. quis aliquando. §.his auctoritatib asseritur.prope principium,extra, de filijs præ-

k sbyte.c.1.licet dici possit extincta cē,quo ad Deum.[k]†¶Item is,

21 qui negat se seruum habere, uel in potestate sua esse, non conuenitur rei uend.uel noxali actione.ff de rei uen.l.penultima §.finali.ff.si ex noxali causa aga.l.secunda.extra,de iudi.c.examinata.

22 †¶Item is,qui nulla tenetur actione.ff.de eden quædam ff ad exhiben.thesaurus.Item potest excipi per illos casus, in quibus fallit illa regula:actor debet forum rei sequi: quos dic ut ꝯ. de compe. iudi.adi.¶Item conueniri non potest is, qui in infirmitate deten-

23 tus,uel † ad mains tribunal uocatus est.ff. de iudi si prætor. ff. de re iu.quæsitum §.1.extra,de procur.c.2.5.q.3.si ægrotans.18.dist.

24 si episcopus.†¶Item reus,qui debitum confitetur, & paratus est soluere,non cogitur iudicium suscipere.ff.de iudic.si debitori.q̄ si partem confiteatur, per illam etiam non cogetur, ut.ff. si certa peta.quidam existimauerunt.

ADDITIONES.

a Si hæres.¶Istæ duæ leges videntur contrariæ.Prima dicit idem quod ꝯ.ista dicit,quòd fideicommissum est soluendum cum cautione de restituendo.Sed vtrobique dicunt gl.in prima lis iam erat mota per fiscum, in secunda non: vnde ver.iste ponit fiscum concurrere cum alijs vendicantibus.

f Auctoritate. ¶ Quærit Rof.tit.7.ante medium: quid facere debeat, volens conuenire pupillum vel minorem? Respondet, quòd conueniam pupillum maiorem septennio,& minorem adultum,si pupillus est minor septennio conueniam tutorem solum,si illum habet:alias petam illum sibi dari:in adulto, si curatorem habet & si minor est præsens,ipsum conueniam. & in sui personam formabo libellum:cui respondebit cum auctoritate curatoris: si est absens minor, concipiam libellum in personam curatoris,si non habet, petam sibi dari: & dabitur sibi inuito ad litem.Alleg.C.de iure deliber.l. potuit. & l.si infanti. C.quipe.tut.l.1.ff.de tut.l.qui habent.§.idem Cassius.& ad Treb. l.restituta.§.j.&alleg.infra.

e Remouebuntur. ¶ Si iu dici videbitur.De hoc ꝯ.tit.prox.§.1.ad fi.ver. Sed quæritur utrum pater.

d Casu. ¶ Quando sic expedit pupillo, & sic esset dominus prudens facturus: alias autem cum missio in possessionem fiat propter rem indefensam, constat quod defendere non videt.Et super hoc vide quod no.in §.h.flatim alle. in glo.regulam ponit.

e De statu mona. ¶ in prin.

f Vero not. ¶ Suo tit.8.versi.penul.& versi.sequen.est ultimus. ¶ Adde Bal: in l.si seruus ignorante. C. de noxa, vbi quod seruus & monachus in iudicio criminali habent legitimam personam in se defendendo. & idem dicit in filiofamilias,qui habet legitimam personam in criminali in defendendo seipsum sine patris auctoritate.Et adde Lu.Ro.consi.375.inci.in proposita quæstione:vbi an abbas habeat iurisdictionem in monachos,etiam in criminalibus, vbicunque deliquerint,& ibi an monachus punitus de delicto per abbatem possit per episcopum ulterius puniri.& vide late G.Papæ inquæstionibus suis q.554.inci.ad quem pertineat correctio.Heur.Fer.

g De statu mona. ¶ In prin.

h §.fin. ¶ Hugolinus allegat ad idem ff.de capi.dimi.l.tutelas.§.fin.

i Collatio.j. ¶ Hucusque Rof.& est finis tituli.

k Deum. ¶ Et quo ad ecclesiam.facit quod no.in præ. §. his auctoritatibus. in glo.arg.quod & de uoto scripturæ.

* Quid si pendēte appellatione reus accusatus est effectus clericus.Ioan. And° in c.1.de oblig.ad ratioci.Bar.in l.1.ff.de pœn.

¶ Bald. De Reo.

QVI promittit aliquem representare sub pœna,nec adijcit tempus,nec dixit ad mandatum iudicis,uel partis requisitionem,habet semestre tempus ad euitandam pœnam:ut C.de fideiuss.l.sancimus.G.Item sufficit repręsentare usque ad sententiam, quia talis fideiussor post sententiam non tenetur, nec sistere,nec soluere:quia clausula,De iudicio sisti,non continet clausulam iudica.solui.ff.de fideiuss.l.Græce.§.post litem.ubi de hoc.Sed econtra clausula,iudicatum solui,uel soluere iudicatum. non enim sunt uerba ista formalia.ff.de præ.stip.l.2.continet tres clausulas: quia finis continet principium & medium,& ipsum de necessitate præsupponit:sed non contra. unde sententia includit processum.sed processus non includit sententiam. Sic. & satisfa-

tio

tio,quæ concernit sententiam,totum processum spectat.Sed satisdatio, quæ concernit processum.non continet iudicati executionem.Sic.ff. de pac.l. sed si tantum. & de solut. l. hoc iure. Est & alia ratio:quia iudicium non porrigitur post sententiam:quia finitur per sententiam:ergo & promissio de iudicio sisti finitur. ¶ Sed quid si quis generalius promisit,scilicet sistere & parere mandatis curiæ.vtrum teneatur lata sententia? Dic,quod non : quia istud de parendo mandatis, venit accessorie ad promissionem, vnde non semper per ipsam satisdationem de iudicio sisti, debet parere mandatis secundum naturam satisdationis.ff.de in ius voc.l.eum.Pro quo facit,quod no.Dy.ff.de ver.oblig.l.continuus.§.cum quis.Bal.Vide J.de acc.§.viso qualiter.& J..px. ¶ Sed an reus qui promisit de iudicio sisti,& parere curiæ, potest opponere exceptionem iudicis incompetentis? Et videtur,quòd non:quia in eum consensit,cum eius mandatis se submisit.ff.de iurisd. omni.iudic.l.est receptum. In contrarium facit, quia ista verba sunt intelligenda secundum ius commune:vt no.in d.§.cum quis.& no.ff.de reg.iur.l.non videtur. §. qui iussu. & de ope.li.l.si libertas. Itẽ psona non fui,iudicis,non fundatur p satisdationẽ: vt C.de lit.pte.auth.offeratur. Facit quod no.Cy.C. de spon.l.fi. Sol.per similem de iudicio sisti promissionem non excluditur obiectus contra iurisdictionem ; sed cum quis promisit parere mandatis eius , per hoc prorogatur iurisdictio.arg.no.in l.pe.ff. de arbi.per Accu. & Gul. Et ideo subdistinguet aut ista promissio fit iudici,qui ex priuilegio poterat recusari:& tunc perditur priuilegium.C.de pec.l.pen. Aut iudici extraneo:& tunc etiam videtur, q̃ possit pœnitere:vt l.si conuenerit:ff. de iurisd. om. iudi. Hoc non credo: & ideo dic,q̃ si promisit per errorem, non valet. secus si ex certa scientia , non per metum.ff.de iud.l.2.ff.si quis cau.l.sed & si quis.§.fin. Nam per contrariũ contractum factus est subditus illius iudicis,& fori, quo ad illam causam.& vide quod no, infra. versicul. quid si scholaris.per G. ¶ Silite pendẽte quis fit effectus clericus , non impeditur per hoc cognitio:sed executio iudicis secularis.vers. quid si est.G.Certè si clericus est litigiosus, vt ita dixerim, & iõ nihil sibi opitulatur.facit.ff. de iur.om.iud.l.pe.Bal.Vide Io.An.de obli.ad rationi.c.j.Bal.¶ Scholaris clericus non potest conueniri sub rectore laico, sed sub clerico,si quis scholaris est aduena, sicu. Sed si studet in propria dioecesi, non potest conueniri, nisi coram dioecesano.ver.quid si scholaris.G. Si tamẽ clericus est pelliparius,potest conueniri sub camerlingo occasiõe artis.C.de iurisd.omnium iudicum,l. fi. quia clerici negociatores , quantum pertinet ad eam negociationem,iure laicorum communi vti debent.C. de epis.& cleric. l.2.Isti enim,vt sic dixerim,non sunt puri clerici.arg. C.de sacrosancte.l.qui sub ptextu.& de vita & hon.cler.c.fi.Bal.qui habeant ius reuocandi domum. ver.item legati.& ver.seq.cum sunt in curia Romana.G. ¶ Præsumitur quis citatus,ex quo in iudicio comparuit,& ideo si offertur ei libellus,non potest dicere, Cita me, & ego veniam: sed bene potest petere terminum ad deliberandum.versi.si quis ob aliquam.G. ¶ Certe si iudex eum non monet,potest illicentiatus recedere,& tota die hoc fit.Si enim præsumitur citatus,& illicentiatus recederet,esset verus contumax:vnde non præsumitur citatus,ff. de in ius vocã.l. j. Tamen præsentia idem quod citatio operatur : quia non refert qualiter quis sit in iudicio,per citationem,vel sine.ff.de reiudi.l.de vnoquoque.& no.in c.vlt.de elect.lib.6.in Nouella. Nam citatio non fit ad deliberandum,sed comparẽdum Parum ergo de modo curamus, si finem habeamus: & ista est communis opi.& vera.ergo per talem libellum reo præsenti oblatum interrumpitur præscriptio:sicut per efficacem citationem tam in ciuili, quam in criminali.ff. de adul.l.miles.§. sexaginta. quod tene menti. Nam & quædam fiunt sine citatione.ff.ad Trebellia.l.recusare.& l.ille à quo. Bald.& vide J. de lib.concep.§.reo non citato. & quod de teste præsente citato, vide J.de teste.§. valet,dictum. Et etiam suus hæres habet dilationem trium mensium propter inuentarium.ver.item suus.G.incipit quod à die immissionis quam creditor probare debet,si negetur.ff. de condi.furti.l.2.ff. de inter. act. l.2.& 3.ff.sol ma.l.si cum dotem.§. transgrediamur.in gl. Bald. ¶ An monachus possit conueniri. Ciuiliter non , criminaliter sic.ad pœnam in corpus luendam in defectum pecuniæ.Item ad pœnam corporalem.ff. de acc.l.hoc ac cusare.§. omnibus. quia natura communis est. Ciuiliter aute m conuenitur monasterium , si monachus obtulit vniuersitatem bonorum : secus si rem singularem : vel nullam : vt not. per gloss. & Dyn. in lege. si peculium: §.j.ff. de pecu. lega. Nam monasterium habetur loco hæredis ratione rerum , non ratione personæ : imo est successor anomalus sicut pater , qui occupat iure peculij,& fiscus iure caduci.ff. de noua.l.nouatio.ff. solut.matr. l.si constante.§.fi.Inst.de eo,cui li.cau.§.fi.Bal. Et si monachus diuisit matrimonium per quotas , monasterium non tenetur nisi pro rata.ff. de religi. l.si pro rata. licet tamen monasterium possidendo vnam rem singularem , non conuenitur tanquam obligatum tamẽ si non defendit monachum,patitur in illam rem missionem. Insti.de acqui.per arro.in fi.de hoc in ver.item seruus. cum seq.per Gul.& Iac.& Cy.in auth.causa quæ fit cum monacho.C.de epi. & cle.vide J.de statu mo.§.iuramentum.& J.de acc.§.potest clericus.Bal. ¶ Ille,qui non vult recipere libellum,sed soluere,non dicit litem contestari, sed declinatorium opponere,secundum Gul.ff.de procu.l.si reus.Item si non vult recipere libellum,nec soluere,sed confiteri debitum, non videtur litem contestari:sed fit præceptum in eum officio iudicis: vt l.si debitor.ff. de iudi. & nota.ff.de inter.act.l.vbicunque.Si vero reus libellum iam suscepit,offerendo debitum,non videtur litem contestari , sed perimere contestationem litis & sententiam.Si vero non offert debitum, sed confiteatur libello susceptο,& in figura iudicij:tunc fit litis contestatio de plano, in qua non requiritur iuramentum calumniæ,vt no.ff. de nego. gest. l. at qui natura. §. cum me absente.Si vero contradictionem opponit,fit litis contestatio,& exigitur ca lumniæ iuramentum.C.de iud.l.rem non nouam.C.de iur.cal.l. 2 in prin.C. de excep.l.si quidem. Bal. ¶ Si pater satisdat pro filio de iudicio sisti,an videatur persona filij legitimari,sine aliquo consensu? Videtur,quod sic. ff. qui satisda.cogan.l.filius.sed ibi pater erat in iudicio nomine filij, non filius. Ad idem quia qui fideiubet,consentire videtur.ff.ad Mace. l. sed si pater. §. non solum. Tamen si ista satisdatio præstatur ante litem contestatam , non videtur sufficere:quia oportet quod pater consentiat alio tempore, scilicet tempore litis contesta.ff.solu.matri.l.si cum dotem.§.eo autem tempore.& istud est tutius. Tamen etiam credo primum verum : quia consensus perseuerat, donec reuocetur: & quotidie consentire videtur.argumen.ff.de vsufr.accr. l.j.in fi.Bal.vide infra ti. px.§.conuenit.& seq.& §.an sufficiat.& J. px. ¶ Sed quid si statutum dicat,q̃ filius non possit se obligare sine expressa licentia patris:& in codẽ instrumento filius & pater principaliter se obligant: vel vnus pro altero fideiubet,nec dicitur,quod pater dederit licentiam filio,an sufficiat? Quidam dicunt,q̃ non:quia est tacita licentia,non exptessa. Videtur.n. fideiubere,non consentire.ff.qui.mo.pig.taci.contrahi.l.si gratuitam.§. 1.ff. qui.mo.pig.vel hyp.sol.l.Titius Sempronius.in prin.Nam & duo rei videntur inuicem fideiubere. l. vir vxori.§.fi.ff.ad Vell. Sed arg. quod sufficiat. ff. de proc.l.filius.§.sed & filia. Et si dicatur quod non est expressa licẽtia , dico q̃ satis est expressa rebus ipsis & factis.arg.ff.de leg.l.de quibus.& necessario sequitur ex verbis,quod ex tenore verborum aperte colligitur.arg.ff. de lib. & posth.l. Gallus.§.fi.Nam & ratione statuti satisfactum videtur:ergo & ipsi statuto.ff. de ritu nup.l.libertus.§.senatus.C.de iud.in l.fi. de cond.& dem. l.cum tale.§.pe.in gl.Sed quidam pronunciabit contrarium, inhærens, verbo, expressa.arg ff.de auto.tuto.l.fin.cum glo.& l.etiam.& quod no.ff.de reg. iur.l.vbi non voce.ff.de adoptio.l.si pater naturalis. per Gul. nam nec tutor si se obligat vna cum pupillo, dicitur ipse sufficienter autorizare.quia requiritur verborum expressio,qd̃ est tutius,Bal. vide J. de pcu. §.sufficit gsalis.

¶ De Accusatore. a Rubrica.

ADDITIO.

l Consulo. ¶ Secundum Rof. Bene. vbi s. in fine.

a tur. a ff c. quos prohibet ꝓtor. ext. de excep. exceptionem. 2. q. 7. c.
b alieni. b Item, q̄ est prænuncator & infidelis. C. de aduo. diuer. iu.
l. 1. quia prodit clientulos suos, qui punitur extraordinarie: vt 2
q. 3. si quem. §. notandum ver. prænuncator. quod dic, vt j. §
nūc tractemus, ver. caueat etiam. vltra latrocinium enim peccat, qui
clientulum pro viribus non defendit: vt 77. dist. in religiosum de
cuius pœna vide j. §. fi. ver. quid si per imprudentiam. & seq. Vn-
de hodie iurare tenetur, q̄ omni virtute, omnique opere id, quod
verum & iustum æstimauerit suo clientulo inferre procuret, vt
c in const. Greg. X. de post. properandum. §. 1. c † ¶ Argu. tamen,
14 q̄ idem possit esse aduocatus vtriusque partis: & tunc allegabit
d pro ista, nunc pro illa. 45. di. disciplina in fi. d extra. de postu. præl.
bonæ. 1. 93. dist. diaconi. & c. legimus. Item q̄ est simoniacus, quia
aliquem pro pretio elegit: vel fuit falsus testis pro pecunia: vel in
aliquo peccauit circa suum officium. Nam talis infamis est. nec
e postulat: vt 1. q. 1. in fi. literæ. secundum Io. de Deo: e & j. ver. item
15 quod recipit. † ¶ Item, quod nimia cupiditate rapitur: nam pro
vili stipendio tanquam degener postulat, cū sit infamis. 3. quæst.
7. §. tria. ver. apud vrbem. Item, quòd pactus est de quota parte
litis cum clientulo cum graui eius damno. nam & sit infamis. C. e.
si qui. & l. seq. §. præterea. & 3. q. 7. §. tria. & ver. arcentur. de hoc
j. de salariis. § sequitur. ver. illud autem. & sequen. Item, quod à
clientulo suo res tales lite pendente emit, vel aliàs cum eo con-
traxit. C. e. quisquis. §. præterea. Item quod est excommunicatus.
11. quæst. 3. excommunicatos & capitul. sequen. extrà. de excep.
exceptionem. 4. quæst. 1. cap. 16. quæst. 1. beatus. & cap. illi. & 2 q.
f 7. alieni. & s. in prin. ver. 1. f Item, q̄ rectorem ecclesiæ, in cuius fo-
10 postulat, interfecit, ext. de pœn. in quibusdam. licet ibi de alio
aduocato loquatur. Item, quod recepit pecuniam ob non aduo-
candum, vel est ꝑdemnatus lege Iulia repet. ff. ad l. Iul. repet. eadē.
g in fi. quæ est 1. q. 1. in fine, secundum domin. meum. g Item, quod
scienter. Item prorogat, quod dic, vt j. §. fin. ver. item sit cautus,
16 ne litem. † ¶ Item, quod est minor 17. ann. h ff. de postul. l. 1. §. ini
h tium. licet in procuratore requirantur 25 ut s. de procuratore. §.
i 1. ver. item, quòd est minor. Et est ratio: i quia procurator obliga
tur actione mandati. & ipse etiam condemnatur: vt ff. manda. si
remunerandi. §. primo ff. de nego. gest. liberto, vel amico. Vnde
quia propter ista posset procurator, si esset minor restitui: ideo
non debet esse minor. In aduocato autem ista cessant, & in teste:
vt §. 1. uersic. item excipitur, quod impubes. Item, quod fuit ad-
uocatus in causa principali: vnde non debet esse in causa appella-
tionis, pro altera parte præsertim, secundum eos, qui tenent, qd
causa appellationis eadem sit cum principali. ar. in his, quæ not.
j. de teste. §. 1. ver. item, quod fuit. & j. de salariis. § sequit uer. sed
nunquid. Exemplum enim pernicioſum esset, si is, cui causæ meæ
secreta mandau, in causa appella. contra me patrocinetur etiam
si alia causa dicatur à principali. Azo tamen contrà notauit ff. de
k post. l. pe. k † ¶ Item, quod aduocat contra ecclesiam, à qua est be
17 neficiatus. ext. de postu. c. fi. vel cōtra episcopum à quo beneficiū
habet, extr. de excess. præl. grauē. de verb. signifi. cum clerici ¶ Su-
l per hoc autem scias, l quod quidam sunt beneficiati ab ecclesia,
non tamen in ea: & tales non dicuntur proprie clerici ipsius ec-
clesiæ, à qua beneficium habent, vt. sunt illi, qui habent beneficiū
in diœcesi. Alij sunt beneficiati ab ecclesia, & in ecclesia: & ta'es
dicuntur clerici ecclesiæ, qui magis sunt coniuncti, quam alij: ut
sunt multi tales in ecclesiis cathedralibus. & etiā canonici earum.
Primi perdunt beneficium quod habent ab ecclesia, si postulent
contra eam, vel episcopum: vt dicunt quidam, à quo habent be-
18 beneficium, vt prædixi, multo fortius secundi. † ¶ Quid si habet
beneficium in pluribus ecclesijs: nunquid patrocinabitur vni con
tra aliam? Respon non: sed de concordia tractet. ar. in præ. decre.
de postu. cap. fi. & 14. q. 5. denique, nisi esset in vna prælatus: quia
tunc potest contra aliam. ar. ff. de in ius voc. quæsitum. & 3. q. 7 c.
infames. §. tria ver. item si cōtra patrem. Sicut aduocatus fisci po
stulat ꝓ tra fiscum pro pupillo suo. ff. de postu l. pe. de hoc ext. eo.
m c. fi. m] ¶ Sed nunquid clericus heneficiatus ꝓiunctæ personæ po-
19 terit ꝓtrà ecclesiam suā patrocinari, vel esse procurator? Videt,
q̄ sic, extra, de postu. capitul. fin. ibi: pro extraneis aduocatus, &c.
ergo a contrario pro coniunctis poterit. Nam & decuriones po-
stulant contra prouincias. ff. eo. hi qui. Dic contrà, secūdum Vin-
cen. & in præd. decr. supple, maxime. Richardus vero dicit quod
litera illa videtur velle, quod pro coniunctis possit: licet non salu
20 briter hoc fieri possit: † quia non debet plus diligere sanguinem
suum, quam ecclesiam, quę ipsum domino sociauit, extra, de pœ-
nis. capitu. 2. 89. dist. decenter. & quæ mater est. 12. quæst. 2 qui ab-
stulerit. Vnde dicebat, quod patrem suum contra ecclesiam pro
priam non iuuaret. & pro eo fecit 43. distinct. si rector. in princip.
ibi: neque oppositistis vos. &c. & 23. quæst. 8. conuenior in princ.
& c. leg. in fi. Vincentius dicit, quod pro patre & pro matre im-
potentibus potest: prius tamen obtenta licentia: alias non, nisi
velit perdere beneficium. Pro se autem potest: quia ordinata cha
ritas, &c. de pœniten. distinct. 3. qui vult. & agris meis sitientibus
alieni irrigandi non sunt. C. de seruit. præses. prælatus autem nemi-
nem contra suam ecclesiam iuuabit: imo eam iuuat cōtra omnes,
etiam si ante fuit pro alio aduocatus, in causa illa, si cut & tutor.
3. q. 7 c. in fames. § tria. versi. si contra patrem. ff. de postulan. l. fi.
21 & ad hoc facit quod no. j. vers. item quod postulat. † ¶ Sed nun-
quid potest pro suis contra aliquem de ecclesia postulare? puto
n q̄ sic, s'm Vincent. n & etiam pro extraneis s'm do. meum o, nisi
o ille obtineret vicem vniuersitatis. arg. 12. q. 2. qui manumittit. ff.
quod cuiusq; vni. no. licut. 81. dist. legitur. ff. pro socio. l. nam so-
p cius. licet sit arg. ꝓtiā, ex. de off. deleg. cum R. P. Honeste tamen sa-
q cier, si abstineat: q quia non omne quod licet honestum est. ff. de
reg. iu. non omne. 11 q. 1. aliud. Sed & œconomus monasterii, cui
datur centesima, uel quinquagesima, potest postulare ꝫ episco-
pum dantem pro extraneo & familiari monasterii: & pro quolu-
22 bet alio. † quia cēsima vel quinquagesima locum obtinet elee-
mosynæ, non beneficij. 12. q. 2. bonæ rei. ext. de dona. apostolicæ.
Præmissa autem intellige de beneficio, ratione cuius est ecclesiæ
obligatus, & q̄d spirituale est, vt qa est canonicus p̄bendarius, vel
rector, vel præpositus ecclesiæ. Si autem esset tale, quod iam pro
meruit, & temporale est: vt quia in seruitii remuneretionem da
ta est sibi possessio aliqua: tūc nihilominus poterit pro extraneis
contra ecclesiam postulare. 19. quæst. 1. possessiones. & q. 6 illud.
22 quæst. 2. quicunque. nisi illud haberet, ut vasallus: vt j. dicam.
23 † ¶ Sed nunquid potest quis postulare pro miserabilibus perso-
nis, quæ non possunt alias aduocatum habere contra ecclesiam, a
qua beneficium habet? Dic, quod sic. si tamen ecclesia bonos ha-
bet aduocatos argum 86. distinct. cap. fi. in fin. & 3. q. 7. capit. infa-
mes. § tria versi. si verò in uno. & C. de postu. prouidendum. § si
quis uerò. Et hoc, nisi habeat cōscientiam, quod ecclesia habeat
jus: quia tunc non cogetur: si dubitat, obediat iudici. argu. extra,
de senten. excommu. inquisitioni de resti. u. spo. ex parte. 11 q. 3.
quid ergo. Prosequere, vt in Summa domini mei, eodem tit. §
r quid pertinet. uer. sed nunquid. r Quid si dicit se habere conscie
tiam, quod ius est pro ecclesia, ut coactionem euadat? Respōdeo
deferatur super hoc sacramentum, vel excommunicetur hoc mo
do, scilicet quod eas defendat, nisi credat ecclesiam iustam cau-
sam fouere. Quod dic secundum dominū meum. ut in eo. § uersi.
s quid si clericus. s † ¶ Quid si aduocatus hēt feudū ab ecclesia sub
24 ea cōditione, ut in omni causa ipsam iuuet: postea recepit ab alia
ecclesia aliud feudū sub eadem conditione, inter quas ecclesias
postmodum quæstio orit: quæritur quam iuuabit? Respondeo,
quæstio dominicalis est, & solutio quod si sciat primam ecclesiā
iniquam causam fouere, iuuabit secundam. 11. quæst. 3. uæ qui di-
citis. & C de iudiciis. rem non nouam. & extra, de iure eiu. ubi de
hoc: ecclesia tamen prima eum habebit pro periuro: licet ipse te-
neat sequi suam conscientiam, ut in præ. c. literas. & c inquisitio-
ni. 11. q. 4 sentit. Si uero hoc ignoret, iuuet per se primam, & se-
cundam

ADDITIONES.

a Patiatur. ¶ Idem Tanc. in ti. de aduocatis.
b Alieni. ¶ Vide quod circa hoc distingue j. ver. antepe.
c §. 1. ¶ Reuocata est quia non est in 6. circa aduocatos curiæ Romanæ pri-
mò vult hæc ꝓstitutio præ. Benedicti circa mediū, ver. ad hæc statuimus. Et
aduerte, quia illa, & ista ꝓstitutio alleuiabat aduocatos in hoc, quia lex, rem
nō nouā. volebat in singulis causis iurari: sed ꝓstitutiones istæ Greg. i omni
foro, Benedicti in curia Romana generale iuramentum pro omnib. causis
exigunt semel in anno. Illa tamen non determinabat tempus: ista determi-
nauit personam, coram qua & tempus. Ista etiam arctat procuratores ad iu
randum, sicut & illa.
d In fi. ¶ Ibi de hoc, sed ibi Moyses erat medius inter iudicem & partem, iu
dex. bonæ. iu dex, q. est medius inter partes licitè allegat ius vtriusq;. Secus
in aduocato, qui non assumpsit officium mediatoris, sed partis: quod etiā ex
ipsius descriptione apparet. Canones ad hoc alleg ri puto: q a Hieronymus
i primo extollit diaconos ꝫ presbyteros, in secūdo presbyteros ꝫ diaconos
sed primum, vt cesset oppressio, secūdum, vt cesset elatio. Et vide j. § nunc
tractemus. ver. sed nunquid.
g Secundum Io. de Deo. ¶ In ordi. iudic. lib. 4. rub. de pœnis aduocatorum.
in prin.
e Ver. 1. ¶ & de sen. exc. decernimus. li. 6.
f Meum. ¶ in Summa e. ri. §. 4. ad fi.
g Xvii. an ¶ Qui eos non ꝑpleuit: vt ibi Io. de Deo, vbi s. dixit de 25. puto, q̄
errore scriptorum qui dicunt de 18. scil. quia non attigit.
h Est ratio. ¶ Secundum Ref. cuius fuit iste ver. & seq.
i l. pen. ¶ Vide j. §. nunc tractemus. in fi.
k Autem scias. ¶ Secundum Pe. & Ab. qui hoc no. e. tit. c. vlt.
l c. fi. ¶ Vide j. ver. quid si aduocatus. in fi.
m Secundum Vin. ¶ In præ. decr. vlt.
u Do. meum. ¶ e. tit. §. 4. ver. quid in dubio.
o Cum R. ¶ Non sequitur, si propter ꝓfraternitatem in ecclesia recusatur à iu
dicando, vt suspectus. quod propter id impediatur postulare.
p Si abstineat. ¶ Secundum Host. vbi s. Non enim est curiale facere ꝫ fratrem
spiritualem, quod non faceret contra carnalem. Alleg. de transla. episc. c. 2.
30. q. 3. c. ita diligere.
q Sed nunquid. ¶ vbi longe plenius.
r Si clericus. ¶ Vbi ostendit iuramentum defensionis uel fidelitatis. per eum
ecclesiæ prælatum, non obstare: & respondet ad l. humanitatis. C. de ca-
cuf. tut.

cundam per substitutum.arg.C.de epi.& cle.ad similitudinem.ĵ. de feudis.§ quoniam.ver.12. & dicas hæc iura,quæ in quæstione
a dominicali disputata habentur.[a]† ¶ Quid si is,qui tenetur aduoca
25 re pro aliqua ecclesia,sit episcopus alterius? Dic,quòd seruiet primæ per substitutum. Idem etiam potest vasallus facere,si fiat claudus,vel cæcus:vt no.in præ.q.fm H.& T.& B.j. Sed nunquid is, qui iurauit defendere ecclesiam, tenetur id facere etiam non requisitus? Dic,ꝙ si est in loco,vnde potest cõmode venire,& scit causam agi,& suum ꝓfilium esse vtile:tunc tenetur: aliogn nõ:sed nec tenetur,si ecclesia sibi non seruauit fidẽ:vel si ei salariũ suum subtraxerit:vel si ꝓscientia eum remordet. Quæ dic vt not.ext.de
b iureiu.[b] vel si est sibi ingrata: vt no.ext.de postu.c.fi †¶ Sed pone,
26 abbas dedit rem in feudum alicui iurisperito,[,] vt sibi præstet patrocinium:demum ille moritur abbas autem vult illud feudũ reuocare,quia dicit se ꝓcessisse rõne personæ;[;] hæres aduocati filius vel filia ꝑ dicit:quærit quid iuris? Dico,ꝙ si fuit dictum,ꝙ personæ patris dabat,non transit feudum in hęredem.ar.ext.de insti.c. pen.Si verò simpliciter,tũc trãsit.arg.l.di.c.1.in fi.1.q.1.eos.in fi. ext.de ꝓsti.ex literis.Impleta enim fuit voluntas,vt impleri potuit. arg.ad hoc C.de cad.tol l.vnica §.ne autem hoc quod.vers.in omnip.& seruiet per substitutum.arg.de an.le.annua.in fi C.de episc.
c & cle.l.ad similitudinẽ.& l.quisqs. vbi de hoc. [c] Sed si esset ecclesia læsa,tunc restituet ext.de in integ.rest.c.1.fm Vber de Bo.etiã hæc vera sunt,si hęres velit seruire per æque idoneum substitutũ, vt ff.de ꝓsti.pecu l.qui autem.§ fi C.de na.lib.l.3.§.fi.ff. quod me.
27 cau.peto.§.fi.& l.seq.Secus si non sit æque idoneus:vt in prę.§ ne autem.ver.si autem.in fi.ff.de sol.inter artifices.†Et hoc etiam locum habet in minore,cuius patri feudum datum fuit:& in docto-
d re,qui vult legere per substitutum. [d] ¶ Item excipitur ꝑ aduocatum,ꝙ est decurio: qui ꝑ suam patriam aduocare prohibet, nisi pro se,vel suis,& nisi pro pupillis,quorum tutelam gerit. ff. eo.l. pen.¶ Sed secundum hoc, nunquid aduocati nostri temporis aduocabunt contra patriam suam, puta si Respublica causam habe-
e bet ꝑ extraneum? non videt,iuxta illud.[e] Pugna pro patria. Non enim dixit ꝑ patriam.23.q.3. fortitudo & q.8. omnis. & c. nulla. ext.de puer.infid c.1.ff.de iusti.& iu.vt vim. Sed dic ꝑ: & est alia ratio in decurionibus.nam & eis facultatib.lapsis alimenta decerni permissum est:vt ff.de decur.l.decurionibus. Consulo tamen, ꝙ sibi faciant iniungi à loci magistratu,clientulo procurãte,arg. ff.de condict. inde.frater à fratre. Et sic sæpe vidi in Romana curia.Nam papa præcipiebat aduocatis eius hoc clanculo procuran
tibus,vt agentibus ꝑ ecclesiam Romanam,& defectum aduocatorum prætendentibus,in causis,assisterent contra eam. arg.extr,
28 de reiudic.ad apostolicæ.lib.6.† ¶ Quid si pater agit ꝑ patriam, vel quid si videt aliquem velle interficere patrem:alium velle cõburere patriam:quæritur quem iuuabit, vel cui primo succurret? Respondeo,dicunt ꝙdam ꝙ patriæ:arg.in præ.concord.Charior est enim amor patriæ,quam patris.ff.de cap.& postli.reuer.l.post liminium.§.filiusfa.& communis vtilitas,&c ext.de postu. præsa. c.bonæ.1.& C.de cadu.tol.l.vnica.§.fi.Dic ꝑ,arg. ff.de iusti.& iu-
f veluti.vbi primo ponitur in ordine literæ, parentib.& postmodũ patriæ.[f] ar.43 dist.sit rector.in fi.& C.de off.præ.vr.l fi & de no-
29 uo Cod.compo.prope.fi ext de rescriptis.cum dilecta. † Naturaenim facit,vt maior amor sit inter eum & patrem,quam inter eum & patriam:vt de cõse.dist.vlt.c.fi.in f. mo vna caro sunt.35. q.2.ca contradicimus.§. hac auctoritate & C. de in pub. & aliis sub.l.fi & primum debemus circa domesticos operari.86.distinc. non satis.in prin.& excommunicandus est filius patrem non honorans,seu iuuans:vt 30 di.c.1.¶ Item excipitur ꝙ est clericus,& domesticus iudicis ext.de appella.ex insinuatione.Item quod prece vel pretio falsam aduocationem instruit,vel instructam defen
30 dit:vt j.§ fi.ver.item cauet nc.† ¶ Item,quod postulat ꝑ eum,cuius est vasallus.arg. 22.q.vlt.de forma.& in libro feu.qui.ca.feu. ami.c.vnico in prin.& § prę.& qb.mo.feu.amit.c.vnico. in prin. extra,de na.ex libe.ven.c.vnico. Si tamen vasallus pro coniuncta persona postulat contra dominum,non ob hoc forte perdet feudum:arg.ext.de postul c.fi.§.clericus.ibi:pro extraneis,&c. à contrario seu[,] quia non intelligitur promittisse sibi fidelitatem contra se,vel suos.vt ext.de iureiurando.c. petitio. cum suis concor. & hi,quibus interdicitur postulare pro alijs personis, pro huiusmodi personis tamen possunt.4.q.vlt.omnib.ff. de postulan.l.1. §.fi.& l.sequen.quia nullus carnem suam odit.13.q.2. nonæstime
31 mus.† Imo illa probanda est liberalitas: vt proximos tui seminis contemnas.86.dist.non satis.prope prin.& C.li. 10 de impo. luc. descrip.l.vnica.Et præterea aduocatus non accusat: vt ff. de bon. lib.qui cum maior.§. idem puto Et ad hoc facit,quod nota.ŝ.ver. sed nunquid clericus.Item excipitur,ꝙ non iurauit statim post iu
g ramentum à partibus præstitum, ꝙ credat iustam causam fouere:& quod quam citò causam sentiet desperatam, discedet. hoc enim tenetur iurare: alioquin repellitur. C. de iudiciis. rem non
g nouam. Bal. tamen dixit § quod vt sic iuretur,illa lege cauetur, sed hoc consuetudine non habetur. Dominus meus dicit,ꝙ illi iuri nulla consuetudo potest præiudicare:vt nota.ext de fo.com
h pe Romana.§ nec.lib.6.[h] & probatur hodie in constitu. G.X. de
i postulan properandum. [i] Item,quòd monitus a iudice,vt alicui patrocinetur,noluit parere:nec se sufficienter excusauit.3.q.7.d.
32 c infames.§.si quis uero.† ¶ Item,quod non potest dici aduocatus. Nam aduocatus est, qui omnino causis agendis quoquo studio operatur: non tamen, qui aliquid accipere solet, non causæ affuturus ff.de va & extraor co.l.1 § aduocatos. Est etiam necessarium,quod leges quinquennio audiuerit.C.de aduoc di.iudi.iubemus pro tempore.§.nec de cætero.& in prœmio Digestorũ. §.discipuli. & quod doctor eius iuret eum peritia iuris instructũ. C.eodem.nemini. per quod patet illiteratum non posse aduoca-
33 re.† Turpe enim est patricio,& iustractanti,ius,in quo versatur, ignorare.ff.de ori. iur.l.2.§. post hos.argum.tamen contra.C.de iudiciis.l.pe.quia etiam cum nõ prohibeatur,admittitur. De hoc
k ŝ.ver. item quod non habet. [k] Generaliter autem postulare po-
l test,qui non prohibetur. ¶ In summa nota,[l] quòd cum quis aduocare prohibetur, aut accusatur de facto, quod irrogat infamiam,aut quod nõ irrogat. Si de facto,quod irrogat infamiã,vt ꝙ est prævaricatos,uel litium redemptor,& conuincitur:& propter hoc ab aduocando prohibetur, tunc in perpetuum non poterit aduocare siue causa sit expressa in sententia,siue non:nisi fuerit a Principe uel a Senatu restitutus: ut ff.de postu. l. prima.§. ait prætor.& l.ex ea causa. Si uerò de alio,quod infamiam non irrogat, & propter illud ab aduocando prohibetur.aut iudex prohibuit eum coram se postulare ad tempus,aut in ꝑpetuum,aut simpliciter.Si ꝑhibet coram se postulare,tũc poterit coram eius successore:ut eo.tit.Imperator.Si verò in perpetuum, aut ꝑhibetur cum causę cognitione:& tunc nisi appellauerit, non potest ulterius aduocare:ut prædict.l.prima. Aut sine causę cognitione: & tunc non tenetur stare sententię tempore successoris.ff.de pœ l. fin Cæterum si sit simpliciter prohibitus,dicunt Io & Azo.quod per petitio uidetur prohibitus. Nam si stipulor annua decem,hęc stipulatio pura est.ff.de uerb oblig.Stichum,aut Pamphilum.§ j. aliàs incipit,& ideo.Melius probatur 50 distin.c.primo.in fine.&
m ext.de constit ex literis [m] cum suis concor. Tu dic,ꝙ tunc solum intelligitur prohibitus durante officio iudicis prohibentis, non in tempore successoris.argumen.ff. de pœ.si operis.& in prin.de-
34 cre.ex literis.† Nam pœnæ restringendæ sunt.de pœ.dist 1.pœnę. ff.de pœnis.interpretatione.¶ Vltimo nota,quod ad officium iudicis pertinet prouidere,ut par sit hinc inde distributio aduocatorum.ut ŝ.de off iudi.§.deseruire uers.ante lit.De diuersis appellationib. aduocati dicam extra,in consti. Greg.X.de postulan.pro-
n perandum in prin. [n]

ADDITIONES.

a Habentur. ¶ Quæstionem istam,& tres alias circa materiam aduocatorum vide super regula,contractus,de reg.iur.lib.6.& ibi in solutione primæ inuenies quod statim sequitur.

b Breui. ¶ Vt ibi scripsi super gl.2.distingue formam iuramẽti.facit de priui. porro.ff.de transact.l.de his.

c De hoc. ¶ ff.de uer.obl.continuus.§.si ab eo.& in vsib.feu.si de feu.contro. fu.c.si quis decesserit.& 33.q.2.latorem.& vide Iaco. de Bel. super præd.l quisquis.

d Substitutum. ¶ Vide ĵ.de falsa in fine.& quæstionem super regula, qui facit.de reg.iur.lib.6.

e Illud. ¶ Catonis post prin.

f Patriæ. ¶ Tenentes primum dictum per eundem modum inducunt.C de aduo.diuer.iud.l.aduocati, vbi præponitur patria parentib. & ibi de hoc ꝙ Cy. per eundem modum inducuntur illa iura quando pater præcepit uni, & patria ꝑrium. Pro patria inducit præ.l.postliminium.§. filiusfa. de relig. & sump.fu.l.minimè. Guido de Suza.in præ.l. veluti,dicit iustiori parendum.ff.ne quis eum,qui in ius vo.l.1.in fi.cum l.seq.si æquè sunt iusta, obediat patriæ,per leges pro ea allegatas.

g Dixit. ¶ Imperatori Federico,vt dicit Rof. Accur.ibi dicit, quod cuidam eius iudici.

h Libro 6.¶ Vt ibi scripsi super verbo aduocato.

i Properandum. ¶ Quam hodie non habemus.li.6.& sic est reuocata. Vide quod dixi ŝ.ver.item quod est prævaricator.

k Non habet ¶ Et ibi solutio contrarii.

l Nota. ¶ Secundum Azo.in Summa,eod.tit.de postu.vers.item per decret

m Ex literis. ¶ Et opi.Odo.quam ibi scripsi super gl.hoc dicit:adaptatur huic casui.Et de materia huius gl.ff.de postu.l.puto.§.1.& C.e. ti.l.1. vbi etiam hæc distinctio per Cy.qui etiam ibi in fi no.secundum Odof.& Pet. ꝙ si aduocatus prohibitus appellauit, appellatione pendente poterit postulare, p l.in fi.ff.ad Turpil.quod placet.& facit quod no.de app.sæpe.in gl.sic ŝ.in fi. quod intellige,nisi casus esset in quo non esset appellatio admittenda,de ap pel.Romana.§.fi autem.li.6.& uide j.de ap.§.in quib.

n In prin. ¶ Quam vt prædixi,non habemus.quod tamen ibi dixit,vocantur aduocati.De hoc vide iura,q scripsi de postulan.super Ru.Ité rogati.de pę. di.1.c.nemo.C.de aduo.diuer.iud.l.ne quis.& l.q.quid.cum 4.seq.& j.pxi. §.item cauſidici.C.de postu.quisquis.item patroni causarum.C.de aduo.diuer.iudi.l.1.& l.aduocati. Item honorati.C.de off.ciui.iudi.l.1.& quandoq; iudices.de elect.fundamenta.vers.iudices.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Talis præsumitur quis, qualem eum indicant vestes esse, cum tamē non semper ita sit, vt vestes indicant.*
2 *Vestis debet esse conueniens statui, ordini, & officio. Aduocati dicuntur sacerdotes & milites.*
3 *Aduocati non debent ad iudicis conspectum accedere habitu inornato. Sordes in vestibus affectatæ laudem non pariunt.*
4 *Cuius conuenientiæ debeant esse aduocatorum vestes.*
5 *Incompositio corporis qualitatem indicat mentis.*
6 *Deferens ex humilitate, vel corporis necessitate humilem habitum, non est ideo contemnendus.*

¶ Quales vestes debent habere aduocati.

a 2.§. Sequitur videre de uestib. aduocatorum.[a] Et quidem aduocatus coram iudice accedens ad aduocationis officium exercēdum, vestes talares hēbit, & suo officio congruentes: vt C. de postu. l. fi. quæ est de pœn. dist. nemo
1 probatur 23 di. c. pen. iuxta illud: † Vir bene vestitus, p̄ vestib. esse peritus Credit à mille, q̄uis idiota sit ille. Si careat veste, nec sit ve
b stitus honestè, Nullius est laudis quamuis sciat omne q̄d audis.[b] Talis enim prima facie quis p̄sumitur, qualem eum indicāt vestes esse: vt ff. de iniuriis Item apud. §. fi quis virgines ex. de sentē. exc. p̄tingit. 1. ff. de iure fis. diuus, & l. sed si accepto. Vnde Seneca ait vxori Neronis: Induc te delicate, carissima, non p p te, sed p̄ p̄ honorem Imperii. Ad quod facit. 21. q. 4. c. 1. ibi: non p p necessitatē
2 &c. & ad idem extra. de custo. euch. c. 2. in fi. cum suis p̄cor. † debet igitur vestis esse q̄uenientes statui & ordini & officio: vt in præ. p̄cor. & ext. de vi. & hone. cle. deus qui. & 21. q. 3. c. 2. & c. seq. & hoc fun
c tollitur p̄. ea. q. c. 1.[c] ¶ Præterea aduocati dicuntur sacerdotes: vt ff. de iust. & iu. l. 1. & sacerdotes habere debēt vestes suo officio cōgruentes. de quib. legitur. C. de sacrosanc. ecc. sanc̄imus. in prin. & 23. dist. p̄terea. & 43. dist. sit rector. 8. q. 1 licet. in fi. 16. q. 1. reuertimini. ex. de custo. eucha. c 2. ext. de sacra. nō iter. c 2. quas non debēt deserere sine causa, ext. de uita & ho. cleri. clerici. in prin. & versi. sed nec alibi 21. q. 4 sine Sunt etiam milites. C. de aduo. diuer. iudi. l. aduocati. & milites habent militaria insignia, quæ si eis detrahuntur, fiunt infames. ff. de his, qui no. infa. l. 2. Ornati ergo debent esse in uestibus, & vt illi. quibus assimilantur: quia dignum est, vt q similem. &c. ext. de statu monachorum. recolentes. Ipsi quoq; togati à toga veste dicti sunt C. de postu. l. pe. Deseruiat igitur nomini quod debet esse consequens rei. Inst. de do. § est & aliud 16. q. 1. si cupis. C. de episc. & cler. decernimus. C. de defenso. ci. defenso
d res.[d] † Non ergo accedant ad iudicis conspectū, nisi in habitu or-
3 nato: vt 23. di. c. pe. in fi. & 21. q. 4. sine ornatu. quia in domibus regum sunt, qui mollibus vestiuntur: vt 21. q. 4. c. 1. in fine. & Lucæ 7. & edictum de postulando proposit̄um est, vt non solum ratio tuendæ dignitatis habeatur, sed etiam decoris: vt ff. de postul. l. 1. respon. 1. Licet enim ex ornatu vestis non sit quis iustitiam habiturus. vt 30. dist. si quis virorum. & licet vestis humilis & ornatus non coloratus laudetur: vt 41. dis. parsimoniam. tamen affectatæ in vestibus sordes laudem non pariunt: vt ea di c. i. ext. de cust. eucha. c. 2. in fine. Sæpe enim, maxime inter ignotos, vestis est causa honoris, iuxta illud: Hunc homines decorant, quem vestimenta decorant, vt s. probatū est & quem iudex maioris ornatus inspiciet. maioris existimabit esse auctoritatis, & ei assurget salutatione delata, dicens ei: sede à dextris meis, ad quod quidem tenetur: vt C. de off. di. iudi l. fi. in fi & eum præ aliis honorabit: vt C. eo. ti.
4 l. pe. † ¶ De meo ergo consilio gerant uestem suæ professioni cōuenientem, non diuersi coloris, aut diuersæ partis: vt 20. q. 1. c. fi non nimia breuitate aut longitudine notanda: vt ext. de vi. & ho. cle. clerici non sericis texturis variatam. uel uariis coloribus ornam
c tam: ut Guid de Suz. Mutinæ legum professor[e] 21. q. 4. c. primo. non fissam: vt Iac doct. decre. Bou. 21. q. 4 præcipimus, quia dissolutos & fractos uestib. non recipimus: ut 41. distin. parsimoniam.
5 †. ¶ Et incompositio corporis qualitatem iudicat mentis: ut ead. distinct. cap. fina. Regionis igitur, in qua sunt morem seruent: & his, cum quibus viuunt, se conforment 41. dist. quisquis. in princ. 12. distinct. illa. 8. distin. qui contra. ut cum in Italia fuerint, palliis affibulatis vtantur: cum verò vltra montes, cappis manicatis, uel palliis diffibulatis, vt domini legum Bon. vestiantur: ut no. 30. dis. si quis virorum & probatur in præ. decr. clerici. in fi. & ver. cappis. Sed & etiam alio ornatu se honeste gerant: puta in sotularib. frenis, sellis, pectoralib. calcaribus, fibulis, corrigiis, & aliis ornamentis: ut prædi decre. cler. C. lib. 11. nulli licere in frænis & equestrib. sellis, &c. l. vnica. & in eo. lib. de vestibus holo & aurat. l. nemo. &
6 96. distinc. Constantinus. palea est. † Volentem autem ex humilitate, uel corporis necessitate humilem ferre habitum, non con-
f temno: vt P. de Combis[f] in Monte pessulano? vt in præ. c. si quis virorum & c. parsimoniam. & 23. dist. his igitur circa medium. & 41. dist. cleri. s.

ADDITIONES.

a Sequitur videre de uestibus aduocatorum. ¶ Ab his incipit suum tractatum Vber. de Bon. & Io. de Deo. sunt verba quasi ad literam, vsque ad ver, si ergo.
b Quod audit. ¶ Habuit à Ros. super constitutione de suffragio.
c c.1. ¶ versi. omnem quippe.
d Defensores. ¶ Hic continuabat Io. de Deo post Vber. id quod ponit autor, j. §. iam nunc. versi. porrò.
e Prof. ssor. ¶ Forte cum autor ibi legit, de quo s. de tut. §. generaliter. ver. fiet hoc, quia Rheginus fuit.
f Combis. ¶ Et nostris diebus Boatinus de Mantua in studio Paduano. Nūc, vt dixi, verba Vber. de Bon. multum ampliauit Io. de Deo. cuius verba etiā ampliauit author, & ordine meliori prosequitur hic enim posuit quartum post vestes ipse Io.

SVMMARIVM.

1 *Tres sunt personæ, quibus omnimoda veritas est aperienda.*
Ignorantia facti sæpissime peritissimos fallit.
2 *Consilium seu respōsum peritj, requirit veritatis omnimodam apertionem.*
3 *Aduocato expedit habere scripturam super narratione facti, quam clientulus facit.*
4 *Accusare vel agere uolentes debent habere probationes paratas.*
Initijs inuentis exitus cogantur.
5 *Defendi non debet, quod ratione vti non potest.*
6 *Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo.*
Famam propriam negligens, crudelis est.
7 *Roboam regnum perdidit, quia nolunt seniores & sapientes audire.*
8 *Minori sæpe reuelatur, quod maior ignorat.*
9 *Patrocinium, quod plurimorum sensibus approbatur, est integrum.*
10 *Dubius est huius euentus.*
11 *Prius quam demandatum sit alicui secretum causæ, an poterit contra alium in eadem causa esse aduocatus.*
12 *Aduocatus quondam fisci potest esse contra fiscum in alia causa, in qua non dedit ei patrocinium.*
13 *Causa appellationis est alia a principali.*

¶ Qualiter aduocati se habere debeant cum suis clientulis.

3.§. Nunc tractemus qualiter aduocatus se debet habere cum clientulo, id est, cum eo, cuius causam suscepit defendendam: ut C. de iudiciis. properandū. § illo proculdubio. uer. honorariis. Frustra enim aduocatum habet is, qui causam non habet. de pœn dist. 2. si enim inquit in 2. colum. versic. in
1 toto autem mundo. argum. 1. quæst. 1. multi. † ¶ Et quidem si ad
a portum salutis[a] peruenire desiderat, cum is, qui litigare intendit, ad eum primo peruenerit: dicat illi, charissime, Tres sunt personæ quib. est omnimoda ueritas aperienda, & nihil est illis celandum, videlicet p̄fessor. 22. q. 2. c cum humilitatis. de p̄. dist. 3. inter hæc hīcū. 2 Medicus: vt ex. de pœn. & re. omnis. § sacerdos. & c. seq. extra, de homicidi. tua. 45. dist. disciplina. in prin. iuxta illud, si causam ignores, quomodo cures. & iurisperitus: de pœn. dist. 6. c. 1. versiu-
2 diciaria. † Quia facti ignorantia sæpe peritissimos fallit: ut ff. de iuris & fac ignoran. l. 2. Dicas mihi igitur omnimodam veritatem, & negotii exēplum da mihi scriptum, ut p̄gruum & verū possim tibi dare p̄silium seu respōsum. C de transa. ut respōsum. & ext. de sponsi. de muliere. quia ex facto ius orit. ff. ad legem Aquil. si ex plagis. §. in cliuo ff. de iureiu. l. duob. §. si enim. & l fi. ff. de iur. codicil. quidam. Et sæpe breuissima facti mutatione, totum ius mutat. ff. de excu. tut si is. & ff. de leg. 3. hoc legatū. & l. fi. ff. de p̄hen. emp. si in emptione. §. pen in fi & l. cum ab eo. & l. qui fundum. resp. 1. ff. de in diem addict. l. 3 ff. de leg. 1. si quis a filio. Quod si non detur exemplum negocii. & erret in facto: dicetur ei, minus instructus
3 est, qui te solicitū reddit. C. de acq. poss. minus. † ¶ Expedit enim aduocato habere scripturam sup narratione facti, quā clientulus proponit, p̄ periculum periurii: cum habeat hodie iurare: & ut sine rubore & uerecundia possit, cum aliter inuenerit, causam deserere, ad qd ex forma iuramēti, quod præstat hodie in initio causæ tenetur. & ut possit euadere pœnam multiplicē: de qua habes
b in Decr. Greg. X. de postu. proper andum.[b] & quia etiam talis scriptura quandoq; sibi poterit prodesse: ut patet j. de sala. § sequit. uer. qd reus. Debet igit inquirere ueritatē negotii, & ēt cām eius.
4 Vnde Seneca: Cuiusq; facti causam require. † Et cum initia inueneris,

ADDITIONES.

a Salutis. ¶ Fuit hoc verbum Vber. i. char. ver. in facto. Suspicor tamen per ea, quæ dixi de tutore super rubrica. q̄ non intellexit de salute animæ, sed de victoria causæ: & tamen per sequentia videtur cōtrarium. tamen ipse idem sic exponit paulò ante. §. de off.
b Properandum. ¶ Quam non habemus in 6.

neris, exitus cogitabis. ¶ Facto autem intellecto, si sit actor, quærat de probationibus, quales habet. Nam qui accusare, vel agere a volunt probationes habere debent paratas.[a] de eden. l. qui accusare. C. de actio. & obligatio. negantes. 6. quæst. vt. c. actor. Si autem eas non habet, si sibi non multum expedit ius habere, ex quo deficit probatio: vt ff. de testa. tute. l. duo sunt Titij. & 2. q. 7. cap. plerisque. Nam & probatione cessante interdum vindictæ ratio conquiescit. 32 q. 5. Christiana. Si autem habet probationes, & actum est liquidum, dicat eis age secure. C. de test. l. 1. Sed & si reus sit, quærat si quas habet defensiones, & etiam probationes. nam oportet eum habere probationes paratas ad suas exceptiones, p bandas. ff. de proba. in exceptionibus quod si habet, dicat ei, secure defende. Verum si viderit factum inefficax, vel propter sè, vel propter probationis defectum: dicat ei, amice, noli in huiusmodi sumptibus te vexare. ff. de inoffi. test. l. 1. non enim est spes, 5 quod debeas obtinere. ff. de inoff. test. l. 1. † Nec defendi debet, qã ratione vti non potest. 24. q. 3. si habes. & 26 distin. deinde. 63 dist. coepiscopi. nec debet quis malam causam seu desperatam tuenere, uel suis allegationibus colorare. C. de iudiciis. rem non nouam. §. patroni. Sæpe tamen hoc aduocati non faciunt, sed dicunt sic frater, quia euentus litis dubius est, aliquando litigantes obtinent ex industria, vel astutia, vel ambitione, uel gratia, vel fraude, uel ignorantia aduersæ partis. ff. de iudiciis. si filius. ff. de inof. test. posthumus. § si quis. ff. de pec. quod debetur. ff. de euic. si per imprudentiã. ff. de fideiuss. exceptione. ff. de adul. denunciasse. in fi. ff. de uar. & extraor. cog. si iudex. ff. ad Treb. si seruus. § cum prætor. extr. de ininteg. rest. cum ex literis. de fide instru. inter. hoc tamen pernicioßim est, quo ad animam, quæ quibuscunque rebus, & testimentis præferenda est: vt C. de sacr. sanct. eccl. sancimus. & etiam quoad famam, quam qui negligit, crudelis est 12. quæst. 1. nolo. 6 † Quia, Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo. Vnde dicit vt j. versi. cauete. Habito igitur negotii exemplo in scriptis. quia hominum memoria labilis est. ut C. de test. iubemus. 23 distin. Præterea, si hæsiter. non erubescat dicere, volo mecum, & cum peritis & libris deliberare. j. de libe. conce. § ad huius. in princip. quia tempore indigemus ut aliquid maturius agamus. 50. distinct. pon b deret. Vnde Salomon, [b] Omnia cum consilio fac, & te non pœnic tebit. Nam væ soli, &c. [c] ext. de sta. mo. cap. 2. respon. 1 & 8. q. 1. illud. nam & Imperator quærit consilia sapientum. ff. de fun. instr. quæsitum in prin. Ad idem. ff. de dam. infecto. l. in ædibus. & pa- 7 pa dicta priorum: ut 30. q. 1. peruenit. prope princip. † Roboam d enim regnum perdidit, quia noluit seniores, seu sapientes audire. d 16. q. 1. ecclesia habet. 8. q. 1. denique. & Iudas ob hoc periit. vt de pœ. dist. 6. c. 1. uer. ideoq; & dist. 1 is potestatis. Auditionem namque sapientium vacandum est: ut ext. de præsump. ex studiis. & punitur qui consilia sapientum non suscipit. 84. dist. c. j. quia utilius est in occulto deliberare, quam in publico succumbere, sicut docet Imperator. Hinc est, quod si hæreditas nobis delata est, quam constat esse lucrosam: adeatur secure: si verò cõstet eam esse damnosam, repudietur aperte, Quod si dubitetur, tempus ad deliberandum petatur: vt C. de iur. delib. l. final. respon. 1. In tempore autẽ huius deliberationis secum sæpe deliberet: ut C. ad leg. Corne. de falsis & si à te. Et inspiciat diligenter instrumenta, & iura ad quæstionem facientia: sicut & is, qui deliberat de adeunda hæreditate: videre debet interim instrumenta hæreditaria. vt ff. de iure delib. l. 1. & 2. Quod si per se nequeat instrui, consulat peritiores. ff. debo. possi. in bonorum. in fi. ff. quis ordo in bon. poss. l. 2. in fin. C. de inge. & ma. l. 3. 37. distinctio. capitul. fina. & no j. de lib. concep. § final. Et cum dixerim, quia quod a pluribus quæritur, facilius inuenitur. 20. distin. de quibus. in fi. & ext. de offic. delega. prudentiam. in princi. Vnde commendatur, qui quatuor in condendo testamento consuluit: vt ff. de vul. & pupil. substi. cum ex filio. Quod dic vt j. ver. porrò. Imò etiam quandoque cum minus pe- e ritus prodest consentire: ut ext. de consuet. ad nostram. [e] † Quia re- 8 uelatur sæpe minori, quod maior ignorat. 95. distin. esto. in fin. & non omnes per omnia, sed certi per certa meliores, aut deteriores inueniuntur. C. de vete. iure enuc. l. 1. §. cumque hæc materia. in fin. Nec enim omnis æqualis est gloria, nec omnes æquali prudentia, vel scientia ministrantur. de consec. dist. 4. cum tantum. Et quærendo, opponendo & disputando, & partis aduersæ defensiones subeundo, melius veritas inuenitur. ff. de mu. & hono. munerum. prope fi. 28. q. 1. sic enim, neque ff. de iur. pa. diuus. in princi. ff. de leg. 3. Offidius. ff. de mu. & hono. l. fin. § ante pe. & veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem. 25 q. 9. graue. Item, delibera ieiuno stomacho, ut j. tit. de petitio. senten. Et prosunt premissa ad hoc, vt iudex in ferendo sententiam debeat cum peritis deliberare. De hoc j. tit. de requi. consi. ad fi. ¶ Porro si aduocato visum fuerit, quod debeat clientulus litigare primò conueniat de salario eidem conuenienti. vt dicam j. titulo, de salar. §. sequitur. ad fi. & de meo consil. sibi adiungat alium aduocatum: vt s. versic. 9 proxi. † Quia integrum est patrocinium, quod plurimorum sensi- fus approbatur. ext. de of. deleg. prudentiam. in prin. & per ampliores homines perfectissimam veritas reuelatur. C. de fideicom. l. fi. in fi. & in præcap. de quibus. 74 distin. extra. & melius est esse duo quam vnum. 81. dist. in omnibus. 7. q. 1. illud quin. in ore duorum. &c. vt 2. quæst 4 §. 1 extra, de testi. in omni. & væ soli, &c. vt in præcap. illud. & extra de stat. mo. cap 2. & hoc si qualitas & difficultas causæ id exigat. Vnde dicit lex. aduocatum & aduocatos dabo: ut ff. de of. procon. nec quicquam. §. fin. ff. de postu. l. 1. ext. de off. iud. cap. 1. ¶ Caueat autem, ne clientulo victoriam repromittat, sicut faciunt medici superbè salutem pollicitantes: ut 88. 10 distinct. eiiciens. in fin. palea est. † Quia dubius est litis euentus. ff. de pecul. quod debetur. nec victoria in eo est, sed in iudice 2. q. 3. si quem pœnituerit, § notandum. versi. nam facti. ff. de abol. l. 1. nec semper laborem sequitur effectus, extra, de renun. nisi cum pridem. §. quippe. Nec est in medico, semper releuetur ut æger. iuxta illud Nunquid medici resuscitabunt? de pœnit. dist. 1. c cõ- f uertimini §. nunquid. [f] quia sæpe vitium est materiæ, nõ artificis. ff. ad l. Aquil. si seruus. §. si calicem. Nec debet se certum asserere, ubi certus esse non potest: ut ext. de rese. cum ꝺ tingat. Præterea iniuriam faceret iudici, quia sic quasi suam venderet sententiam. ff. de iniur. l. item apud Labeonẽ. ext. de penis dilectus. C. de appel. l. à proconsulib. Caueat etiam ne partem suam, quæ eius fidei se supposuit secreta causæ suę quocunq; modo prodat, uel reuelet. 2 quæs. 3. Euphemium. § notandum. sed secundum pactum inter eos initum clientulum suum defendat. C. de post. quisquis. § ante 11 omnia. † ¶ Sed nunquid priusquam § demandasti mihi secreta g causæ tuæ, potero contra te in eadem esse causa aduocatus? Dic quòd sic, & ita obtinuit. ar. 13. q. 1. c ecclesias. §. qa ergo. ubi Grat. allegat pro utraque parte. & 93. dist. legitimus. & c. diaconi. ubi in quæstione super diaconorum & presbyterorum prioritate, Hieronymus allegat pro utraque parte: alioquin nulli esset cõsilium h dandum. Sed nec hoc sufficeret ad iudicem remouendum. [h] not. extra, de testi. dilecto. Sæpe enim uidi ab aliquib. peti consilium, non ut acceptaretur: sed ut illi postea parti alteri consulere erubescant. Si autem fui aduocatus in causa nõdum finita, in aliqua parte sui contra te non erro: alioquin crimine præuaricationis inuoluar. ff. de his, qui no. infa. athletas. §. præuaricatio. ff. de præuar. l. 3. §. quod si aduocaro. 2. q. 3. Euphemium. § notandum. C. de aduo. diuer. iud. l. 1. nisi in casu, scilicet fauore pupillorum. Nam si aduocatus Titij contra Mæuium. Mæuio mortuo detur tutor filiis eius in eadem causa, poterit pupillis assistere contra Titium: ut 3. quæst. 7. c. infames. §. tria. uersi. si contra patrem. ff. de postul. l. fin. 12 † ¶ Quid ergo si tibi dedi fidem, quod pro te essem aduocatus in i causa aliqua, & fui lata est sententia, an in causa appellationis cõtra te esse potero aduocatus? Respondeo, sic: & hoc sæpe fit in curia nam sufficit. si cui uel in paucis. &c. C. de neg. gest. tutori. [i] quia & aduocatus quondam fisci potest esse contra fiscum in alia cau 13 sa, in qua non præstitit ei patrocinium. C. de ad. fis. l. 2. † Præterea causa appellationis est alia a principali, quod dic vt 2 q. 6. si quis in quacunque. Honestius tamen est abstinere: tunc quia causa appellationis eadem est secundum quosdam, cum principali: uel saltem est eius sequela: tum quia secreta causæ nouit. unde in hac instãtia multum lædere poterit, quem in priori defendit: tum quia oportebit eum asserere, quod primo negauit, uel econtra. quod esse non debet j. proxim. in prin. Præmissa autem sunt in argu. q pro eodem salario nõ tenetur aduocatus defendere in causa app. clientulum: ut infrà, in titu. de sala. ¶ Quid si aduocatus suum clientulum deciperet? dicit j. §. fin. uersi. quod si per imprudentiam. & seq.

ADDITIONES.

a Paratas. ¶ De preparatorijs, quæ respiciunt iudicem & partes, habetur rub. j. parte proxima.

b Salomon. ¶ Eccles. c. 32. ad finem.

c Et cætera. ¶ Ecclesiastes 4.

d Audire. ¶ 3. Regum 12.

e Ad nostram. ¶ Et vide quod ibi scripsi super 1. gl.

f Nunquid. ¶ Melius diceret hic, etiam. & habetur illud Psal. 87.

g Priusquam. ¶ Suspicor q dicere debet, postquam. Ad hoc mouent tria. Primo, quia quæstio alias non dubia. Secundò, quia quæ sequuntur, plus conueniunt illi tertiæ. Tertiò, quia gl. Accur. formatur super l. fi. ff. de postu. hanc quæstionem de illo, qui reuelauit secreta causæ. & habuit consilium, & dicit sic iudicatum. & in quibusdam scriptis habeo, q omnes doctores Bonon concordarunt, q poterat consultus patrocinari aduersario: tum quia alias nullus vellet consulere: tum quia non reperitur prohibitum: & fortè de hoc casu dicit auctor, & sic obtinuit: ego nulla ratione patrocinarer 3 illud. q quo dedissem pfilium recepto salario, & maximè in scriptis. si vere in eisdẽ terminis, quos consului, esset causa, si ei iuste consului, iustitiam impugnare nõ debeo. & si errassem, honori meo parcere debeo: vt de accusa. qualiter. j.

h Remouendum. ¶ Vber. de Bon. vbi de aduoca. rei. mihi nona char. ver. iure canonico. dicit, q si reperiretur delegatum consuluisse. & pro eo pecunia habuisse, timendum esse ne sit memor pecuniæ. & consilij dati.

i Tutori. ¶ Et sic tenet Accurs. ff. de [illegible]tul. l. vlt. & idem allegat.

SVbi-

SVMMARIVM.

1 *Laudandum est parce, vituperandum parcius.*
2 *Rerum veritas latere non potest: & fructus sui quemlibet demonstrant. Aduocatus vnius partis quomodo cõmẽdari debeat ab aduocato alterius.*
3 *Aduocati diuersorum non debent probris sed legibus certare.*
4 *Aduocatus vnius partis potest aduocato alterius partis contradicere etiã rigorose cum protestatione, q hoc non facit animo iniuriandi, sed ius suũ defendendi, quod multum operatur.*
5 *Honorem non meretur, qui non honorat. Ars deluditur arte.*
6 *Effuso sermone in promptum quis incidit periculum.*
7 *Lingua nostra fornax est, & lingua garrula est multum vociua.*
8 *Aduocatus ille dicitur discretus, qui in sui dicti initio suam protestatur intentionem.*
9 *Honorem, quem sibi quis cupit fieri, debet alteri impendere.*
10 *Ira impedit animum, ne possit cernere verum.*
11 *Iuniores debent in iudicio primò loqui, & maiores vltimò, & eorum dicta speciosa, melius iudex memoriæ commendet. Vltimò audita efficacius retinentur.*
12 *Gens, aut scientia in se diuisa desolabitur, ideo aduocati non debent adinuicem dissentire.*

¶ Qualiter aduocati habere se debent cum aduocatis alterius, vel etiam suæ partis.

4. §. Iam nunc videndum est, qualiter aduocatus se habere debet cum aduocatis alterius, uel etiã suæ partis. Et quidem nihil contra aduocatum alterius partis proferat, sed eum benignè tractet: nisi alter ad aliqua inhonesta prorumpat: & cum eius dictis respondere debebit, eum commendet superficialiter, & non nimis: iuxta consilium Senecæ, de formula
a honestæ vitæ,[a] dicentis:† Laudа parce, vitupera parcius: quia for
1 san ante litis finem continget, q ipsum reprehendere laborabit: & sic esset tanquam sibi contrarius à iudiciorum limine repellendus: vt ff. quando app. sit. si procura. § i. & ext. de ap. solicitudinẽ. in fi. 23. q. 7. quod autem. Quia indignum nimis est, si quod quisq; uoce propria dilucide protestatus est, in eodem casu proprio stu
deat testimonio infirmare, ext. de prob. per tuas. C. de non nu. pe. generaliter. Commendet ergo eum per uerba duplicia, quæ se habent ad diuersos intellectus: vt 37. dist. relatũ. versi. sunt enim mul
2 ta, &c. dicens. † Domine, rerum veritas latere non potest. C. si vt se ab hęre. absti. l. 1. vel opus laudat artificẽ. in auth. de monachis. §. hinc cogendum. col. 1. vel opera vestra, vel fructus vestri, vos manifestant: vt ext. de sta. mo. quod Dei. respon. 1. & de reg. iur. c. 2. vel scientia vestra manifesta est, & condemnatione non eget: quia seipsam ostendit. ff. de in integ. rest. l. 1. ff. de exercitor. l. 1. in prin. & demonstrata non sunt amplius demonstranda. ff. de dote præle. l. 1. §. si quis vxor. in fi. & extra. de post. c. 1. & 16 dist. quod dicitis. Loquela etenim vestra uos manifestat. 93. dist. legitimus. respon. 1. & 97. dist. nobilissimus. Huiusmodi enim commẽdationes & similes duplices sunt. Poterit etiam, si vult, cum reprehendere sub quodam honestatis colore: vt patet ĵ. §. nũc de exordijs. versi. post hoc. Verum si eum velit commendare, non commendet eum de aduocatione: sed de doctrina legum, & experientia
3 rerum: vt dicam ĵ. §. proxi. in commendatione iudicum.† Hoc tamen caueat, ut non probris, sed legibus certet cum eo: nec ei vel parti contumeliam dicat, siue palam vocando eum Ruffianum vel preuaricatorem, vel etiam subdolè dicendo, ego non sum fur. quasi dicat, tu es talis: vt C. eo. quisquis §. 1. & 3. q. 7. cap. infames. §. si quis adeo. alioquin diminutionem famæ patietur: & à limine iudiciorum excludetur. ut ibi, & 5. quæstion. quarta. in loco. Si uerò alter ei falsitatem, uel aliam turpem notam imponit, securè dicat: tu mentiris. Nam crudelis est, qui negligit famam
4 suam. 12. quæstio. 1. nolo quia qui dicit quod vult, &c. vt iam dicam. † ¶ Præmissa tamen protestatione, quod hoc non dicit animo iniuriandi, sed causa sui iuris conseruandi, quæ multum operatur. C. de iniu. si non conuitij. trigesima prima. quæstio. 2. Lotharius. extra. de elect. quia diligentia. & capitulo. Cumana. & de censi. cum olim. nona quæst. 3. saluo extr. de appell. si iustus. Sed si turpia non imponit, verbis vtatur temperatis, dicendo ei salua pace, vel reuerentia, vel honestate uestra, vel honore, vel æquipollentia. 26. distinctione. deinde. in principio. versiculo, sed obijcitur. ff. de edend. argentarius. in fin. ff. de dolo. non debet. Item si alter aduocatus te patienter audiuit: & tu viceuersa eum audias
5 patienter. Si te loquente strepitum fecit, vel susurrauit: & tu ptra eum scandalum facias, uel susurres.† Sic enim ars deluditur arte. & lex æquior nulla est, quam necis artifices arte perire sua. non enim meruit honorem, qui non honorauit. iuxta illud, Cur te habeo in principem, cum me non habes in senatorem: vt 95. distinesto. & qui dicit quod vult, audiet quod non vult. 13. quæst. 3. cap. ecclesiam. §. quibus autem. 32. q. 6. est. 5. iniquum. Vnde Salomon:
Qui aliena temere manifestat vitia, sua intempestiue audiet crimina. & Martialis Deridens alios, non inderisus abibit. & Sene-
b ca in epistolis: b Ab alio expecta, quod alii feceris. Scriptum quo-
c que est: c patere legem, quam ipse tuleris. Vnde ver. Legem, quã tuleris, de iure tenere teneris. Si bene protuleris, iure peritus eris. ext. de pacti. cum omnes. cum suis concord. & quod quis sibi non vult fieri, alii facere non debet: vt in præ. §. quibus. & in procœmio Decretorum. ext. de ma. & obe. dilecti. Cautus tamen existas, vt diligenter quæcunq; alter dixerit, notes. ff. de pactis. veteribus. 24. q. 3 transferunt. 26. q. 5. nec mirum. in fine & quæst. 7. capi. 1. & 2. Nam si plura quis effundat, vix erit quin aliquod reprehensibile
6 proferat. † Ex effuso enim sermone in promptum quis incidit periculum. ff. de do. præ l. fin. in fin. & multiloquio subditus ex eo se inquinat: vt 43. dist. si rector. versus fi. & ex verbis inanib. cap.
7 tiones in fine. C. qui admit. ad bo. poss. l. fi. Vnde Seneca.† Quotidiana fornax lingua nostra est. iuxta illud, Velle loqui multum, sapit omni tempore stultum: Vt scriptura docet, garrula lingua nocet. argu. in præ. c. sit rector. qui enim custodit os suum, custodit causam suam: & qui inconsiderate loquitur, sentiet mala. 5. q.
d 5. c. fi. d Nam quod ex ore procedit, coinquinat hominem. extra, de renun. nisi cum. §. prægrauj. ibi: hoc verbo, &c. & 11. q. 3. inter
e verba. in hoc verbo, &c. e meliusq; est tacere quam cum pudore loqui. iuxta prouincialium vulgare prouerbium, quo dicitur, *Mais val callar, que fol parlar.* argum. 37. dist. ecclesiastica. palea est. præd. cap. si rector. & ext. de maio. & obed. illud. Et sic ex ore suo eum poteris redarguere: cum semel emissum volet irreuocabile verbum: ut 43. dist. c. dispensatio. §. pariter. sicut & Iudæi per suos
f codices confunduntur: vt 45 distin. qui syncera. Vnde illud. f Ex ore tuo te iudico, serue nequam. Ex quo quidem lõge magis erubescet, & dicet: Heu patior telis vulnera facta meis. Habetur enim fides dicto suo contra eum, vt ff. de inter. act. de ætate. C. de li. causa. cum precum. C. de non nu. pe. generaliter. extrà. de proba. per tuas. ff. de dona. quedam. alias incipit, donari. §. quidam. ext. vt eccle. benè: vt nostrum. Potest etiam sic dici, frater lex, quam pro te inducis, pro nobis, & contra te est, & dicat qualiter, & in quo, vi-
g deat tamen lex, ne sagitta Ionathę g retrorsum abiens, in casu si-
[illegible]a. § nunc tractemus. in fine uero sẽper sic adiiciat: Quæso igitur domine quod intret postulatio mea in conspectu tuo. & secundum eloquium tuum cripe me: ut in Psal. Principes. & iudica iudicium meum, & redime me, & propter eloquium tuum niuifica me: ut in Psalm. Clamaui. Si quid autem per meignorantia seu incuria, uel obliuione omissum extitit. supplico ut hoc suppleat discretio iudicantis. C. ut quæ desunt aduoca. par. iudex supp. l. unica. & in præ. Decre. bonæ. & uigesimaoctaua. distinctio priusquam ff. de iudic. non quicquid. Multas alias formas uide j. uersic potest quoque. ¶ Post hoc autem surgat rei aduocatus, licentia a iudice humiliter petita, & grauitatem seruet, quam diximus ī. §. proxi. uersicul. cum autem. & ea quæ ī. in princ. huius §. sunt descripta demùm incipiat aduocatum actoris commendare, uel etiam reprehendere: sub quodam honestatis colore. quæ
d dic [d] ut ī. § iam nunc. & j. patebit dicens sic:

16 FORMA. †Sapiens, qui paulo ante perorauit, ut cum eius pace loquar, cœmentum sine arena, uel arenam sine cœmento ligauit: ut octuagesimasexta, dist. facientis. animum uestrum, & astantium uerborum sæpe refricata multitudine nimium aggrauando ut ī. uersi deinde. Vnde cùm sciam prodentiam nolle uerbis prosperari. sed moribus, paucis utar. ut nonagesimanona, dist. ecce. uestræ ac astantium commendationi de uestra licentia, [illegible]soper sedens, Si quidem partis aduersæ patronus euidenter causam fouet iniquam, curam uerbis releuare conatur, cùm ueritatis beneficio non iuuetur, quod in fine luce clarius apparebit, ueritas uincit: ualet & inualescit: ut viii. dist. consuetudo.
17 †Nec stare potest, quod caret præsidio ueritatis: imo quod ratione caret, exirpandum est, lxviii dist. cor. episcopi & ubi non est fondamentum, nollum boni operis superest ædificium, ut extr. de presp. non bap. c. iii. & i. quæstio. j. cùm Paulus. ueruntamen sibi non poterit imputari, cùm sit uitium materiæ, non artificis. ff. loca. item quæritur. § si gemmam. ff. ad l. Aquil. si seruus. §. si calicem. & j. uersic. ad omnes. Diligentiam etiam contra rationem adhibet: ut uidetis. ff. de off. præsi. illicitas. §. sicut. extra. de homicida. Quæso igitur, domine, ut non uerborum folia sed ueritatis radicem consideretis. ut prima quæstione prima. Marcion.
18 †Quid sicut anima præfertur corpori, sic scientia uerbis: ut xxxviii. distinct. sedulo. & iuri ac rationi innitor. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones abinitio: ut in Psal. lxvii. Primo enim sub compendio respondebo his, quæ pars altera ad suam proposuit intentionem fundandam. Secundo proponam ea, propter quæ pars mea est in casu absolutionis. & altera est ei ad interesse, ac in litis sumptibus condemnanda. ff. de iudi. eum quem temere. C. eo. properandum. extr. de dolo & contu. finem. ¶ Vel sic:

FORMA. Sapiens nunquam inanis est, sed semper in se habens amictum. prudẽtiæ, qui potest dicere: inducebam iustitiam, & iudicium uestiebam. Sane dominus talis uere sapiens est, quẽ scientiæ fulgor, & discretionis uirtus exornant: sed quoniam homo est, decipi potuit, & ad credulitatem pertrahi falsitatis: quia fili, hominum mendaces sunt in stateris. & se adinuicem decipiunti causarum merita occultantes, de pœ. dist. ii: sapiens & j in forma, sunt nonnulli. & ī. §. nunc tractemus. in prin. ¶ Vel tali præfatione reus utatur:

19 FORMA. † Humanæ aures talia uerba iudicant. qualia foris sonant: ut uigesimasecunda, quæstio. v. humanæ. Ideo namque instituta sunt, ut per ea quisque in alterius notitiã suas perferat cognitiones, non se, ut eis homines fallant: ut ea. quæ. ii. institutum reuerende domine si autem credulitatis his quæ cum uobis colorate sunt proposita præberetis, tanto magis de uobis mirarer quando uos nosco utrũque iuris peritia præpollere. ext. de diuor. quanto. respon. i. & in negotiis cautum esse: ut xxiii. distin. quia episcopus. in prin. Sed scio, quod à paleis nostris grana detegere: ut ff. de acquiren. re. do. adeo. § cum quis ex. ibi: aut spicis tuis, &c. & ii. q. i. multi. ibi: uelut in messe, palea est. & de consecrat. di. v. discipulos. Vnde colorem uerborum non attendetis, sed rei ueritatem, quæ non consistit: t solum in cõtentione sermonis potius conquiretis, ut xxxvii. di. omnẽ uim palea est quo facto umbram solam imaginariam, omni quidem effectu uacuam in eis poteritis reperire xxxvii. dist. unio. extr. de consue quanto. oratorique aperte dicetis: Recede, recede: loquela tua non illuminat cecum, non sanat ægrotum. nec tuetur cliẽtulum, sed impugnat, xlv. dist. in. recedite. Nec propter eius paleam aream. uestræ rectitudinis

ADDITIONES.

2 Dicit. ¶ Epi. l. in fin.
b Vrbem. ¶ Ibi uideas in ii. gl.
c Etc. ¶ Vt ī. eo. §. uer. modus.
d Dic. ¶ Vt dixi ī. §. proxi. n prin. ult. col. & clamaui quod statim allegatum est xxi. Octonarius.

tudinis relinqueris: ut xxiii q.vii.c i. imo secernētes uentilabro recti iudicii granum uestrum ab eius paleis. vt in præ. c multi in fina lici dicetis calculo, quod palea est: vt xxxii q.4. recurrant in fin. vi debunt que recti, & letabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os
20 suum: vt psal. cvi. † ¶ Vel tali.

FORMA. Callida quadam ac multiplici argumentatione ius nostrum pars altera auferre contendit: ita vt si fides verbis adhibeat, ut non verba pro uerbis, sed res reportaret pro uerbis Sed Deo propicio. si uerba dederunt, uerba etiam reportabunt. Hæc leguntur xiii. q. i. capitu. ecclesias §. ad hæc callida. licet ergo per aduocatum partis alterius multa & satis eleganter sint proposita, & authoritas me moueat proponentis: a iure non tamen dissentio, Nam & si authoritas Tuberonis excellens fuerit, tamen Iurisconsultus propter hoc a Seruio non dissentit. ff. de supel. leg Labeo. Et quidem partis aduersæ, &c ut s. in forma, sapiens ¶ Vel ita:

FORMA. Noti sunt, uobis, domine iudex, qui uentos de thesauris suis producunt, nubes quæ ab extremo terræ educunt, ut in Psa. cxxxiiii. & xxiiii. q. i. non afferamus. Aperiunt namque fontes scientię: qui cum non habeant aquam doctrinæ, promittunt imbrem uelut nubes propheticæ, & turbinibus exagitantur mendaciorum: loquuntur grandia, & totus sermo eorum falsitas est: ut de pen. dist. 2. si enim inquit. vltra medium, uer. hi sunt fortes. & ii. q. vij. sequuti sunt. ad finem contra illud, Nolite multiplica
a re loqui sub limia gloriantes. ut in Cantico, Exultauit a. Venientes namque in altitudinem maris, tempestas demersit eos: vt in Psa. lxxiii. posuerunt enim, secundum Phophetam, mendaciū spem suam, & in mendacium operis sperauerunt. C. de sum. tri.
b liquet. §. j. b Vnde quia, vt ait Ouidius, Nullum tempus fuit nobis morosum in fabulis conficiendis. & v. q. iiii. in loco. in princ. & ar. ad hoc xxxvii. dist. capitu. i. & 2. & cap legimus. & xxvi. q. v. nec mirum, in prin. 2. col. ver. his igitur. quia per oblectamenta fabularum, mens incitatur ad incentiua libidinum: vt ea. dist. capitu. ideo. Idcirco fabulis ex aduerso propositis: quia ponde re carent, nec causam tangunt, non proposui respondere: sed descendam ad ea, quæ ad causam faciunt: & quæ clientulum meum iuuant: ut ff. de verb. oblig. quæ extrinsecus, ¶ Vel ita:

FORMA. Nihil omnino respondere propositis auditorum gratia, vtile non uidetur: ne forte credar responsionis penuria declinare certamen, & ne in auditorum animis contrarius uestrum quisquam credulitatis scrupulus relinquatur: vt xiiii. distin. in mandatis. in fin. idcirco his, quæ sunt ex aduerso proposita, licet pondere careant, nec ad rem faciant respondere intendo. Et primo ad hoc, quod prius dixit, &c. Et seruamodum in responsionibus, quem dixi s. ver. post hoc. in fin. & quem ponit Gratianus, xiii. q. i. d §. ad hoc calida. & papa extra, de verb. sig. abbate. & de reiud. abbate sane. & de concessio.
c præ quia cūctis c. & in multis aliis. & Ang. xxviii. q. i. sic enim ne que. ¶ Vel ita:

FORMA. Sunt nonnulli. qui dum æstimari hebetes nolunt, sepe se in quibusdam inquisitionibus plusquam expediat exercē-
21 tes, ex nimia subtilitate falluntur. † Subtilitas enim immoderata, dum plus quam decet, exercetur, actionis suę rectitudinem ipsa confundit, xlix. dist. hinc etenim. circa princ. ver. paruo autem & ver. nasus etenim. Hos igitur talis domi. us, qui paulo ante proposuit imitatus, uolauit super pennas ventorum: vt Psal. xvii. oculos suos trans cęlum leuans, ultra profundum terrarum & abyssi in quoddam inane demergens: vt xxxvii. dist. nonne. & steras dolosas non iure attulit, quibus non rationis, sed uoluntatis arbitrio, quod uoluit appendit: vt 24. q. i. non afferamus. Posuitque os suum super cælum, lingua transeunt super terram: ut
21. distin in tantum. & in Psal. lxxii. non attendens, quod cito, sepe ruit, qui super astra uolat: non attendens etiam, quod
20 contractus, de quo agitur, sit bonæ fidei. † Et ubi bona fide agitur, non est de iuris apicibus disputandum. ff. manda. si fideiussor. § quędam. & quod subtilitas nimia in iure reprobatur aperte. ut extr. de iudiciis. dilecti. ergo huiusmodi ambagibus reprobatis, ut C. de compen. l. fi. ad ea, quæ de facto tetigit. & de iure sic sub epilogo respondeo. dixit enim &c ¶ Quod si alter per maximas dialecticales argumentatus est sic dicas.

FORMA. Locutio scripturarum secundum cuiusliber scientię proprietatem accipienda est. Habet enim omnis scientia quędam propria locutionis genera, quę cum in aliam transferuntur, uidentur absurda: vt 37. dist. locutio. palea est, orator, ille quę audistis, omnem vim inuentorum suorum in dialectica posuit.
23 † Quæ, secundum philosophum, non habet uim constituendi, sed studium destruendi. Sed nec in ea placuit Deus pater & filius & spiritus sanctus: ut ea. di. omnem. pal. est. sine quibus nullum boni operis superest ædificium: ut i. q. i. cum Paulus. Dialecticorum enim tendiculæ phantasmata sunt, & imagines, quæ cito pereunt & soluuntur: ut ea. distin. vnio. & eorum garrulitas & argumenta sophistica reprobantur: ut ea. dist. c. legimus §. hic etiam. cum per ea sæpe uiri ecclesiastici opprimuntur: ut 24. quæst. 3. transferunt. ¶ Vel si allegauerit poetas, dicas sic:

FORMA. Orator ille, quem audistis, amatoria Buccolicorum versuum, seu Vergilij, uel Ouidij in suæ assertionis testimonium allegauit, non attendens, quòd per figmenta poetarum mens excitatur ad incentiua uitiorum: ut ea. distin. ideo. quare meretur corripi: sicut & Hieron. ob hoc ab angelo est, correptus: ut ea. dist. legimus. ¶ Vel sic, si naturales libros induxit.

FORMA. Orator ille physicus, uel naturalis perscrutator, qui nempe oculos trans cęlum leuauit, & ultra profundum terrarum & abyssi, in quoddam inane demersit, ociosis philosophorū subtilitatibus se inuoluens: cur in uanitatem sensus & mentis obscuritatem lapsus est: ut ea. dist. nonne. & cap. ecclesiasticis. palea est. ¶ Vel sic, si inducit multos versus:

FORMA. Orator ille, quem audistis, iam bene feruet, qui magnam metrorum multitudinem congerit & distinguit: ut
24 ibidem. † Vel si dixit de geometria, uel astronomia, vel arithmetica, uel musica, uel medicina, uel grammatica, & huiusmodi, dicas quod licet veritatem habeant, non tamen sunt scientiæ pietatis: vt ea. distin. si quis grammaticam. imo despecta sunt, & in desuetudinem abierunt: quia in errorem mittunt: ut ea. dist. legimus. §. hic etiam & 26. quæstio. 2. capitu sors. §. his ita. in fin. & leguntur ut repudientur: ut ea. distin. legimus. ¶ Vel sic, si disputat de uiribus uerborum, prout faciunt sæpe dialectici & grammatici.

FORMA. Orator ille, quem audistis, accurate de uerborum viribus disputauit, non attendēs, quod indignum ualde est, quod iuris scientia regulis subiaceat Prisciani: ut ea. distin. indignum.
25 † Nam dum uerborum proprietas attenditur, sensus veritatis amittitur: ut extr. de verb. signifi. prætereo. & uerborum disputatio pertinacibus est relinquenda, secūdum Tullium, curiosis, qui de his, quibus non expedit facile disputant: ut extra, de re iud. abbate sane. prope fi. lib. 6. Ad omnes autem præmissas formulas cōcludat sic. Sed certe excusari meretur. nam non uoluntate, sed potius grauissima necessitate propter inopiam, uidelicet iuris & rationis noscitur id fecisse: vt 37. dist. qui de mensa. in fi. & c. 1. & 10. dist. si in adiutorium ¶ Postmodum uero surgat aduocatus redargutus, & dicat sic:

FORMA. Nemo recte personam reprehensoris suscipit, nisi qui suis actibus errata condemnat. 31. dist. nemo. Seneca quoque vir prudentissimus & consul, ut Institu. de fideicom. heredit. §. & in Neronis ait: Si tibi ipsi non imperasti, ut taceres: quomodo ab alio silentium exigis? Et in Cato. dicitur: Qua libertate potes alios corripere, dum tacite tibi respondeas eadem, quæ corrigis, commisisse. Nam male castigat, quem sua culpa ligat. 25. distin. capitu fin. & 26. di. una. capitu si quis de 24. distin. 10. §. quod ergo. 3. quæstio. 7 § quod ergo. dominus ille dilatauit super me os suum, ut in Psalmo 34. & visus est sermonem meum redarguere de prolixitate uel impertinentia, uel nimia subtilitate: sed si racuisset, philosophus fuisset. Sicut dicit Horatius, de quodam minus bonos uersus conficiente: Prius enim debuit à se repellere, quod in alio uidebat reprehensibile. Nam iudicandus, alium iudicans, seipsum condemnat: ut de poe. distin. 6 capitu. i. ver. iudicās. & seq. & 40. distin multi. Et prius debuit de suo trabem, quam festucam de oculo educere alieno. 3. quæstio. 7. capitu. infames. §. testatur. Per me etenim sufficienter, quæ circa factum & ius conueniunt, facta sunt, quibus nondum responsum extitit ex aduerso. 43. dist. in mandatis. in fin. & 23. quæstio. 4 Nabuchodonosor. respon. i. Ipse uero quod intellexit, retulit: sed quia non bene intellexit, non bene retulit, nec decenter: ut 36. quæstio. 5. nec mirum. uersus fin. per unam colum, versi. quod intellexit, &c. Imo disciplinā meam odiuit: & sermones meos retrorsum proiecit: ut in Psal. 49. Non attendens illud Salomonis, Prius intellige: & tunc increpa. Prius-
d quam scrute. is, non reprehendas. 11. quæstio. 3. eorum. d Vnde de plano fateor, quod uitium animi est indignis: & non intelligenti-
26 bus scientiæ secreta vulgare: ut 43. distin. capitu. fin. † ¶ Quia non sunt proiiciendæ margaritæ ante porcos: vt ea. distin in mandatis. & 11. quæstio. 3. nolite. prope fin. imo oportet eum, qui rudes allo quitur, eorum ingenio se aptare, & uerborum ordinem pro audientium

ADDITIONES.

a Exultauit, ¶ Sumpto de priore 2.c.
b §. 1. ¶ Alias est sub l. inter claras. & habetur Esa. 28.
c Cūctis, ¶ Lib. 6.
d Eorum, ¶ Ad literam non habemus: sed conuenit quod habetur Eccles. 91.

dientium capacitate dirigere: vt 8. q. 1. oportet. Cum igitur ille nondum sufficienter militauerit scholasticis disciplinis, ut extra, de elect. bonæ. 2. respon. 1. cum oporteat in talibus prius animas, & postmodum linguas fieri eruditas: aut in proœmio Digestorum §. illud vero saris. idcirco adhuc Donatum sectetur, & ad ostium vigilet Prisciani: vt 86. distin. cum multa. extr. de æta. & qualita. ca.
27 fin.† ¶ Vel ita:

FORMA. Sicut ait Boethius, Tot sunt artis hostes, quot ignorantes. Orator ille, quem audistis, visus est me redarguere eo, q̃ aliqua dicta philosophorum & poetarum vel gentilium inserui dictis meis. Sed certe eo ipso quòd hoc vituperat, se illa ignorare demonstrat. Nam vituperatio artis testis est ignorantiæ, & secundum Hiero. Nemo bene iudicat quod ignorat, & arg. 11. quæstio. 3. eorũ. Non enim malũ est ab his explasumere. alioquin Moyses & Daniel, sapientia, & literis Aegyptiorum, & Chaldeorum non paterentur eruditi: nec Paulus aliquos versus poetarum suis indu
a xisset scripturis: vt 37. distin. turbat. [a] nec Hiero. de consc. distin. 5. nunquam. nec Augu. 26. quæstio 5. nec mirum. nec Iurisconsultus. ff. de re. di. in tantum in fine. ibi: Cœnotaphium, &c. & Institu. de contrahend emp. §. pretium. nec Isido. extr. de uerbo. sign. forus. §. lis autem. nec Innocen. 1111. de iureiur. quemadmodum. nec Daniel, Ananias, Misael, & Azarias doctrinam Babyloniorũ didicissent, si id peccatum esse scirent: vt 37 distin. qui de mensa. Non ergo absurdum est, si quis aliquid ex eruditione communi, ac liberalibus studijs, quæ forte in puericia attigit, ad assertionem suæ propositionis edicat: vt 37. distin relatum in fin. vnde si
28 tacuisset, philosophus fuisset.† ¶ Vel sic:

FORMA. Sicut ait Seneca 1. Declamationum, c. 2. Crescere ex mea proposito inuidia homo, qui se melius iactare, quam defendere potest. Orator ille cum se nequiret defendere, in meam depressionem noluit se iactare, non attendens, quod omnis iactantia à bonis est moribus aliena: aut 6. quæstio. 1. imitare. Ignorãs etiã regulam veritatis, qua prohibetur quis commendãdi sui causa dicere, quo minor alius fiat: ut 1. quæstio. 3. si quis vero. Quia animo arrogantia tentus nimia nescit humiliter proferre, quæ dixit: sed orando in quodam sibi uidebatur culmine residere, astantes ut lõge infra se positos uelut in ima conspiciẽdo: ut 46 dist. habet hoc proprium. non attendens etiam illud Eccle. 32. capitu. Importune noli extolli in sapientia tua: qui enim postulat, alium contemnere non debet: ut 8. eod. §. in princi Sed caueat: nam quanto gradus altior, tanto casus grauior. ar. de pen. dist. 2. in prin. & 1. q. 1. pueri. ¶ Vel sic.

FORMA. Deus laudem meam ne tacueris quia os peccatoris & dolosi super me apertum est: locutus est aduersum me lingua dolosa, & sermonibus circumdedit me, & expugnauit me gratis &c. ut in Psal. 108. Vel sic:

FORMA. Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum, &c. Psalmo 5. Vtrum autem audietur patronus rei uolens iterum replicare, dixi s. e. §. ver. cæterum. ¶ Potest quoque utriusque partis aduocatus sequentibus uti præfationibus, & primo sic.

29 FORMA. Quia fides ueritatis verborum, &c. ver. deinde. † Et ipse legislator captiones & superfluitates uerborum excludit: vt C. qui admit. ad bon. poss. l. ut uerborum. & extra, in proœmio Decre. §. sane. C. de no. Co. comp. ver. quib. ideo uerborum prolixitate depulsa, ad facti veniо qu stionem, quæ est talis, &c. Vel talia ad captandam benevolentiam:

FORMA. Ad iudicis pertinet officium in causis iusta exaudire desideria patronorum: ut dixi s. e. in prin. Cum igit iste pro iustitia sua iure, cuius uos noui electorem sedulum ab antiquo. ff. de iustit. & iur. l. 1. & 12. quæstio. 2. cum deuotissimam. & ad quam ex debito teneminі: ut j. ver. uel tali ad iusticiam scio quòd benignam mihi prebebitis audientiam, cum pro ea insisto precibus
30 obtinenda.† Nam superfluum est, precibus postulare, quod de iure communi competit: ut C. lib. 10. de thesauris. l. unica. Veniam igitur postulãdo ad principalem uenio quæstionem, quæ talis est, &c. ¶ Vel tali:

FORMA. Tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus,
50 distin ponderet. Nam lenta virtus & cunctatrix ante iudicat, quam incipiat, de pœn. distin. 4. inter hæc hircum. ver. velox. Reuerende domine, licet in conspectu vestræ prudentiæ non debuerim uacuus allegationibus apparere: vt de consec. distin. 1. omnis Christianus. tamen negotijs variis impeditus ad plenum deliberare nequiui: aliqua tamen intendo dicere, ut termino satisfaciam præstituto: quare supplico & obtestor, ut si quid minus compe-
31 tenter adiecerim, parti meæ non præiudicet, nec noceat.† Nam linguæ lubricum non est ad consequentiam pertrahendum. ff. ad l. Iul. ma famosi. 2. quæstio. 3. si quis iratus. & precis uitium superet precantis affectus, ut de cons. distin. 4. si non sanctificatur. ¶ Vel tali.

FORMA. Cum superuacuis laboret impediis, qui solem certat facibus adiuuare, vt 6. quæstio. 1. si omnia. nec adiectione indigeat plenitudo: ut ibi, & 96. distin. bene quidem. in princip. vestra industria & fides explorata, quam in causis geritis: vt ff. de officio præfecti prætor. l. unica. prope finem. adeo cunctis patet, ut nequeat non esse notoria, nec indiget commendari. ff. de in integr. restit. l. 1 extr. de cohab. cleric. tua. extra, de cleric. excom. ministr. illud in princ. de qua confisus cum vestra gratia accedo ad propo
32 situm principale.† ¶ Vel tali:

FORMA. Quidam modus antiquitati placuit, cui debetur reuerentia: ut extr. de transla. quanto. & 9. quæstio. 3 conquestus. 55. distin. priscis. in princi. 2. quæstio 6. anteriorum. ver. illud etiã. & ff. de iur. immu. semper. Nunc uero nostri nouitas temporis alium per usum amplexa est modum, ad instar eius, quod legitur Institu. de satisd. circa princip. & §. sed hoc hodie. Antiquis enim præfationum placuit solennitas: ut ff. de ori. iur. l. 1. hodiernus vero eas aspernatur visus. vt not. supra eod. §. in princip. In hac igitur parte prærogatiua fultus consuetudinis, cuius transgressio pœnam habeat: vt 11. dist. in his commendationum de vestra gratia semotis præludiis, ad eam, de qua præsens versatur intentio, transitum facio ad quæstionem, quæ talis est, &c. ¶ Vel tali, ad iusticiã obtinendam:

33 FORMA.† Cum summum bonum in rebus sit, iusticiam colere: vt 12. quæstio. 2. cum deuotissimam. ad quod domine iudex, ex vestro tenemini officio: ut 9. quæstio. 3. cum scimus, quia non est iudex, nisi in eo sit iusticia: ut extr. de ver. sig. forus. & 23. quæ-
b stio. 2. capitu. 1. iuxta illud [b] Iuste iudicate filij hominum. [c] Iuste
c facite iudicium. Scio, quòd tanquam iustus & rectus iudex, statera in manibus habebitis, & lances iudicij æquo libramine appẽdetis: & solum Deum præoculis habentes, omni gratia & fauore postpositis, sine personarum acceptione procedetis, non declinantes ad dexterã vel sinistram, & unicuique quod suum est reddere studebitis. extra, de accusat. capitulo qualiter. 1. de in. nouit §. sed forsan. & de re iud. cum æterni li. 6. 45. dist. omnis qui extr. de elect. cum inter uersas in fin. & Institu. de iusti. & iure
34 in princip. ff. eod. iusticia. extra, in proœ Decre. †Iuste enim iudicanti non aduersabitur quicquam. C. de sum tri. inter claras. supra §. proxi. uer. item de iustitia. & sequen. quæstio igitur talis est, &c. ¶ Vel sic:

FORMA. Sæpe tempus & hora non patitur plenius deliberandi sumere consilium. vt ff. de exerci. l. 1. 5 distin. baptizari. 26. q. 6. hi, qui. & s. in forma, uel tali tempore. Vnde mora, quę sæpe periculosa est, me ad loquendum sine præfatione inducit. extr. de elec-
d tion. cum inter. ¶ Vel tali, si fieris coram papa:[d]
35 FORMA.† Si pallet facies, si iuuẽt labia, si lingua balbutit, si mẽbra cætera contremiscunt, si ante illum loqui paueo, qui in apostolatus cathedra, & in eminenti præeminentis ecclesiæ specula cui est omnis ligandi ac soluendi potestas, & cui obediunt imperia, & regna terrarum famulantur: mirandum non est, quia sum velut passer ante thronum Dei & agni, & sicut plumbi fistula aquam producens insipidam & turbatam. Sed cum, pater sancte, sitis Dei & hominum mediator, & uobis curæ sit etiam de pusillis, nec apud uos sit acceptio personarum, de solita fidens clementia, ante sanctitatis vestræ conspectum loqui præsumo. Hæc probantur 19. distin. enim uero. 22. distin. capitulo 1. & 2. 24. quæstio. 1. quodcunque. extr. de maio. & obe. solitæ ad fin. 1. quęstio. 1. si fuerit. 10 distin. quoniam. extra, de no. ope. nunc. capitulo 2. ad fin. de renun. nisi cum pridem. §. pro grauitate. de iudi. nouit. § sed forsan. 63. dist. sanctorum. ¶ Vel tali coram Imperatore.
36 FORMA.† Serenissime Romanorũ rex, Romani Imperij moderator, & semper Auguste, qui super solium gloriæ triumphali in throno Imperialis culminis fulgore mirabili rutilatis: qui etiã cuncta iura in armario vestri pectoris conseruatis, de iure & iustitia, cuius estis, tam cultor quàm debitor, loqui coram maiestate vestra præsumo, suppliciter postulans, ut aures imperialis clementiæ præbeatis. ff. de his quæ in test. delen. proxime. 97. distin. ca. 1. ext. de ma. & obed solitæ. ¶ Vel sic coram eorum vicarijs, uel delegatis.

FORMA. Cùm digna vox in maiestate regnantis, uel cum sedis Apostolicæ prouidentia vos suum uicarium constituerit: uel vobis

ADDITIONES.

a Turbat. ¶ Vbi satis de hoc.
b Illud. ¶ Psal. 56. dicitur rectè iud.
c Hominum. ¶ Ic. 2.
d Coram papa. ¶ Hic de quinque exordijs, quæ in ultima charta ponit Aegi, fecit unum, & eius etiam fine allegatione iurium fuerunt inferiora, vsque ad ver. cum autem premissis, potuit etiam quędam exordia discipuli, cum est collega magistri, uel contra magistrum.

vobis causam talem ex certa scientia commiserit, & vestræ industriæ iusticiæ claues co mmiserit, decet vos illorum typum gerere cunctis parti in iusticiam reddendo, grauatis indebite opem ferendo, & fortiorum insolentias reprimendo, &c C. de iegi.l.fign. extr. deoffic delega. capitul fina. xciii. di.capitu. fin. xciiii.dist capit.1.ext.de rescr.super literis pro e finem.¶ Vel sic coram Cardinalibus:

37 FORMA.†Cum præclara sitis ecclesiæ luminaria,& candelabra splendore iusticiæ radiantia. ¶ Vel sic:

FORMA.Cũ ecclesiæ Dei sitis principales bases, & colũnæ, vtpote qui vestrorum virtutibus meritorum vicarii Iesu Christi lateri assidetis,qui mundi cardo est:& vos exinde dicimini cardinales,quorum prouidentia & consilio mundus,velut ostium cardine,gubernatur,confidenter ad vos possunt, recurrere,qui iusticiam alibi nequeunt obtinere. xcii.dist.diaconi sunt. in prin. &c. sacerdotes.ii.quæst.vii accusatio.ver.hæc & alia. extra,de transla. episc. c.inter.ver.nó enim.&c.seq. vi.q.j.quisquis cum militibus. ext.d off.leg.c.pe.xxii.dist sacro.ancta.in fi.¶ Vel sic generaliter coram quolibet iudice.

FORMA. Quædam mihi corã vobis audaciam tribuunt proponendi. Primum, clementia, qua singulis benignum præbetis auditũ. Secundum iusticia, qua æquali statera libratis audita. Tertium, quia in camo [a] mansuetudinis,& fræno rigoris maxillas constringitis sagentium a iure, ac rationis tramite deuiare, ipsos habenis regiminis ad viam rectitudinis reducentes. Quartum, quia iusticiam foueo, & postulare intendo, quam libenter vos colere scio.ff.de off procon. nec quicquam § circa. xlv dist. omnis.extr.de re iud.cum æterni.lib.vi.C.de iud.l.properandum. prope prin.xii.q.2.cum deuotissimam.¶ Vel sic:

38 FORMA. A picturato verborum fastu abstinens,† in simplicitate, quæ amica veritatis est, loquar, quę ad factum nouero pertinere. Aurum nanquæ eloquentiæ a rubiginis scoria expurgatur, dum prolixitas abiicitur, & insistitur breuitati:hic enim dulcius humanis auribus, velut, balsamus instillatur. 1. q. 1.capitu.Marchion. 38. distinct sedulo. extr. de dolo & contumac veritatis.xxxvii.distin.legimus §.hinc etiam. & xlviii. distin. c.j.& s.ver deinde.¶ Quod si plures aduocati sint ex altera parte, sic dicet partis alterius aduocatus:

FORMA.Causa tua multitudinis onerosæ me superare satagit machinationibus cauillosis Sed ecce accepi & apprehẽdi phare tram canonum, & arcum legalem, chordamque iuris utriusque extendi,allegationum sagittis sagittare cupiens,& ferire iuris nostri noxios inuasores:& quanquam sim in hoc certamine singularis, iusticiæ tamen clypeo præmunitus imminentium non metuo multiplicata agmina bellatorum.¶ Si uero sint plures ex eadem parte,sic dicet unus illorum.

FORMA.Copiosa & celebris domini P.discretio mirifice corda audientium recreauit:& velut auster perflans in hortum iuris canonici & ciuilis fecit in gyrum illorum aromata suis fratribus redolere. Soluit enim præsentis quæstionis nodum, & plene causam instruxit:adeo vt aliis propositionibus non sit opus. Sed vt eius pareamiussionibus, pauca dicam. ¶ Si vero ei iniungatur vt prædicat, sic dicet.

FORMA. Velut balista præmittor ad allegandũ conflictum, non quod scientiæ merita exigant, vt præferar in dicendo: sed vt mei comilitones iuris in hostes gloriosius valeant triumphare Vel sic: Sed quia in castrorum acie ordinata debiliores aggressores præmittuntur, vt fortiorum uires clarius elucescant: vt s.

39 §.iam nunc.ver. porrò†¶ Cum autẽ præmissis exordiis patroni causarum ad factum descendere uoluerint:vt super eo ius constituatur,sic poterit dicere.

FORMA.Licet ius,quod finitũ est,& certum,uariari non possit:ut ff. de iu. & fac.ignorant.l.in omni factũ tamen sæpe uariari potest.arg ff ad muni.ordine.Quare de facili posset iudicantis religio circunueniri,quantumcunque sit in iure peritus; quia facti ignorantia prudentiores sæpe fallit:ut in præce.l.in omni. & s. §. nunc tractemus & idcirco factum ante omnia recitabo:quod tale est,&c Vel sic:

FORMA. Quęcunque in lite fiunt,uel ad factum,uel ad ius referuntur, adinstar eius, quod legitur C. de hære.institu. cum proponas. Nam quælibet quæstio est uel facti, uel iuris:ut ff. de usuris.mora.Cum igitur ex facto ius oriatur:ut s. in §.nunc tractemus. in prin idcirco prius factum breui relatione referam, quam super edificem iura: quia ubi non est fundamentum, nullius boni operis superest edificium: ut s. e. § uer. post hoc. Vtar tamen breuitate, ut excludam captiones & superfluitates uerborum. C. quiadmi.ad bonor. pos.ut uerborum. C. de testa. cũ antiquitas. & s. eo. uer. deinde series autem facti talis est, &c.

40 †¶ Porro in processu iudicii in diuersis casibus aduocati aliquibus uti possunt prefationibus: de quo exempla aliqua supponamus.& primo sic:

FORMA. Lege cautum habetur, quòd edicta prætorii eõsoria sic non debent:ut ff.de iudic.si prætor.ext.de cland.desp u ca.fi.§.pen.extrã,de matri.contract.cõtra interdi ecclesiæ.c.i. c filiis concor.nec leges iudiciorio esse debent.C de bon.quæ lib.l.fi

b §.ubi autem extra, de except.cum inter. [b] & idcirco ne uestrum iudicium eluso.rium sit, diligenter inquiratur primitus, an tale mandatum sit sufficiens,extra,de procur.in nostra.in fi.C.eo.licet.¶ Vel sic cõcludet& idcirco talem, qui ad uestrum non curauit uenire mandatum,animaduersione debita puniatis.extra, de do.& cõtuma. prout.ff.si quis ius dicen.non obtem.l.uhica.C. de iudic.l. properandum

41 FORMA †Cum de omnibus confiteri uideatur,quisquis subterfugere iudicium quæritut extr de præsum. nullius. uestra aperte videre potest prudentia,qua iuris prærogatiua pars aduersa fulciatur: quæ per excogitata quidem subterfugia retardare nititur negotium principale ¶ Vel ita.

FORMA. Cum id,quod infirmari, uel uituperari potest, diligenter debeat præcaueriut ext de ser.non or capitu. 1. solicitus, domine iudex, esse debetis,ut uires mandati primitius discutiatis: uel personam actoris, uel rei examinetis, an cum eis iudicium ualeat exe: cere, ne processus in posterum iure ualeat irritari.¶ Vel sic.

FORMA.In qualibet iudiciorum parte, oculũ iudicãtis oportet cuncta rimari,& mediatione sedula intueri,ne in aliquo circũueniri ualeat religio iudicantis.20.q.vlti.iudicantem.extra, de fide instru cum Ioan. prope fin.extr.de off.dele.super quæstionum. §.nos autem. in fin. §. Et inspicere debet. iudex quid euenire potest:vt ff loca.si quis domum.§.j.& quod infirmari potest,præcauere.extra,de ser.non ordi.c.1.ideoque solicitus,domine iudex, &c.vt s. proxi.¶ Vel ita.

c FORMA Euidenter intelligit, qui hoc prudenter attendit, [c] quare momentaneæ dilationes dari petũtur,quæ nullum,uel modicum petenti afferunt adminiculum,sed retardãt negotiũ principale. Vnde,domine iudex, vos,ad quem spectat lites dirimere, vt ff.si cer.per.quidam.& ff.de noui ope.nuncia.l.1 §.& post operis extra,de dolo & contu.finem.& de resti.spol.frequens.libr.6. dilationes huiusmodi denegare debetis.Quod si opponitur, q à iure conceduntur:vt 3.q.4. ca inducię.§ sparium. & iuris beneficium nemini est denegandum: ut in auth. colla.4.sed hoc. 28. distinct.de his.ext.de secundis nup.§ pe.& fina.attendite, si placet,

42 qua mente locutus fuerit legislator:ut ff.ad exhib.l. pen. †Mens enim potius,quam verba spectatur:vt ff.de supel.lega. l. Labeo. 38.distin.sedulo.extra.de uer.b.sig.præterea. Malitijs ergo aduersarij obuiantis indulgendum non est,extra,de rescrip.plerunque. ¶ Vel ita:

FORMA. Iuris probata docet ratio ordinem in causis debere seruari adeo,ut si quid ex substantialibus omissum, seu præpostera tum extiterit:iura decernant irritum,quod inde sequitur,& inane:ut C. de senten. & interlo.omn.iudi.prælatam.C. de iura. ca.l. 2.§.sed quia uerenur. extra, de lite conte.capitu.unico. ff. de fideicommis. liber.generaliter.§. si quis. quia ex his quæ inordinabiliter acta sunt.nihil potest ordinabiliter agi.extra. de accu.qualiter.1.Igitur procuratos, ut secũdum iuris ordinem procedaris: ut uester processus teneat, & ne ex hoc pars nostra in aliquo lædi possit. Hæc brauitatis causa exempli gratia sufficiat memorasse.

43 † ¶ Sed nunquid aduocatus in causas leges & canones allegans, debet iustico id petenti ipsas materna lingua proponere, ut ille intelligat? Et uidetur, quod sic nam nemo respondere cogitur in iudicio, nisi prius quæ proponuntur, intelligat. 5. quæstio. 2.relatum. 11. quæstio. 3. quid ergo Item nemo lege aliqua obligatur, nisi quæ lex continet, sibi plene referantur ut in authent. ut factæ no.constitutio.§. sancimus colla. 5. 18. distinctio. capitu.fin.Nec etiam obligatur quis respondere ad uerba non intellecta. extr.de sponsal.ex literis.1.ff.de uerbo.obliga.l.1.§. fin. Ad hoc etiam facit 63. distin. capitu.fin.ibi,uitium animi,&c.ff.de eden.l.1.ff.de inter.actio.de ætate § nihil.Contra,qa ignorans ignorabitur. 37. dist.c.fi.debet etiam talis querere interpretem.ff.de uerbo.oblig. l 11.in fi.63.distin.Adrianus So.dicunt H.& Bart.quod tenetur sic

d allegare, quod à iudice & à parte [d] intelligi possit.argum.pro eis 28 quæstione. 1. capitu.sic enim neque. prope finem. ubi dicit

e Ange.ad Polientium], cum quo contendebat:[e] Intelligis ne quid dicam

ADDITIONES.

a In camo. ¶ Sumptum de Psal.31.
b Cum inter. ¶ De ele.commissa.§.porro.lib.6.
c Attendit. ¶ Miror quod non allegauit de tempor.ordin. literas.in
d Parte. ¶ j.hoc temperat.
e Contendebat. ¶ Et sic loquebatur pars parti,non iudici.

dicam? an in hoc explanando aliquando diligẽtius immorabor? Attende vt rem ipsam explanandam tanquã in conspectu declarandam planiori sermone ponamus. Ad idem facit 24. quæstio. 1. opi. ibi, nostris sci moribus agnoscamus, &c. & 22. quæstio 2. is autem ibi, vt eis quisque in alterius notitiam, &c. Dominicalis quæstio est 65 Vel dic, quod si iudex est literatus, sufficit si sibi fieri fidem, & allegationes exponi. argu. C. de condi. ob turpem cau. l. 1. extra, de rescrip. inter cæteras. C. si aduer. credit l. 1. ff. de probatio ni l quinquaginta. Nam iudex postea exponet parti, vel aduocato idiotæ: vt C. de litigio. auth. litigiosa & hoc vtilius est aduocatis, ut idiotas à causis excludant. [a] Index enim explanando fatigabitur: ficque illos eiicier cum pudore. †¶ Si autem iudex sit illiteratus. vt C. de iudi. certi. quia forte est baro, vel comes: tunc sic debet aduocatus proponere. vt à iudice intelligi possit. alias enim iudicare non posset: vt de pœn. distinctione 6. capitulo. j. versus finem. ver. iudiciaria enim, &c. & 11. quæstione tertia, eorum. In quibus autem causis leges vel canones sint allegandi, & an allegationes omissas possit quis repetere, dicut j. de dispu. aduoca. §. post hoc autem. in fi. vbi plenius prosequere hunc tractatum.

a 44

ADDITIO.

a Excludant. ¶ Vt dictum est ſ. §. 1. ver. item quòd non habet. & fuit hoc dictum Ro. rub. 19. de causa edenda, ubi distinguit ut hic.

SVMMARIVM.

¶ De cautelis & officio aduocati actoris.

1 *Aduocatus actoris, quæ ratione oporteat sagaciorem & diligentiorem esse aduocato rei.*
2 *Euangelicum illud: Neminem in via salutaueritis: quomodo actoris aduocato debeat adaptari.*
Iacula minus feriunt, quæ præuidentur.
3 *Breuiloquus esse non debet actoris aduocatus, ita ut de causæ contingentibus aliquid omittat.*
4 *Actoris aduocatus quomodo debet esse prudens sicut serpẽs, & simplex sicut columba.*
5 *Actoris aduocatus superstare debet generalib. tanquam inops specialiũ, ne eius intentio citius agnoscatur.*
6 *Nihil tam indubitatum, quod non recipiat quandam solicitam dubitationem.*
7 *Aduocatus caute recordari debet omnium, quæ in iudicio dicuntur.*
8 *Cautus esse debet actoris aduocatus, vt si possit prius agat possessorio quam petitorio.*
9 *Studere debet actoris aduocatus peritura & replicationes destruere exceptiones.*
10 *In criminalibus quomodo debeat procedere aduocatus.*
In maioribus magis est consulendum, & cautius agendum, quia circa ea maius periculum vertitur.
Commendare debet actoris aduocatus personam, in quam crimen dicitur esse commissum.
11 *Rationes quæ sint, quas in sui commodum debeat aduocatus actoris iudici allegare.*

a .7. §. Consequenter de cautelis & officio aduocatorũ pertractandum est. [a] Et prius de aduocato actoris. Secundo, de aduocato rei. Tertio,
1 de aduocato utriusque simul discutiamus. †¶ Et quidem [b] aduo
b catum actoris cui portat pondus diei & æstus, qui etiam debet laborare ad ampliandum causam suam: vt 4. quæstio. 4. nullus vnquam. oportet esse sagacem, & subtiliorem & diligẽtiorem quã. rei aduocatum. Nam reus in duobus casibus obtinet: scilicet si absoluatur, vel si non condemnetur. Actor vero in uno tantum, scilicet si sibi reus condemnetur. ff. de reg. iur. quoties & l. nemo. 6. quæst. vlti. actor. & c. quod autem. ff. de reiud. capitu. fin de cau. poss cum ecclesia. in fi. de fi. instru. inter dilectos. in fi. Difficilius ergo est ad victoriam per unam viam, quam per duas peruenire argumen. C de dona. sancimus. in fin. & 40. di. ante omnia. 32. dis. ca. 1. 4. di. statuimus. Ad eius autem spectat officium laborare, vt
2 cito reus condemnetur: † vnde iuxta præceptum Domini dicen-
c tis apostolis, [c] Neminem in via salutaueritis, id est, non implicetis vos aliis non necessariis, vel inutilibus: ne impediãt iter vestrum, seu negotium differatur in prin. medio & fine tam in proponendo, quam in concipiendo libellum, & in formando exceptiones: & alias sit breuiloquus, non concionator Italicus. 5. q. 5 c. fi. §. sed aliud. Plura enim effundens instruit aduersarium: & suum propositum nimis explicat, quod facere non debet: ut ſ §. iam nũc. ver. cautus tamen. Nam, Tela nocent leuius, visa volare prius. datq; occasionem concionandi & differendi, ac phylacteria dilatan
. 5. c. 1. & magnificandi fimbrias: sicque de seipso conque
. à quo vitij causa & occasio ꝓcessit. C. ad l iul de adul. l fi. ff. de min. reus. ff. de excu. tu. quinquaginta. ext. de eo, qui cog.
3 consa. vxo. suæ. c. discretionem. argu. 32. q. 5. c. 1. & §. 1. & c. quanto. † Non autem sit adeo breuiloquus, vt de causæ contingentibus aliquid omittat: nec per nimium compendium ad magnum veniat dispendium: ut in constitutione Digestorum, & extra, de re iudic. abbate sane. prope finem lib 6. extra, de accusa. qualiter, secundo, prope fi. & vide j. de libel. conceptio. §. ad huius. versi & in summa. Si enim plura proponat, grauat seipsum in probationibus: quia ei mos gerendus est. ff. de proba. circa. extr. de proba. li-
4 cet. †¶ Item habeat astutias serpentis, ne alterius insidijs supplantetur. 6. q. 1. ex merito. in fin. 16. q. 1. si cupis. imo potius vulpinam simplicitatem: ostendat enim se simplicem: & sic aduersarius eum minus verebitur, & cõtra eum parum sibi prouidebit. Si enim esi astutum existimaret, solicitus esset ad vulpeculam capiendam: vt
d extr. de purga. cano. inter solicitudines. resp. 1. iuxta illud, [d] Da o c
5 casionem sapienti, & sapientior erit. 24 quæst. 6. vides. in fi. †¶ Itẽ cautus sit, vt tanquam inops specialium superstet in generalib. vt sic simplicitas prætendatur: & ne eius intentio agnoscatur. ff. de iur. fisci. ita utatur etiam ambiguis & duplicib. sermonib. tanquam propriorum expers, vt possint ad diuersos trahi sensus. 37. distin. relatum sicut ille, qui dixit, Reginam interficere nolit, timere bonum est: & si omnes consenserint, ego non contra dico. Hęc enim verba possunt ad malum, & ad bonum retorqueri intellectum: & tunc accipiet verba pro eo, & eius stabitur interpretationi. ff. de iudicijs. l. si quis intentione ambigua. ff. de verborum obligatio. inter stipulantem. §. 1. 22. quæstio 5 humanæ. extra, de spõsa.
e ex literis. 1. [e] & uide in præd. vers. summa. Tales enim simulationes vtiles sunt, & tolerantur, exemplo Iehu regis Israel, & Dauid, & aliorum: vt 22. quæstio. 2. utilem. cum suis concord. extr. quod
6 met. cau. c. 1. †¶ Item caueat, ne alleget publice legem pro eo expresse facientem: sed eam iudici, cum necesse fuerit, dicat ad aurem: & per eam ipsum informet, ne aduersarius contra illam sese valeat in responsionibus præmunire: quia nil tam indubitatum est, quod non recipiat quãdam solicitam dubitationem. In auth. colla. 4. de tabel § si uero indignus. uersi. proinde hic. Et leges sæpe calumniantur, ut C. de legi. non dubium. & cauillantur, ut ff. ad Tertul. l. 2 §. tractari. & de regu. iur. ea est natura. & captantur. ff. ad exhib. l. penul & possunt trahi ad diuersos intellectus, prout unusquisque præsumit: ut in præ. capitu. relatum. & iunge
7 quod not. infra de dispu. § porro. ver. in summa. †¶ Cautus quoque sit, ut recordetur omnium, quæ dicuntur: ut ſ. §. iam nunc.
f ver. cautus tamen. ¶ Studeat insuper secundum [f] Vber. quantum cũque sit peritus, vt, si potest, iudicium sine libello & sine iudiciaria solemnitate procedat: ut eius intentio latius procedat, & difficilius à re, uel actione, seu causa proposita cadat: ut ff. si men. fal. mo. dixerit. l. prima, in prin. vers. sin autem. & ne libelli forma longas capiat disputationes, sicut sit in curia Romana C de edẽ edita. extra, de iudicijs. capitulo, examinata. De his autem negotijs, quæ de plano procedunt, habes ff. de off procon. nec quicquam §. de plano. C. de naufra. l. pen 11. quæstio. 1. si quis cum clerico. & no ſ de off. om. iudi §. posti emo & j. de lib concep §. nunc dicendum. & infra. de inqui. §. quãdo autem Vt autem obtineas in causa sine libello procedi, allega, quod boni præceptoris est lites minuere: &, quod parcendum est laboribus partium & expensis. ff. si certum pet. l. quidam. ff. fami. erci. heredes § de pluribus cum suis concord. extr. de officio deleg. cum te cõsulente. extra, de restitutione spoliatorum. frequens. lib. 6 Hæc autem obtinent, nisi sit tale negotium, ex quo oriatur actio, sine qua nemo experiatur. ff. de negotijs gestis. l. si pupilli §. fi. Vtrum autem tunc sit de substantia libellus, not. j. de libel. concept §. utrum †¶ Cautus etiam sit, ut prius agat, si poteſt, possessorio, quam petitorio: quia commodius est possidere, quam in rem agere. Institu. de interdictis. §. retinendæ. extra, de restitutione spoliato. c. ex conquæstione, & c. in literis. & c. item cũ quis ff. de iud. si de vi. C. de reiuend ordinarij. & si expedierit in lite cõtestata, poterit de possessorio ad petitorium habere recursum. extra, de cau. possess. & proprie. pastoralis. ff. de vi & vi armata. cum qui sundum. Item cautus sit, ut aliquid coram iudice reuocet in dubiũ, & super hoc faciat iudicẽ, p

reo

ADDITIONES.

a Consequenter. ¶ De cautelis & officio aduocatorum pertractandum est.
b Et quidem. ¶ Secundum Vbertum de Bob. versicul. cum breuiter mihi char. v.
c Apostolis. ¶ Lucæ 10. in prin.
d Illud. ¶ Prouerb. 9. cap.
e Literis. 1. ¶ Ibi dixit exempla de verbis duplicib. & uide quod not. 22. q. 2. nec artificioso. ff. de pac. dotalib. l. cum pater. in gloss. 3. ff. ſ. §. iam nunc. in princip.
f Vbertum. ¶ Vbi ſ. in prin.

reo interloqui,ne reus eum postea valeat recusare: quod dic, ut
9 supra in titulo de recusat.§.fit autem. † ¶ Item studeat destruere exceptiones per iura, vel per replicationes. extr.de testibus.ex tenore C. de contrahenda & committenda stipulat. optimam. extr.de his quæ fi. a maio. part.capi. c. ex ore. Item caueat,ne sibi sit contrarius in suis petitionibus,vel appellationibus: quod si sit,non audietur.extr.de appel.solicitudinem in fi.arg. lxxiii.dist. gesta. 23.q.7.c.j.C.de mu.pe profesio tua. Aduocatus tamen rei variis & contrariis potest vti exceptionibus. ff. de excep. nemo. & ff.de inoffi testa.l.papinianus.§. papinianus contra veterani.& §.sed nec impuberis. Tamen si aduocatus erat, proponendo contraria præiudicat domino præsenti, & non contradicenti: quod dic,ut infra in tit.de confess.§. postremo in prin. Item cautus sit multipliciter circa libelli conceptionem:quod dic,ut infra de li-
a bel.conceptio. §. fin. ¶ Cæterum [a] si † causa sit criminalis, caute
10 procedat: quia circa maiora maius periculum vertitur: vt 42. distinction.quiescamus. & ideo in his cautius est agendum. 7. q. 2. capitu. fi. & magis consulendum.ff. ad Car.l.1.§. 1. & diligentius est tunc res examinanda.C.de appel.addictos.& ad hoc C.de proba.l.fi.C.ad l.Cor.de fal.vbi Debet igitur aduocatus actoris commendare personam, in quam crimen dicitur esse commissum. arg.ff.de re mil.omne.§ 1.ff.de pœ.aut facta.§. 1.quæ est de pœ. dist. 1.debet etiam notare vtilitatem personæ delinquentis, ff.de iniur.si plures.ff.de ince.rui.nau.pe.dus §. 1.ff.de pœnis. quædam. Item etiam magnitudinem excessus: nam atrox iniuria vulneris æstimatur. Instit.de iniur.§.atrox ex magnitudine.ff. eodem.prætor.§.fina.& qualiter est res mali exempli. Et ad hoc ff. ad l. Cornc.de sic.l.4.§.1.ff.de pœnis. si quid. §.abortionis. C.de preci. Impe.offeren.l.1.ad finem Dicat etiam qualiter magna suadeat ratio,vt pœne præstentur.ff.de fideiuss.si a reo.§.pen ff.depos.i.bona fides.C.ad l.Iuliã repe.l.j.Et qualiter potestates dẽt esse speculũ successoribus C.de priua.carce l 1.C.ad l.Iuliã de vi pu.l.fi.de pœnis.l.si postea:& qualiter facilitas veniæ.&c. vt extr. de vi. & ho-
11 cler.vt clericorum.& 23.q.4.est iniusta.in fine. † Et qualiter innocentes tradit exitio, qui liberauit exitia cogitantem, vt ibidem. & in authentica, de man.princip. §. quod si delinquentes. C. de commer.& merc.l.2.& qualite, cum impius interficitur, &c.xv. q.1.nec is,qui.Et qualiter per hoc multorum salus, &c.C. de fer. prouinciarum.in fine Et qualiter domini pereunt, &c. xlv. dist. sed illud ext.de iud cum non ab homine.ibi, non possint esse perditioni,&c.Et qualiter non est crudelis,sed minister legis, qui malos percutit:vt 23.q.v.non est crudelis.& c.seq.& in pluribus aliis capitulis ibidem.

ADDITIO.

a Cæterum. ¶ Iste ver.ad literam fuit Alb. Gal. de acc. ver. sed qualiter. & hoc vsque ibi,qualiter cum impius,& vide quod dicam j̃.§.prox.in fi.

SVMMARIVM.

¶ De cautelis & officio aduocati rei.

1 *Fauorabiliores sunt rei,quam actores contra reum.*
Tutius est condemnandum absoluere, quam absoluendum condemnare.
2 *Rei aduocati officium quod sit.*
3 *Aduocatus rei non debet sine iudicis licentia a iudicio recedere.*
4 *Homo semel malitiæ deditus,cuncta mala conatur adinuenire,*
Aduocatus rei debet fideliter iuribus,non fraudibus,se tueri.
5 *Rei quilibet aduocatus,in quibus specialiter cautus esse debeat.*

1 8.§.Sequitur videre de aduocato rei. Et quidem ille secure clientulum defendat. Nam † fauorabiliores sunt rei,quam actores ff.de reg.iur. fauorabiliores.Et tutius est condemnandum absoluere, quam absoluendum condemnare. ff. de pe.absentem. in prin. extra, de proba. ex literis.in fin.& de fide instru.ea.inter dilectos.in fin. ff. de actioni & obliga. Arrianus. 26.q.vl.allegant. 23.q. 4.quam magnum. & capitul. qui secundum. & capitu. seq. non dico hoc, vt aliquem contra conscientiam iuuet:sed cum quilibet præsumatur esse bonus, vt extr.de scrutin.in ordi.facien. capitu. unico. Nec præsumatur esse immemor suę salutis: vt 1. q. 7. sancimus. securè laboret, ꝙ reus absoluntur:donec, contra eum fuerit probatum. ff. de probatio. ei qui.C.eo.actor quę est vi.q.vlt.C de eden. qui accusare. 2.q.3. sea.at quia non statim qui accusatur,reus est,sed qui conuincitur. xv.q.vltima. capitu. fin.in fine.& C.de accusa.l.fi. in prin. & sæpe
2 falso crimina imponuntur. 2.q 1.capitu. multi. in fin. † ¶ In primis ergo sciendum est, quod officium eius est, causam extenuare,& fugere & differre. 4. q. 4. nullus vnquam. In auth. de litig.§. omnem.collat.8. Vnde & reus fugitiuus est: & sic in lege vocatur.C.de iudiciis l.properandum §.& si quidem. Sic tamen fugiat,ne contra eum ex nimia fuga iudex præsumat:vt ix. q. 3.decernimus.in fin.ff.de euict.si ideo.Nam qui iudicium refugit,apparet eum de iustitia diffisum. xi.q 1.Christianus. in fi extr. de præ-
a sum.nullus.¶ Item,secundum Vbert.[a] die termini,non compareat mane, sed sinat aduersarium primo venire, & tandiu expectare donec tædio affectus recedat, & tunc ueniat vel saltem ultima hora diei,iudice pro tribunali sedente:quia tota dies cedit: nisi dictum fuerit,vt certa hora dici compareat.vel aliquid agat. Insti.de verbo.obliga.§. in dicm. versicu.ac nec eo. Sed & si viderit aduersarium absentem, potest tempestiue venire, & cum iudici accusare,& priusquam veniret,redire. Cum autem actore recedente vel ultima parte diei venerit, præmissa qualicunque mora de excusatione:ostendet,quasi importune, se voluntarium & paratum in causa procedere, & de dilatione dolere: vt sic iudicem placet,non prouocet, & inter hæc suam scribi faciat comparitionem:& nisi iudex dixerit ei,quod expectet, potest recede
b re, secundum eum [b].† ¶ Ego tamen dico, quod non debet sine
3 iudicis licentia recedere: alioquin contumax est. ext. de iudi capit. 1.xi q.3.certum.C.li. 10.de decur.si quis decurio. Licet enim apparuerit, non tamen processit:cum tamen ad hæc duo teneatur.argumen.extra,de dolo & contu.capit.cum dilecti. Demum præsente actore,vel recedente, petat a iudice ab instantia iudicij se absolui: quod si obtineat, cum recedat,faciat licentiam & absolutionem scribi. Si uero actor instet, sedeat aduocatus rei, & taceat:& se dormire fingat:sicut sagaces sæpe faciunt aduocati:cum iudex, ei dixerit, Responde obiectis:tunc lente & pigre surgat,quasi ex citatus a somno,& supplicet iudici pro audientia benigna:vt s. in §.nunc de exordiis.in prin.deinde iudicem commendet:& quantum poterit blandiatur eidem:vt s.eod. titu. §. hic dicendum.ver.cum autem.ad fi, præmissa tamẽ prius protestatione,& ea iussa scribi,quod quicquid dicet, vel faciet, salua tamen sit ei omnis exceptio tam dilatoria, quam peremptoria: vt extr.de dilatio.c.fi.nec per ea,quæ dicit,vel proponit, consentit in eum tanquam in iudicem, nec actorem, tanquam legitimum admittit:de qua protestatione habetur C. de lit.contesta. l. unica. ff.quibus mod. pignus vel hypo solu si debitor.& l fin.ff. si quis
c cau.l.2. in prin.[c] ¶ Verum præmissa doctrina non illuminat cæcos:nec animæ salutem informat: imo sicut scriptũ est in Psalm. 36.Qui malignantur:exterminabuntur.Vnde consulo, ut comparet fideliter in termino: & se iuribus, non fraudibus, tueatur.
4 † Quid enim est, quod homo semel malitiæ deditus,non adinueniat;vt in authenti colla. vi.vt hi qui obli. se perhi. ha. res mino. prope prin.Nam omnis ætas prona est ad malum. 12.q.1.omnis ætas.ideoque potius est ad bonum quam ad cõtrarium informanda.Item recepto libello,si ei offeratur,duas habet vias:vt no
5 tat. j̃. de libel. concep §.sequitur.ver.hoc etiam not † ¶ Item sit cautus, vt a conspectu iudicis sine aduocato actoris non discedat:ne ille aliquid in eius absentia proponat, quod iudicem mouere possit.Item iudicem sæpe moneat, ne aliqua recipiat, quæ non sint in actis vel quæ non fuerint communiter lecta. quæ dic vt j̃. de disputa.§.porro.versic. & no. Item sit cautus, ne subito, sed deliberatione præmissa respondeat,vt s.eod.§.nunc de exor. in prin.Item sit cautus, vt, cum petitionem viderit inepte formatam, vel alium defectũ in aliqua parte iudicii, propter quem debeat processus annullari, taceat, & in finali calculo hoc reseruet,Vel dic, vt j̃. de libel.conce.§.ad huius.versic. cautus etiam sis.Item sit cautus,ne partem instruat in responsionibus factis:vt
j̃.§.proxi.ver.Item sit cautus ne clanculo.Quæ autem his desunt,
d vide j̃.de compari.in termini.[d]

ADDITIONES.

a Sequitur. ¶ Secundum Vber. ultra medium ver. de officio. charta mihi 13.

b Secundum eum. ¶ Vber.scilicet,vbi s.

c In prin. ¶ Hucusque quasi ad literam Vber,

d In termin. ¶ Inhoneste se habuit auctor,qui s.§. prox.in fin. specialiter instruxit aduocatum actoris in criminalibus causis. & aduocatum rei tacuum dimisit sed imputemus Alber. Cal. qui non plus dixit. vbi s. In illis ergo supplendo dicet aduocatus rei sic, domine iudex, pondero certas regulas,quę in criminalibus ab utroque iure sumuntur. Quarum prima talis est, ꝙ diligentior fiat examinatio, vbi de salute vel de pernicie hois agit. C.de ap.l.addictos supplicio.Et merito:quia vbi maius periculum, ibi cautius incedendum,de ele.vbi periculum. in prin.lib.vi.ff. ad Carb.l. 1.§.sed &si quis.Constat autem maius fore periculum in parua criminali quam in magna ciuili.ff.de pœn.in seruorum facit 23.q. v. capitu. 1. ¶ Secunda quã dat lex,C.de pœnis.qui sententiam,quæ præcepit, in sententiis criminalibus hoc temperamentum teneri,vt non prius capitalis seueraque sentia
c

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conuictus,& sic in subiecto flagitio deprehensus,vt ipse etiam vix ea,quę cõmittit, negare sufficiat. Facit 17. quæstio.4.vxor felicis. & ut patet ex l. respiciendum. ff. eod. titu.non est in his seueritatis gloria exquirenda:imo debet iudex temperamentum benignitatis legum seueritati miscere. Cui conuenit 45.distin.disciplina.& c.sunt nanque. & capit.sequen. ¶ Tertia est, quòd ex præsumptionibus quis criminaliter damnari non debet. extr. de præsumpt.literas.ff. de pœnis.absentem.unde licet Salomon 2.Reg.3.capitu.filium rectitui iusserit suæ matri ex præsumptione uiolenta:non tamen subripientem de plagio damnauit.habetur hoc de præsumpt.afferte. Facit quod post Innocen.& Hostiensē.scripsi eod.tit.quia uerisimile. ¶ Quarta est, quòd damnandum oportet prius disertissimis probationibus & luce clarioribus esse conuictum. C. de proba.l. fin.canoniza ta. 2.quæstio. 8. sciant cuncti. Ad idem 5.quęstio.6.Epiphanium.& Hier.in expositione Symboli dicit, quòd magna,ut credantur,idoneis & indubitatis testibus indigent. ¶ Quinta est, maleficium non probari,nisi per testes, qui interfuerunt,& uiderunt, & dicant sub suis obtutibus maleficium fore commissum. 3. quęstio. 9. testes. ff. de ęstionib.Lunius facinoris. §. testes.C.de ero.mil.ann.l.pe.§.hic uero adiiciendo,lib.12.& in aut.de testa.§.sancimus.col.6.¶ Sexta.quòd testes sine integrę opinionis & famę.Si enim hoc in ciuili requiritur.C.de testi.l.testium facilitatem.ff.eod.titu.quęsitum in fi.& in tantum hoc requiritur, quod sola infamia facti ipsum repellit.ff.de sena.l. Cassius. ubi de hoc. fortius igit hoc in criminali.ext.de testi.testium.C.lib.12.de agen.in reb.l. ex eo. ¶ Adde ea supra dicta sunt verba Oldradi, furto sic transumpta ex eius consi. 192. incipi.viso diligen.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati utriusque partis in quibus debeant esse cauti.*
2 *Nouus aduocatus sciat se potius iuuare debere partem,rei , quam actoris.*
3 *Rei certare uidentur de damno uitando,non de lucro captando.*
4 *Diligentia mater est omnium artium,negligentia uero nouerca est eruditionis.*
5 *Falsitas est immutatio ueritatis.*
6 *Aduocatus an possit instruere clientulum in responsionibus facti.*
7 *Pestis nulla peior ad nocendum,quam familiaris inimicus.*
8 *Aduocatus cautus esse debet , ut scripturam in iudicio productam ore suo non legat.*
9 *Quæcunque fiunt uel dicuntur in iudicio ab aduocato, debent à iure uel ratione fundamentum sumere.*
10 *Falsam legem pro uera,uel abrogatam allegans in iudicio, & iudex , qui eam recipit,falsi crimen incurrit.*
11 *Infideli totus mundus nihil est.*
Turpes lites turpiores habent aduocatos.
12 *Infidelis & falsarius in iudicio in hoc à mutis animalibus differunt,q̃ illa mansuescunt alentibus:illorum rabies ipsos,à quibus est nutrita,uepascitur.*
13 *Aduocatus legens falsum instrumentum, uel falsum testem.si scienter fecit,debet ut falsarius puniri : & qualiter constare possit de scientia ,uel ignorantia.*
14 *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.*
15 *Consuetum est alias aduocatos iurare debere , ne causam contra conscientiam,uel desperatam reciperent.*
16 *Proponere debet aduocatus in iudicio sub conditione , seu in modum exceptionis.*
17 *Causa perdita per imperitiam aduocati,an aduocatus teneatur,sicut & in dex.*
18 *Aduocatus dolo faciens,ut clientulus perdat causam,nil certius quod teneatur.*
19 *Actio de dolo quare non datur contra adultum,qui dolo fecit, quòd causa sit perdita.*
20 *Aduocatus causam prorogans ex industria,qua pœna puniatur.*
21 *Ligantur homines per uerba,sicut boues per cornua.*

¶ De cautelis & officio aduocati utriusque.

* 1 9.§. Vtriusque * partis aduocatum esse oportet.† Et primo si sint plures ex parte una , simul super quolibet deliberẽt dubio: vt aduersarij magis timeãt, & ne quid inconsiderate depromant: vt 5. quæstio. 5. capitu fin. quæ dic vt supra eod §. iam nunc. versicu. porro. Item sit cautus, vt quærat à clientulo qualem causam foueat : & quòd faciat sibi dari facti exemplum.Item querat solicite de probationibus:quo facto , clientulo consulat , sicut debet. Item clientulo victoriam non repromittat. Itẽ si res exigit,aliũ sibi associet aduocatũ.Item causæ secreta non pandat , & alia , quæ dic vt supra eod. § nunc tractemus.Item iudicem commendet,& sibi studeat placere,non eum prouocare,nec prouocato etiam respondeat:quæ & alia dic vt supra eodem.§ hic dicendum. Item cautus sit ne aduocatum, contra quem patrocinatur , conuictus irritet , sed nec eum multum commendet: sed diligenter eius singula dicta notet. quæ & alia dic vt supra, eodem. §. iam nunc. Item cautus sit , vt semper consulat in causa peritiores,quod dicitur supra eodem.§.nunc tra
2 ctemus. & infra de libell. concept. §. ad huius. in princip. †¶Sit etiam cautus,maxime aduocatus nouus , vt potius iuuet partem rei,quam actoris.Nam iura fauent reo:& citius,poterit obtinere: & poterit etiam uti pluribus defensionibus ad defendendum se & causam suam. ff. de regu. iur. fauorabiliores. & l. nemo ex his. Instit.de interdic.§.retinendæ.3.quæstio.9 iudicas ff.de actioni.& obli.Arrianus,extra,de proba.ex literis.& supra §.proxi.in princ. Et leuius est fugere , quam impetere . Nam talibus fugitiuis iura subueniunt.extr.de exceptio.cum inter.& capitu dilecti.capitulo
3 fina.†Et rei uidentur certare de damno uitando, non de lucro captando. Vnde eis iuris ignorantia lapsis subuenitur.C.de iur. & fac. ignoran. quamuis. Præterea periculosum est nouo aduocato esse pro actore,propter libellos formandos,& alia mul a,quæ
a occurrunt: quæ de facili comprehendere nequit. a Item cautus sit antiquus aduocatus , ut nouum timeat : qui leges & iura in promptu habet, tanquam nouiter ex studij fornace eductus. argumentum. de consecratione.distinction.secunda. liquido. & qui tanquam inanis gloriæ cupidus feruet nimia diligentia in vincendo:ex quo fit,vt sæpe obtineat contra antiquos, qui vt plurimum sunt desides & remissi. † Diligentia etenim est mater omnium artium in suo opere:negligentia vero nouerca est eruditionis : vt 83. distin.nihil. sed & nouus deferat antiquo , saltem propter ætatem. ff. de iure immu. semper . & 2. quæstio 6. anteriorum.versicul.illud etiam. Item , sit cautus , ne clanculo loquatur testibus:in quo de facili peccat:si enim testis minus dixit, aduocatus factum ignorans supplet : & sic instruit . Vnde si à te quæritur,an sibi loquutus fuerit aduocatus, dices quòd sic : ita in infamiam vulgi veniet:quia eum subornasse credetur.Hinc est,quòd nobiles & maiores nomina sua in contractibus inseri non patiuntur:sed aliorum nomina inscribi faciunt.ff.de auctorita. tuto pupillus §.penul.C.de contrahen. & commit stipula. optimam. extra , de his , quæ fin.à præla.sine con.ca.capitu. quanto.in fin.nec enim decet virum bonum causam suam falsitatibus adiuuare.
5 † Nam falsitas est immutatio veritatis: ut in auth colla 6. de instru. caute. & fide. in princip.& penitus aliena est à veritate. extr. de celeb. miss. in quadam. §. cæterum.Quærere autem à testibus, non tamen instruendo eos,quid de causa sciant,vt clientulo certum possit præbere consilium aduocato non interdico: vt suprà eod.§.nunc tractemus. versicul.facto autem. & vide infra versic.
6 item caueat ne fallam . † ¶Sed nunquid clientulum potest in responsionibus facti instruere? Videtur quod sic : nam & tutor & curator instruet minorem , qualiter respondeat : vt C. de aucto. præst. clarum. ergo pari ratione aduocatus, qui est quasi tutor clientuli. Sed dic , quod dissimiles sunt : quia aduocato non est officium suum damnosum:sed tutori sic, si aliquod damnum pupillo contingat. Debet ergo principalis per se factum proponere,nisi sit omnimode simplex:vt ext.de iudi.pastoralis . & ad factum per se respondere, sine aduocati instructione. Aduocati tamen sæpe faciunt illum cuncta negare , & sic deierare : quamuis illud non semper expediat : vt ff. de tribu. l.illud § penult nec fieri debet.C.de indi.vidu.l.2 ext. quod met. cau.cum dilectus. Et scias , quod contra instruentem aduocationem , vel testimonium , proditum est sena.consul.Libonianum, de quo mentio fit ff.ad l.Corne.de fal.in rubri. Est etiam de sena. consul.Libo.& infra in tractatu libellorum de fide instrumen.ad fin.Et sufficit dari pignora,uel fideiussores, uel iuramentum præstari super ipsa corruptione. de quo dicut in lib. R of. in titu. de senatusconsul.Libo.& infra,in titu.de positionibus,§.3.iuxta fin. Habet autem locum prædictum senatusconsultum in instructione facti, non iuris. Nam sæpe instruimus aduocatos in iure : puta respondeas sic ad talem legem.licet aliter se habeat iuris veritas.Nec in senatusconsultum incidimus. Vbi autem aduocatus instruit in facto,cum se habeat aliter ueritas rei:tũc habet locum. Falsitatem enim committit,quæ & est immutatio veritatis : ut dixi. & infra versicul. item caueat . Potest autem docere clientulum quatuor modis respondere:ut infra de position.§.nono. versic.item nota. ¶Item studeat aduocatus scire probationes , & iura , & secreta causæ partis aduersæ,ut illas possit efficacius impugnare , & se securius defensare †¶Quia nulla peior pestis ad nocendum, quam familiaris inimicus:vt 93.distin.si inimicus.C.de dona. data.de cõsec.distin.3.quomodo exaudit.versicu. si autem quo casu arbiter
7 cogitur

ADDITIONES.

* Vtriusque. ¶ Sic permistim posuit Aegid.rubricam de cautelis aduocatorum.

a Nequit. ¶ Hæc ergo duo consilia dabat fortissima Vbert.nouo aduocato & tyroni de præeligenda parte rei : quod si esset pro actore, in libello formando haberet consilium antiquioris omnino , Suadebat tamen id fieri secretè: ut ex victoria reportaret honorem , & contrarium attribueret consulenti, hoc uide post finitum tractatum de off.iud.uer.si tu es.

8 cogitur pronunciare. ff. de arbi Labeo §. 1. versicu. finge. ¶ Item sit cautus, vt scripturam in iudicio productam suo ore non legat: quia si falsa sit, ex hoc vt falsarius punietur. ff. ad leg. Corne. de fal. falsi nominis ext. de cri. fal. ad falsariorum extra, de exce. præl. inter dilectos. §. præterea. versicu. quid si ad. & seq. Excusaretur tamen prætextu ignorantiæ. ff. eodem, impuberem. §. qui codicillos extra, eodem, dura. & in prædicta decret. ad falsariorum. Videat prius, si est ibi rasura in loco suspecto, uel interlineatura, uel abolitio, vel cancellatura, vel aliud huiusmodi. C. de edicto diui Adriani tol. l. fin extra, de capel. monacho cum venerabilis. de fide instrumen. inter dilectos. vel an possit redargui de aliquo vitio falsitatis. Quod dic vt extra. de crim. falsi. licet. capitulo, quàm graui. & infra de instrumen. edition. §. postremo. & infra de rescri. præsen. § 1. & seq. ¶ Caueat etiam, ne frustratorias postulet dilationes. 3. quæstio. 7. infamis. § tria. versi si quis ex litigatorib. C. de iud. properandum §. illo proculdubio. ¶ Item caueat, ne pecunia, vel prætio litem instructam defendat: alioquin pœna falsi tenebitur. ff. eod. l. falsi pœna. Nec ob pecuniam falsam aduocatum instruat: alioquin tenetur lege Cornelia. ff. eod. l. 1. in princip. & supra versicu. sed nunquid. ¶ Item sit cautus, vt non innitatur suæ
9 prudentiæ extr. de constitu. ne innitaris. & c. 1. † sed quæcunque dicet, vel faciet in iudicio, sumat fundamentum à iure, vel ratione. 1. distinct. consuetudo. & ex scripturis sensum capiat veritatis. 37. distin. relatum. ¶ Item caueat, ne falsam legem vel canonem, cuius auctor ignoratur: vel abrogatam alleget: alioquin falsi crimen incurrit, & deportari meretur: vt ff. ad leg. Corn. de fal. l. 1. & l. eos. & l. fin. & l. diuus. & C. de Iusti. Cod confir §. hunc igitur. & de ve in enu §. has itaque leges. & extra, in proœmio Decreta. in fin licet sit argumen contra extra, de iud. nouit. versi. quicunque
10 lit. Sol. ibi, & 11. quæstio. 1. quicunque. † Qui enim falsam legem pro uera, vel abrogatam allegat, & iudex eam recipit, falsi crimen incurrit: vt in primis concordan. Caueat ergo ne à ueritate discedat, ne mentiatur, ne calumniose alleget. ne peruersè interpretetur. C. de iudici. rem non nouam. § patroni. C. manda. ab Anastasio. C. de iur. calum. l. 2. respon. 1. in authen. constitu. quæ adscrip. & lib. na. in prin. colla. 5. extr. de deci. ad audientiam. Vile enim satis est propter salarij nummum, contemnere Deum: vt 12. quæstio. 1. duo. Quid namque prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero detrimentum patiatur? ext. de simo. Marthæus Hinc est quod dicit lex. quod si quis lucro pecuniaque capiatur, veluti abiectus & degener inter viliſſimos numerabitur: vt 3. quæstio 7. capitu. infamis § apud vrbem. & C. de postulan.
11 quisquis. & qui habet aures audiendi, audiat. † ¶ Scriptum est enim. In fideli totus mundus nec obolus est: vt 14. quæstio 4. quid dicam, & qui dicit contra conscientiam, ædificat ad gehennam, vt extr. de restitu. spol. literas. 28. quæstio. 1. capitu. 1. § ex his. quia omne quod non est ex fide, peccatum est ext. de rescrip. capitul. fina. 28. quæstio. 1. capitu. primo De talib. quidem dictum est per
a Propheram: [a] Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Et Seneca ait in libr. 2. de Ira, qualiter oriatur, vltra secundam col. turpes lites turpiores habent aduocatos. & infra Corona pro mala causa, bona patroni voce corrupta. & infra, Inter istos, quos togatos vides, nulla pax est: alter in alterius exitium leui compendio ducitur: nulli ex alterius damno quæstus est: felicem oderunt, infelicem contemnunt, maiores grauantur, minori graues sunt: diuersis stimulantur cupiditatibus: omnia perdita ob leuem vo-
12 luptatem, prædamque cupidine. & infra. † Hoc uno à muris animalibus differunt, quod ista mansuescunt alentibus: illorum rabies ipsos, à quibus est nutrita depascitur. De his loquitur prophera Esaias capit. 10. Vę qui condunt leges iniquas, & conscribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi nostri: ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Et iunge hic, quod notatur infra de exceptionibus. §. viso versiculo, hac igitur. Quid si aduocatus legit falsum instrumentum: uel falsum testem? Respon. si facit scienter, debet ut falsarius puniri alias non. ut in primis concordan. & extr de crimine falsi. ad falsariorum. & supra versicu. item
13 sit cautus, vt scripturam. † ¶ Sed qualiter constare poterit de scientia vel ignorantia? Respond. ex qualitate personæ legentis. Inspicitur enim an sit persona honesta & diues, & sine suspicione: an uero sit suspecta & mops: & quæ talia facere consueuerit, gratia, odio, vel lucro. ff. de re mili non omnes. §. à barbaris. de testibus. l. 3 in princip. C. si quis Impera. male. l. vnica. de rei vend. in fundo. ff. de accusa. si cui. ext. de pig. illo vos. in fin 46. distin. sunt nonnulli in fine. Item sit cautus ne verbis prouocatus uelit continuo se vlcisci: sed congruo expectato tempore rationis clypeo se defendat. Petat ergo tempus ad deliberandum: sicut quidam sapiens opprobrijs lacessitus fecisse dicitur. 46 distinct. seditionarios. 45. distin. & qui emendat. ¶ Item cautus sit ne passim promodico salario aduocet. Nam ex hoc vilis & degener habetur: vt 3. quæstio 7. capitu. infames. §. apud vrbem. Nec expedit prò modico salario alteram lædere partem. non enim fieri potest, quin lædatur, qui vincitur: quoniam intercessionis beneficio se victum ar
bitratur, vt 14. quæstio. 5. denique. ¶ Item sit cautus, ne plures cau
14 sas simul recipiat. † Quia pluribus intentus, minor est ad singula sensus extr. de cler. coniug. diuersis. Item sit cautus, vt priusquam à iudicio recedat, quæcunque acta fuerint, videat per manum notarii curiæ scripta. Nam si scriptum sit aliter, quam actum fuerit, & in alio termino cõtradixerit, stabitur scripturæ tabellionis. ext. de probatio. quoniam contra C. de re iud. gesta. C. de dona. inter nationibus. Sæpe enim ex breui facti mutatione ius mutatur: vt supra. § nunc tractemus. prope princip. ¶ Item si iudicium declinare intendit, omnia quæ dicet, & petet, faciat cum protestatione, scilicet saluis exceptionibus, & defensionib. suis extr. de dilat. capitu. fin. ¶ Item sit cautus, vt procuratoria & rescripta omnia, per quæ datur, seu fundatur iurisdictio, & breuiter omnia acta faciat iudicis auctoritate transsumi, cui transsumpto stabitur. C. de testament. publicati. extr. de confirma. vti. vel inuti. capitul. penul. Alioquin si perderet, in posterum sententię nõ staretur, si erat de-
15 legatus, quæ dic ut not. extra, de offic. deleg. cum in iure. † Item etiam caueat, ne causam contra conscientiam recipiat: sed quam cito eam desperatam senserit, deserat, quod etiam olim iurare tenebatur: sed hoc consuetudine non habetur. C. de iudic. rem non nouam. § patroni. & argum. ff. de except. doli. l. j. §. item
b quæritur si quis. in fin. & hodie etiam iurare tenetur. vt in constitu. Greg. X. d e postu. properandum. [b] & alibi sic iuret. Tutori enim imputatur, & pupillo ad interesse tenetur, si causam pupilli desperatam ducat. C. de administratione tutorum. si bonam & l. non est ignotum. ff. de administra. tuto. quoties. §. sicut Ignoscendum tamen est illi, qui bonam fidem agnouit: v ibi, & ff. mãdati. Quintus. Item sit cautus, ne facile aliquid confiteatur allegando, sed protestetur: vt supra eod. § iam nunc versicul. ex præmissis. Eius namque confessio, sicut & partis, nocet, nisi fuerit
16 reuocata: vt infra in titu. de confes. § fin prope princip. † Semper ergo sub conditione, seu in modum exceptionis proponat, dicens: non est ita: & si esset, obstat tibi hoc. vt extr. de exceptio. cum venerabilis. Sic enim respondendo, seu excipiendo, non videtur aduersarij intentionem simpliciter confiteri: vt ibi, & ff. de except. non vtique. ff. qui. mo. pig. vel hypo. solu. si debitor infra, de excep. §. viso. versicu. cum igitur. & sequen. ¶ Item sit cautus, vt nihil dicat: seu faciat, quod possit iudicem prouocare. Vnde non sit promptus ad eum, vel recusandum. vel suum iudicem declinandum: sed studeat ei placere, & sæpe sibi loquatur ad aurem: quæ: dic, vt supra. §. hinc dicendum. versicu. caueat etiam. & sequen. ¶ Item sit cautus, ne litem ex industria protrahat: alioquin
17 punietur in duabus libris auri. quod dic, ut infra tit. de exception. §. viso. prope finem. versicu. hanc igitur. † ¶ Quid si per imprudentiam aduocati quis causam perdat: nunquid tenetur aduocatus sicut & iudex: ut infra de requisitio. consi. prope princip. Potest dici, quod imputet sibi qui talem elegit. infra de salar §. sequitur. ver-
c sicul. quid si reus fuit, &c. Vel dic, secundum dominum meum, [c] quod aduocatus tenetur, siue per negligentiam, siue per imprudentiam causam perdat. argument. ff. ad leg. Aquil. idem iuris. ff. lo. & con. cum in plures. §. locator. ff. de offic. præsi. illicitas. §. sicut. extr. de ætate & quali. ad aures. ff. de pœnis. si quis aliquid. §. quis instum. ff. ad leg. Corn. de fal. l. 1. § is, qui. Et breuiter, secundum eum, tenetur, qualicunque eius vitio causa perdatur. argumen. ff. de euic. si ideo. C. eod. l. emptor. extr. de emptione & vendi. capitul. fina. & ff. de tabu. exhibend. l. locum. §. condemnatio. Secus, si ex qualitate causæ, vel ob defectum probationum: quia tunc vitium est materiæ, non artificis: vt supra § nunc de exordijs. versicu. post
18 hoc autem. † Illud autem certo certius est, quod cum aduocatus dolo malo fecit, vt clientulus perdat causam, bene tenetur. ff. de euicti. filius. argumen. extr. de iniu. capitulo fina. 50 dist. sæpe. Et hoc probato, causa restituetur, vt de ea iterum cognoscatur. C. de aduo. diuerso. iud. l. 1. ff. de minoribus. minor magistratus. §. 1. quod uerum est: cum ad hoc actum est contra victorem, ut causa de nouo agitetur, & probata est aduocati præuaricatio. Secus si actum fuisset contra aduocatũ, vt puniatur, qa tũc nõ obesset victori, ut causa restituetur, & de nouo ageretur, qa res inter alios acta, &c. vt ext. de fide instru. inter dilectos. versus fi. & C. quibus res iud. nõ nocet l. 2. & ext. de re iudicata quamuis. Alij tamen dicunt, quod in hoc crimine, & in alijs publicis res inter alios

ADDITIONES.

a Propheram. ¶ Psal. 9.
b Properandum. ¶ Reuocata quia non est in 6. & vide 3. §. 1. uer. it habet. cum sua remis.
c Meum. ¶ In summa, eo. tit. de postu. §. ulti. uer. tenetur etiam.

ter alios acta alijs præiudicat. ff. de iureiu. cum, qui. § in populari bus ff. de accus. si cui. § j. & arg ff de prœuarica. l. 3. respõso. j. Sed quare hoc casu retractatur iudicium, quia hoc non est in procuratione: vt ff. de iudiciis. si prætor § 3. ff. de dolo. l. & eleganter. §. si dolo. Respon. quia contra procuratorem agitur mandatir: vt
19 C. de manda. l. cum procuratore. sed non contra aduocatum. †¶ Itẽ quare non datur actio de dolo ꝯ aduocatũ, vt non retractetur iudicium? Respon. quia aduersarij deprehendit calliditas, quæ sola sufficeret. ff. de iudiciis. Marcellus. Sed hæc ratio non placet. Nam ita bene est agendum contra aduocatum actione in factum, sicut contra iudicem, qui male iudicauit: vt in prædic. tit. de requisit. consil. Est ergo ratio illa: quia procurator per litis contesta. fit dominus litis: vt C. de procurator. neque. quare non rescinditur iudicium. Secus in aduocato: quare rescindit. Sed videtur etiam, quo ad aduocatum non rescindi: vt ff de mi. minor.
20 § j. Sol. ibi. †¶ Porro cum aduocatus ex industria causam prorogat, punitur in duabus libris auri, vt dixi: & nihilominus clientulus eius ex hac dilatione læsus, potest agere contra eum. argu. C. de iudic. properandum. §. illo proculdubio. Sed quid si ex industria aduocati alterius partis sit læsus: nunquid potest agere contra eum? Respon. sic, actione de dolo: vt ff. de dolo. arbitrio. § pe. & l. si dolo. & si ille non fuerit soluendo, clientulus ille restituere tur contra partem aduersam: ne ex dolo eius aliquid lucretur. ff. de eo, per quem fac. est. l. fina. in princip. secundum Vber. Cautus etiam sit, vt vltimo proponat, si potest, & sub compendio reepiloget rationes efficaciores, & magis cogẽtia iura: vt iudex ea melius memoriæ commendet: vt ꝫ. § iam nunc. versi pen. j. de dispu tat. & alleg. § post hoc. in fi Item sit cautus, ut si videatur allegatio nibus superari imprudenter, eludat aduersarium: vt ꝫ. §. iã nunc. ver. verum. ¶ Item cautus sit, vt si putat sententiam contra se ferri debere, non adsit eo tempore quo feretur. quod dicut j de ꝓlat. senten in fin. Item debet legere literas commissionis, & libellos, & facere positiones: ut capiat aduersarium in aliqua positio ne, & sic obtineat. C. de confessis. l unica. sicut Iudæi uolebant Ie-
21 sum capere in sermone. † Nam homines per uerba, & boues per cornua ligantur: ut no. Insti de oblig. in princip. Ex præmissis igit collige, quod Iurisperitus debet esse in consilio cautus, in patrocinio fidelis, in iudicio iustus: quoniam de talẽto sibi credito tenetur reddere rationem: vt in constitut. Gregor. X. de postu. prope
a randum [a]. Quæ autem hic desunt, uide j. in tit. de disput. & alleg. aduoc. Item qualiter aduocati se coram consiliarijs habebũt, uide j. in tit. de conf. requisitione.

ADDITIO.

a Properandum. ¶ Fuerunt hæc verba in proœmio primæ compilationis.

¶ Bald. De Aduocato.

Videat omnis aduocatus, & hic audiat. G. cum. aduocato. li. iudex non debet habere consilium, no. in l. proxime. ff. de his quæ in test. delen. Bal. ¶ Si quis aduocatus est gener alis duarum ecclesiarum, & inuicem litigant, tenetur iuuare ius habentem: si hoc sibi non liquet, tenetur iuuare illam, cui primo promisit operas. l. in operis. ff locati. uer. quid si aduocatus habet in §. 1. G. ¶ An qui iurauit aliquem iuuare, debet expectare requisitionem? Vide ff. de ma. conue. l. 1. §. magistratus. uers. nunquid is, qui iurauit. per G. dic, qꝫ non G. ¶ An salarium aduocati transeat ad hæredes eius ver. sed pone abbas. G. non nisi sit facta mentio hæredis. G. ¶ Laudes faciendas ad quẽ doctorandum & commendandum uide in §. hic dicendum. versi. commendet. igitur. ¶ Qui comparet in termino, & ante recessum iudicis recedit illicentiatus. contumax est ratio, quia uidetur citatus ad duo: videlicet ad comparendum, & ad procedendum: sed iste non processit: ergo, & c. in §. sequitur versi. item. secundum Vber. vide infra. in tit. de appellat. ante fi. §. ille qui cõparuit. & Innocen. de offic. delega. c. consuluit. ¶ Aduocatus potest instruere clientulum suum, & testem in iure, non in facto. §. vtriusque. versicu. nunquid clientulus. G. in facto: vt verum dicat, vt no. Rofr. in titul. de senatusconsul. Libo. Bald. Vide multa pulchra in hoc titu. & vide supra de actore. §. an omnis aduocatus dicatur habere castrense peculium. ¶ Quod aduocatus non respondet positionibus, imo arcetur à conspectu, vide infra. de posi. §. aduocatus. & de confessio. aduocati, vide infra de confess. §. confess. aduocati. ¶ Quod aduocatus debeat omnes attestationes rimari, infra, de probationibus. §. aduocatus. ¶ De modo aduocandi vide per totum titulum de dispu. & alleg. vide supra, de iudic. deleg. §. super causa. uersic. quid econtra. An quis possit esse aduocatus in causa, in qua fuit iudex, vide infra, de petition. senten. per totum. & de interrog. quæ fiunt in iudicio. §. fi. versi. fin. & ꝫ. de assess. §. fi. ver. fi.

a

¶ De teste [a]. Rubrica.

b

NVNC de Testib. [b] aliqua ad instructionem utilem legentium supponamus, dicentes: Quæ possunt cõtra testes opponi. Quando, & qualiter sunt producendi seu. recipiendi. De iuramento ipsorum. De articulis. De interrogatoriis. De testium examinatione. De attestationum publicatione. De rubricis. De testium reprobatione. De numero testium. Quibus testibus magis fides adhibeatur. De ipsorum conpulsione. Et de renunciatione productionis testium.

ADDITIONES.

a Materiam tractant omnes Summistæ, sed per diuersa membra. Ex practicis Pileus in quarta parte ponit rub. de testi. & quatuor post illam scilicet de ip sorum productione, de iuramento, de fide, de rescrip. in instrumento. ¶ Bagar. tractat de his plene charta secunda. ver. quid si testis mistim. usque ad finem. ¶ Tancred. parte tertia fecit de materia vndecim rubricas. Rofr. nil ni si in quantum tractat de Liboniano. ¶ Vbert. de Bobi. mihi charta quarta, de §. si pars aduersa. usque ad §. cum breuiter. satis plene, & ibi de positionibus. ¶ Vber. de Bonacur. nihil. ¶ Ioannes de Deo, Cauilla. v. li. post principium, posuit quatuor rubricas. & de hoc in lib. iud. parte prima, secunda. & 3. sub suis rubric. ¶ Bonag. parte tertia, rubrica, qualiter formentur articuli probandi per testes, vsque ad finem ipsius partis. ¶ Aegi. sub decem rubricis continuis, vna interposita, prosequitur materiam inchoans in xxix. ¶ Alber. Galeo in rubrica, de testi. multum dedit auctori causam dilatandi. ¶ Nepos de Montealba. rubrica contra testes. ¶ Guido de Suzar. vbi de capitulis, super quibus producuntur testes, & vbi de interrogationibus testium. ¶ Roland. doctor aliquid sub rubrica de probationibus. ¶ Gallicus sub tota rubrica de probationibus vniuit duodecim quæsti. in teste, quę in eius productione requirit, & illa eadem duodecim posuit, qui illum in ordine sequitur supra in proœmio in contentione actoris & rei, dubulti. col. Minor ordinarius in charta penultima. ¶ Et sciendum, quod ex prædictis solus Bagarotus diffinire voluit, quid sit testis, dicens: quod testis est veritatis aditor, & opertorum detector. Sed multi veritatem adiuuant, & detegunt occulta, qui non sunt testes: ipse tamen allegat C. eodem. titu. l. eos. & de repu. l. consensu. In quibusdam antiquis iuuenialium, cuius nomen ignoro, sic diffinientem, quod testis est, qui omni gratiæ, & omni potentiæ fidem religioni iudiciariæ debitam possit præponere. C. de testibus. l. eos. canonizata. 4. quæst. 3. testes. Sed illa non est diffinitio testis. multi enim id possent, qui de facto testes non essent: & ideo transeamus cum Summistis omnibus, qui nõ diffinierunt, nec de hoc membrum fecerunt. ¶ Iterum, quia vtile puto, quædam titulum istum tangentia, quæ in quadam accusatione de quodam episcopo facta in curia fuerunt in dubium deducta, communicare dispono, plus remissioni ipsarum, quam prosecutioni vacando. Super delatis commissa fuit receptio testium ad partes. Aliqui per delatores nominatim excõmunicati erant: quærebatur an illi possent illos absoluere pro dicendo testimonio, cum diceretur, quod per alios veritas haberi non posset. In dubium autem esset hoc, nisi illis iudicibus fuisset commissum. de testibus. veniens. 2. in fi. Si commissum non esset. videretur idem de hoc not. de sentent excõmu solet. lib. 6. & super 3. gloss. Secundo quærebatur, an stylus curiæ Romanæ haberet certum numerum testium taxatum, secundum varietatem causarum. Ad hoc simplex Iurista respondere non potest fateri tamen oportet, quod numerus quadrigenarius statutus in decr. c. cum causam. eodem. tit. non est ordinatus. & ibi de hoc. & super glo. pe. & ff. eod. tit. l. 1. in fi. Tertio, quærebatur an quidam testes quos episcopus carceraverat vt iudex, essent per hoc repellendi? Respon. hoc iure non expressum, tamen ex hac causa militur fides testis. in auth. de testi. §. si vero odiosus. Quarto, quærit de familiaribus episcopi per ipsum expulsis propter scelera: an sint recipiẽdi cõtra ipsum episcopum? Ad quod respondetur, quod crimina possent esse sufficiens causa repulsionis: sed quod fuerunt familiares, no. 2. quæst. 7. cum pastor. de accus. nulli episcoporum. Quinto, quæritur de laicis & mulieribus an admittantur ad testimonium contra episcopum. de his j. §. proximo. Et ver. item quod est mulier. cum ver. seq. Sexto. de his, qui aliquam contentionem, vel causam cum episcopo habuerunt. Respondeo, illos non repellẽdos Instit. de exc. tut. §. item propter. & in auth. de testi. §. si vero odiosus. Septimo, de his, qui sunt de genere deferentium episcopum, vel illorum, qui contra episcopum appellarunt. Respondetur, illos admitti. C. eo. titu. parentes & liberi. cum ibi notatis. & dicetur infra. post prin. non tamen sunt tantæ fidei, vt extranei. nam si sola amicitia in aliquo detrahit fidei testi. ff. eod. l. 3. §. i. fortius consanguinitas. ff. de iniu. l. lex Cornelia. cir. prin. quærebat episcopus vltimo, an in productione testium deberetur sibi amplior fauor. quã delatoribus: respondetur quod sic, quia delatoria est illaudabilis intentio. 2. quæst. 7. si quis episcopus. & quia delectat papam testimonium bonæ famæ episcoporum. de accus. licet. in fi. & facit ff. de fer. l. vl. vbi in dilationibus. ¶ plus fauetur reo quam actori.

ADDE, quo ad primum quæsitum. & an excommunicatus possit absolui à delegato, vt ferat testimonium Oldr. consil. cclxx viii. incipiente, licet clausirales. vbi concludit, quod sic, quando alias veritas patere non potest. Consilio vero cxlv. incipiente, quæritur si testes. videtur transire cum contraria opinione, quam dicit tenere Innocen. Hostien. & Ioannem de Imol. in capi. solet. de sentẽ. excom. Verum est quod non aperit, an veritas possit aliter erui. Vide etiam ibi qualiter est in arbitrio iudicis refrenare & ampliare numerum testium: licet decre. causam. de quadragenario loquatur. Et qualiter carcerati per episcopum contra ipsum perhibere possint testimonium, licet non tanta fides debeat adhiberi. Et qualiter seruientes episcopo possint admitti. Et qualiter laici, bigami, & mulieres possint testes esse. In criminali successiue de omnib. hic dictis per Io. And. ibi vide de verbo ad verbum. sed de dictis conf. cclxxviii. ipse non videtur notitiam habuisse.

b Nunc de testibus. ¶ Opponi. de hoc primo tractat opus Iaco. de Ameli, quem nominaui super rubrica de testibus, in fi. quam intitulauit de probatione testium. in quo ponderatis quę infra sub hoc membro scribuntur, nõ expedit laborare.

SVMMARIVM.

1 Inimicus non potest esse testis contra inimicum.
Amicus non potest esse testis in causa amici.
2 Testificari non potest pater contra filium, nec filius contra patrem.
3 Parentis appellatione, qui contineantur.
4 Conclusio, quod pater & mater non possunt testificari pro filijs, in quibus fallit.
5 Pater & mater in testimonio contractus matrimonialis cẽsentur suspecti etiam si contrahentes sint pares.
6 Vir & vxor si se habeant vt excedentia & excessa, an pater vel mater possint inter ipsos pro, vel contra testificari.
7 Pater vel filius, vel duo fratres, possunt simul in testamento vel negotio extranei testificari.
8 Frater admittitur ad testificandum pro & cõtra fratrem in causa ciuili.
9 In causa criminali an frater admittatur p, vel contra fratrem testificari.
10 Par affectionis causa suspicionem tollit in casu testimonij.
11 Socius pro socio, an in testem admittatur pro parte socij, non pro sua.
12 Domesticorum nomine qui contineantur.
13 Producere volens aliquem de sua familia in testem pro eo, debet ante productionem per x. vel viii. dies ipsum ab eo ejicere.
14 Agnati & cognati an dicantur personæ domesticæ.
15 Vir & vxor dicuntur domestici adinuicem.
Pater est domesticus filio & econuerso.
16 Aduersarius volens vxorẽ testificari in causa viri, an sit ipsa admittẽda.
17 Socius an admittatur testis in causa socij, si pars aduersa requirat.
18 Induci non potest testis pro rege vel comite, qui est de regno, vel comitatu licet contrarium obseruetur.
19 Produci domesticum in testem si quis videat & taceat, an ille testis audiendus sit & recipiendus.
20 Iudices facilius inueniuntur, quam testes.
21 Sacramentum repræsentat quandam speciem seruitutis.
Seruus obligatus domino ad præstandum sacramentum fidelitatis, an possit pro ipso domino testificari.
22 Testificari an possit quis de collegio, vel vniuersitate in causa ipsius vniuersitatis, vel collegij.
23 Rector vel prælatus ecclesiæ, an possit esse testis in causa ecclesiæ.
24 Administrator alicuius ecclesiæ si contrahat nomine ipsius ecclesiæ, postea autem reuocatur in dubium contractus, an poterit pro illa ecclesia testificari.
25 Testis pro quolibet peccato mortali repellendus est à testimonio.
26 Testis prætextu criminis repulsus à testimonio, an repellenti poterit crimẽ obijcere.
27 Testis si post datum testimonium efficiatur criminosus, seruus, infamis, vel hæreticus, nil officit.
28 Excipitur contra testem, quod est infamis, vel læuis opinionis.
29 Ferre testimonium est dignitas.
30 Periurus seu in peccato mortali constitutus, an possit dispensari, vt non repellatur à testimonio ferendo.
31 Excipitur contra testem, quod est excommunicatus.
32 Excommunicatus contra excommunicatum, vel criminosus contra criminosum, vel infamis contra infamem, an possint testificari.
Exceptiones plures contra testes.
33 Legatarius potest de voluntate aduersarij esse iudex vel testis.
34 Impubes iurare non potest.
35 Pubes factus an possit ferre testimonium de his, quæ vidit in pupillari ætate.
36 Monachus, canonicus regularis, vel conuersus, vel alius religiosus, sub obedientia positus, non potest esse testis sine eius licentia, cui subest.
37 Excipitur contra testem: quod est socius criminis, seu eodem crimine irretitus.
38 Si quatuor homines dicantur aliquem occidisse, & constat eum occisum, an accusator possit aliquem illorum in testem producere.
39 Vasallo non creditur in testimonio, nisi in defectum probationis.
40 Adscriptitij an possint esse testes.
41 Præsumitur quilibet bonus, nisi contrarium ostendatur.
42 Probatione recepta in iudicio, si iudex pronunciabit recipiendum, appellet is contra quem producitur,
43 Testis si dicat se seruum, vel infamem, vel periurum, &c. forte vt euitet testimonium, an eius simplici assertioni stetur?
44 Testis falsi dicus tres personas offendit.
45 Crimine in vno loco commisso, an possint testes examinari in alio.
Malum debet ibi puniri, vbi committitur.
46 Clericus falsum testimonium dicens, qualiter puniatur.
Arbiter non potest testem punire, sed ad iudicem competentem mittere, vt secundum delicti qualitatem puniatur.
47 Iudex debet ex officio suo punire falsum testem pœna legis Cornelia, de falsis.
48 Teste examinato per solum tabellionem, iudice non præsente, si fiat scriptura, per quam testis redargui debeat à iudice, testis autem negat scripta, an ipsi sit credendum.
49 Testis recipiens pecuniam, vt falsum testificetur, quod tamen non facit, an puniri debeat propter solam pecuniæ dationem.
50 Opponitur contra testem, quod obscure & confuse loquutus est.
51 Interpretatio fit in dubio, vt res potius valeat, quam pereat.
52 Testis debet præsens fuisse his, super quibus deponit.
53 Nomine visus, quilibet sensus corporis intelligitur.
Testimonium de auditu, dicitur perhiberi de visu.
Testimonium de auditu alieno, non valet.
54 Testimonium de auditu, in quib. casibus admittatur.
55 Testimonium de visu reddi debet in casibus visum exigentibus.
56 Cæcus an possit testis esse.
57 Cæcus aut videns, qua forma possint & debeant super iurisdictione alicui ius testificari.
58 Testimonium de credulitate non ualet.
59 Testificari non potest Iudæus, vel Paganus, vel hæreticus contra Christianum.
60 Testis interrogatus si non reddit causam dicti sui, vel si reddat minus sufficientem & ineptam, non est admittendus.
Causam non videtur dare, qui dat incongruam.
61 Attestatio sola sine causa non prodest, quantum ad probationem.
62 Testis deponere non debet super alio, vel aliter, quam super quo fuit inductus.
63 Testis super possessorio inductus, non est super proprietate interrogandus.
64 Testis debet secundum interrogata respondere.
Obreptitia probatio improbatur a lege.
65 Interrogare testem extra capitulum, non est contra, sed præter ius, ideo non est reprobandum.
66 Numeratio & confessio in causa testimonij, paribus passibus ambulant.
67 Iudex debet secundum allegata & probata procedere.
68 Testis receptus pro aliquo in vna causa, potest etiam recipi contra illum in alia causa.
69 Testimonium vnius pro vtraque parte, an sit efficax.
70 Varians testis dicitur, vbi nulla causa assignata dicit contrarium eius, qđ primo dixit.
71 Testem vacillare, quid sit.
72 Testi sedo inducto dicenti contrarium eius, quod primo dixit, non statur.
73 Contra testem verbosum præsumitur, & ideo contra illum exceptio dat.
74 Testis habens causam contra ium, contra quem producitur, an sit admittendus.
75 Conclusio, quod aduocatus non potest in iudicio testificari, quomodo intelligatur.
76 Iudex quo casu possit esse testis.
77 Vbi sunt tres aut quinque iudices, & duo testes, quib. potius sit adhærendum, aut credendum.
78 Venditor an admittitur testis pro emptore vel debitore, in causa pignoris.
79 Iudex productus in testem, an possit ad iudicandum peti.
80 Iudex in testem productus, non debet remanere iudex.
Probandi facultas non est angustanda.
81 Testes idem in omnibus, vel similia dicentes, præsumuntur subornati.
82 Testes discordantes de loco, tẽpore & pſonis, vel sibi contrarij, non probãt.
83 Mulier in quibus causis possit in iudicio testificari.
84 Excipitur contra testem, quod non est probatæ vitæ, vel opinionis, nec est bonæ conuersationis, &c.
85 Publicè pœnitentes, quodammodo sunt infames.
86 Infamia canonica contrahitur per peccatum, & tollitur per pœnitentiã.
Dubitari non potest de illius emendatione, qui publice pœnitet.
87 Mendacium testimonio additum, ipsum testimonium decolorat.
88 Furiosus vel indiscretus a testimonio excipiuntur.
89 Actionem suam alicui ex causa donationis si quis cedat, quia non habebat testes, nisi filios, an tunc cessante causa, poterunt illi testificari.
90 Vitia, quæ opponi possunt contra testem, propter quæ non admittatur in testimonium.
91 Testis in quibus casibus debeat rogari.
92 Ad testem perfectum duo concurrere debent, quibus deficientib. non valet quod agitur.
93 In contractibus omnia præsumuntur solenniter acta.
94 Rogare testes est eis denunciare, vt assistant.
95 Plura si in aliquo negotio requirantur probanda, non sufficit vnum tantum probari.
96 Accusatio, testimonium & ordo, paribus in iudicio passibus ambulant.
Minori causa repellitur iudex, quam testis.

¶ Quæ possunt contra testes opponi

a 1 1.§. Opponitur. aut ē † contra a testem, ꝙ est inimicus, ext. e. quoties. 2. q. i. in primis. ver. sed & de pſonis. C. eod. si quis. & in auth. ibi posita, si dicatur & in cor. vnde sumitur. collat. 7 titu de teste. §. si uero dicatur. c. testium in prin. ext de accus. repellantur &c. cum oporteat. & c. meminimus. & de simo licet. & c. per tuas. 4. q. v. c. i. per totũ. Vel fuit olim, & tunc se vult uindicare. 3. q. [illegible] a. 1. 2. & 3. Vel quod cũ inimi-

ADDITIO

a 2 Opponitur autem contra. ¶ Et 2. vbi satis dehc.

inimicis cohabitat: vt ĵ. ver. item quod cohabitat. & hoc, si est capitalis, uel conspirator, qui nunquam admittuntur, vt ĵ. item q̃ est conspirator. alias autem si sit inimicus propter litem criminalem, ante finem litis non admittetur: sed tpe disputationis disquiritur an sit ei credendum, vel non: vt ĵ. ver. quid si ab vno. Inimicus ergo magna inimicitia repellitur,[a] secus si parua & ff. eod. l. 3. in fi. & l. se. & in præ. §. si vero. de qõ. l. 1. § præterea. ¶ Amicus etiã non potest esse testis. 4. q. 3. versi. si testes. & uersic. testium fides. & hoc si maxima amicitia adstringitur: non aliter. ff. de verbo signifi. latæ. De hoc 3. q. 5. c. 2. & in hoc concor. Iacob. Balarg. ff. de proc. affinitate. Dixi tamen, quod nõ legitur, aliquen repelli propter
b amicitiam, nisi inter liberos & parentes, virum & vxorem.[b] ff. de testibus. l. 3. in principio. Ego dico, quod hoc legitur ibi expresse,
c extra eodem. quoties[c] & de testib cogend. cæterum. & capi cum
d inter. & c. seq.[d] & c. fina. ¶ Item quod non iuratus: ut dicam ĵ. sequitur. ver. & not. quod. ¶ Item, quod non dicit de certo tẽpore: quare non plene probat. ext. de fide instr. cum Ioannes, circa medium. & de probat. in præsentia. & argum. ff. de eden. l. 1. §. editiones. quod dic, vt ĵ. §. iam de interrogatoriis. ver. item de tempore. ¶ Item q̃ est conspirator, vel coniurator. 5. q. 5. conspiratores. extra, de accu. cum oporteat. ext. de simo. licet Heli. & capi. per tuas. ext. de re iud. cum l. & A. vbi de hoc. 11. q. 1. coniurationum & ca.
2 seq. † ¶ Item q̃ est parens, seu pater, qui non potest testificari contra filium, vel pro eo: nec filius contra parentem, nec pro eo, etiã
e si uterque id velit.[e] C. eod. parentes extr. qui mat. accu. pos. videtur in fi. 4. q. 3. c. si testes. §. item in criminali. ver. parẽtes. & §. testis idoneus. Idem intellige de matre, quæ sub nomine parentis continetur. arg. ff. de verb. sig. patroni. & hoc in ascendentibus & descẽdentib. in infinitum. ff. de in ius voc. quisque. §. 1. siue sint in pote-
f state, siue sint emancipati.[f] † cum parentes etiam dicantur mater,
3 & auus maternus
g mon autem & collaterales volentes inter se, si uolunt testificantur, non in alios. 3. q. 5. c. 1. Et est ratio: quia pater seu mater & filius, nec pro se nec contra se admittuntur. nam vox patris, vox filij est, & econtra Insti. de inut. stip. § ei. & § post mortem. C. de impu. & ali. sub. l. fin. & una persona sunt. 35. q. 3. hac auctoritate. in prin. & ubi est vnus, alter esse vĩ. C. de agri. & cens. cum sciamus. q̃ pe si. li. 11. & partus pars viscerum est. de conse. dist. 4. si ad matris.
4 † Quod autem dixi, q̃ pater vel mater non possunt testificari pro
h filijs, fallit.[h] Nam pater est testis in testamento filij, de pupillo testantis: vt iam dicam. ¶ Secũdo, pater potest pro filio testificari in causa religionis. 20. quæst. 3. præsens. ¶ Tertio, mater, cum quæritur de ætate, vel etiam genere seu cognatione filij, testatur. ff. de
i probationibus. etiam matris.[i] ¶ Quarto, fallit in causis matrimonialibus, scilicet, cum quæritur, utrum matrimonium possit esse cum eis, uel non propter consanguinitate ñ, uel affinitatem. 25. q. 6. c. 1. ext de matrimonio contra inter. eccl. contra, cap. 1. ext qui ma. acc. pos. videtur. ext. de re iud tenor. ext. qui fil. sint legi. transmisse, & c. per tuas. Vbi autem quæritur an matrimonium sit contractum, vel non, sponsa dicenre fore contractum, sponso hoc negante: si ipse sit ditior, vel nobilior, vel potentior, uel honorabilior, pater & mater sponsæ non admittuntur. si uero par, vel inferior sic. in fauorem matrimonij. extra, de testibus. super eo. extra,
5 de sponsalibus sicut ex literis. † Dominus meus dicit, q̃ etiã si sint pares, pater & mater videntur suspecti. Vnde bonus iudex hoc arbitretur. ff. de verbo. obligation. continuus actus. in prin. de hoc no. ĵ. qui matri. ac pos. Sed nunquid sufficit alterum istorum, scilicet, quod sit ditior, uel etiam nobilior. licet in alijs sint pares, ad hoc ut pater & mater intelligantur suspecti? Puto, quod sic: ut in prælleg. decreta. super eo. vbi dicit, vel honore. dicit enim vel, &
6 non dicit & † Sed quid si vir & vxor se habent ut excedentia & excessa, scilicet, q̃ vir est ditior, ipsa nobilior & potentior, &c. Dic, q̃ iudex æstimabit q̃ta sit uiri paupertas, maxima, uel mediocris: & an ipsa sit multum nobilis, & ipse valde vilis, quo ad genus, ita q̃ non est verisimile testes propter suas diuitias moueri: & secũdum hoc interpretabitur, an testimonium sit suspectum, vel non. ff. c. l.
k 3. ver. tu magis scire potes. & C. de incest. nup. l. hũmilẽ.[k] † Pater au
7 tem & filius, qui est in eius potestate, duo fratres, qui sunt in eiusdem potestate in eodem testamento, vel negotio extranei, simul
l esse testes possunt. 4. q. 3. c. si testes. §. pater & filius. ff. de testam. l. q̃ testamento. § per ĵrium. In patris autem testamento non potest filius esse testis: nec pater, vel qui in eius potestate est, in testõ filij, nisi filius testator sit; miles, seu de peculio castrẽsi testetur: tũc enim si ante missionem fecerit testamẽtum, pater potest sibi testis adhiberi: vt ff. de testa. l. qui testamento. § per contrarium. Secus si post
90 quod testes sunt. varij. & j. §. postquã. † ¶ Item, quod accusatus cõtra quem inducitur, eum liberauit, vel pares eius: vel q testis publico iudicio damnatus fuit, nec fuit restitutus: vel q invinculis publicis seu custodia detinetur: uel q se ad pugnandum cum bestia dentata locauit, uel palam quæstum fecit, uel facit de corpore suo, uel pecuniam o'b testimonium dicendum, uel nõ dicendum. recepit. 4. q. 3 d. c. si testes. §. item l. Iul. de ui. & uers. in testimoniũ. 1. q. 1. concussionis. & 30. q. 4. meretrices. & j. uer. Item quod inuite. ¶ Item, quod non fuit rogatus à producente aut in Auth. de te
91 stib. §. licet. 14. q. 2. quanquam. † Et talis est casus, in quo debuit rogari: qui plures sunt. ¶ Primus est, quia cõtractus fuit in scriptis, & debitor vult probare per testes solutionem quam uoluit facere, uel quam fecit uel confessionem quam creditor fecit, videlicet sibi solutum fuisse: quæ solutio facta fuit in scriptis. Oportet enim quod sint tunc rogati: non transeuntes uel fortuiti. 3. quæst.
d 9. ca. testes. §. de his [d] C. eod. testium. & Auth. rogati. Azo tamen not in Summa eo ti §. sin autem forte sufficeret, si creditor corã duobus testibus nõ rogatis, confiteretur sibi satisfactum fore. Itẽ qualiter fiat contractus in scriptis, not. C. de fide instrumen. contractus. ¶ Secundus, in testamentis: ut in præ. auth rogati ff. de testam. hæredes. §. fi. C. eo. hac consulti ssima. in prin. ar. contra. ff. de
e testi. ad fidem. [e] Vel si testamentum aperiatur. C. quemad. testa. aper. l. 2. Et in militis testamentis, secundum quosdam. Inst. de mili test. §. plane. In codicillis autem, uel in donatione causa mortis,
f a limittitur fortuiti. C. de codicil. l. fi. §. fi [f] ¶ Tertius, in matrimo-
g nio, ut uidetur 31. quæst. 5 c. nostrates. [g] ¶ Quartus, in diuortio. ff.
h de diuor. nullum. sed hunc casum non admittit. [h] ¶ Quintus, ubi quis vult caute deponere sine scriptura tabellionis. in Authent. de instr. cau. §. si quis igitur. ¶ Sextus, si depositarius uni ex hæredibus deponentis partem reddat pecuniæ depositæ. ff. depositi l. 1. §. si quis tabulas. & § si pecuniam. Alias autem non requiritur, q testis sit rogatus. 4. q. 3. d. c. testes §. ad fidem. 8. q. 3. talia. 23. q. 4 inter querelas. 2. q. 1. scelus 27. dist. de Syracusinæ. Quidam tamen exi-
i gunt semper rogatos esse, per præ. Authen. rogati, [i] propter quod dicunt præ. l. ad fidem. corrigi. Sed primum uerius de iure. Vsus tamen secundum dictum amplectitur quo ad testes, qui in instrumentis adhibentur. Nam hodie in cunctis instrumentis scribitur
92 testes fuisse rogatos: sed hoc dicitur ad cautelam. † ¶ Sed quid in prædictis casibus, si testis non dicit, nec negat se fuisse rogatum, & in instrumento, si quod confectum fuit, hoc non dicitur? Et certe uidetur præsumi rogatus: arg. de uerb. oblig. sciendum. & l. quoties. Nam & pro reo est interpretandum argu. contra: quia cum duo sint necessaria, scilicet quod sint testes, & quod sint rogati: si unum desit, non ualet quod agitur. j. uersi. prox. Sed distingue, an dicit se fuisse rogatum: & tunc planum est. An dicit, Non fui rogatus: & tunc similiter planum. Vel dicit se non recordari: & tũc præsumatur rogatus. Quidam tamen dicunt, quod si factum fuit instrumentũ præsente iurerperito: tunc creduntur rogati, & non aliter, secundum Vbert. Quid ergo si dicitur in testamento, tales testes fuerunt præsentes: nec dicitur, quod fuerunt rogati? Et uidetur, quod præsumẽtur rogati. Nam ex quo notarius ipsam scripturam nominat testamentum, creditur adhibuisse quæcunque faciunt testamentum. Alias enim non esset testamentum, si non essent rogati: uel si aliquid de solennibus deficeret. ff. qui satisda. cogan. quoties. ff. de re iudi. si sc non. § condemnatum. 2. q. 1 statutis. 38 distin. quę ipsis. Dicendo ergo testamẽtum, uidetur dicere testes fore rogatos. argumen ff e. quidam in fi. ff. de iur. om. iudi. l. 2 Et præsumendum est, tabellionem uere, & rite scripsisse. C. de contrahen. & commit. stip. optimam. extra. de præsump. ad audiẽ
93 tiam. † ¶ Item in contractibus omnia præsumuntur solenniter acta aut ff. de uerbo. oblig. generaliter. & l. Titia. §. fin. C. de contrahen. stip. l. 1. Insti. de fideiuss. in fi. & de inuti. stip. §. si scriptum. Præsumetur igitur multo fortius in ultimis uoluntatib. ubi etiã, quæ deficiunt, pro suppletis habentur. argu. C. de fideiuss. uerbum uolo ff. de leg 2 cum pater. §. cũ imperfecta. ff. de leg. j. si in testamento. In quibus etiam fit plenior interpretatio. ff. de reg. iur. in testamentis. ff. de usufruct. plenum. extra, de dona. cum dilecti. Video etiam, quod dicit lex testes debere esse in præsentia testatoris: ut C. de testa. si non speciali. & quod testator uoce propria debet nomen hæredis exprimere: ut eod. titu iubemus. & tamen de his
bellliones non faciunt in testamentis mentionem: sed dicunt, acta sunt hæc in præsentia talium: & dicunt, talis talem instituit: nunquid ergo præsumuntur solennitates huiusmodi deficere, licet in testamento non exprimantur, absit: ut ff. de reb. dub. quoties. argumen. cõtra. quia qui eos rogatos asserit, illud probet. ff. de probatio. ei qui. 6. quæst. ulti. actor. Rogatio enim facti est: & quæ facti sunt, probari debent. argumen. C. de probat. cum res. & l. 1. de
94 non nu. pecun. assegueratio. § si præterea. † ¶ Quid est rogare testes, nisi eis denunciare, ut assistant? At denũciatio probanda est: ergo & rogatio. argu. ff. de eui ct. si parentes. extra, de iudi. notuit. in princip. Nam & qui solennitatem allegat eam probet. ff. de publi quæcunque. §. fin. ff. de proba. ab ea parte. ff. de fideiuss. l. fin. & l. penul. Item plures possunt dicere se audiuisse sic testantem, & tamen non ualet. nisi forent specialiter conuocati: ut ff. de testam.
95 mili. l. diuus. † Et quoties duo uel plura in aliquo negocio requiruntur, non sufficit alterum tantum probari: ut ff. de transact. cũ hi §. si præror ut patet in minore, qui debet se probare minorem & deceptum. ff. de iureiur. l. nam postea. §. si minor. Et spoliato, qui debet probare se possedisse, & spoliatum esse: ut extra, de restit. spol. cap ex transmissa. Sic & hic à simili, quod sint septem testes & quod sint rogati: ergo utrumque probandum est: quia de similibus idem est iudicium. extra, de rescrip. inter cæteras. argu. ff. ad Trebell. apud Iulianum. Sol. Omnes doctores dicunt, quod ubi quæstio est de solennitate, illa probanda est. ut dixi: licet quidam dicant, quod per duos testes. Alii uero, quod per plures: ut infra, de instru. edit. §. compendiose uer. quid si unus ergo ita est tenendum. ff. de leg. & senatusconsl. minime. & ff. qui satisda. cog. inter omnes in princip. & 19 distin. in canonicis. Nisi enim rogatio proberetur, absurditas sequeretur: quia iam non esset differẽtia in probatione, cum de testamenti solennitate uel alterius simplicis contractus quæstio uerteretur: quia utrobique una probatio sufficeret, quod dicere, est absurdum. Nam ubi diuersa est ratio, diuersa iura sunt censenda. argumen. ff. de fideiuss. generaliter. & 29 distinct. capitu fin. in fin. Ad quid plura? Lex uidetur dicere, quod testes debent esse in inuentario, qui cognoscant hæredẽ: & qui uiderunt, quando notarius fuit de subscriptione rogatus: quasi dicat, licet scripserit, non tamen creditur nisi rogatus probetur. C. de iure. delib. l. 1 §. sin autem dubius. in fin. [k] Item in causa criminali repellitur in multis casibus, quos dixi supra. in titu. de accusatio. uersicu. item quod alias ei crimen, &c. & sequentibus.
96 † Accusatio enim, testimoniũ & ordo, quo ad hæc, paribus passibus ambulant. 4. quæstio. 3. capitu. 1. quod dicut not. 2 quæstio. 7. ipsi Apostoli. Qui autem repellantur ab ordinibus, habes 6. q. 1. infames. & in repertorio sub tit. de æta. & quali. ¶ Item secundum
l Gof. [l] excipi potest contra testem, quicquid excipitur contra iudicẽ: quæ dicut §. in ti. de off. deleg. Ego tamen hoc non approbo simpliciter: nam minor causa repellit iudicẽ, quam testem: quia
m facilius inueniuntur mille iudices, quam unus testis. [m] ¶ Item est artifex

ADDITIONES.

a Testimonium. ¶ Vt ibi post eum scripsi super ver. de crimine.
b c. fi. ¶ Sol. ibi de illo, quem non constat fuisse criminosum.
c Prodidit. ¶ Pyleus eo. tit. ante fi. intelligit hoc de illo qui vtrique parti diuisim asseruit se scire: quia eis proderat, vt produceretur in testem vt sic productus posset alteri proficere.
d De his. ¶ Aliqua de his casibus not. Ioan. ibi.
e Ad fidem. ¶ Quam habes 4. quæst. 3. sed vt vtrobique no illud regulare. facit quod sequitur.
f §. fin. ¶ Quæ lex destruit dictum Pilei, qui dixit eo. tit. in fi. quod forte vbicunque requiritur certus numerus testium, debent esse rogati. Baga. dixit hoc sine forte: vt statim dicam.
g Nostrates. ¶ Vbi de hoc. & vide q scripsi de spon. ex parte. post prin. ¶ Additio. Et q testes debent esse rogati ad solennitatem mãtrimonii, tenet etiã Ludo. Ro. singu. 709. inci. an ad solennitatem. per gl. quam approbat, & dicit ad hoc esse singularem in d. c. nostrates. licet Bar. Brix. reprobet illam gl. in quadam sua quæstione. & quid in causa diuortii, an testes debent esse rogati: vide Præpo. Mediola. in d. c. ex parte. ver. antequam ad gl. in 2. col. hic alleg. Et an & quando testes debeant esse rogati in testamento, vide omnino Soc. in suo tract. fallen. in reg. 420. Henr. Fer.
h Admittit. ¶ In suo ord. iudi. parte tertia. respon. q testes in causa sufficiant in fi. & idem Pet. de Bel. vt dicit Cyn. in Authen. rogati. sed Accur. ibi, & in Authen. de instru. cau. §. fed & fi. & præd. l. nullum. & Ioan. in præd. §. de his, hunc casum enumerat. ipse tamen Accur. in l. ad fidem eodem tit. ff. dicit, q lex, nullum. id bene non aperit. Bagarot. in opere suo ante finem enumerat primos tres, & duos hic sequentes: addit casus quibus certus numerus testium exigitur: quod etiam tangit Accur. in prædic. l. nullum. & ideo quod dãversus, quos de hoc posuerat Gallicus, non curo.
i Rogati. ¶ Ibi hoc patet Guli.
k In fi. ¶ De materia vide j. de instr. edi. §. 2. vers. & nota q. Et licet hic dicatur, non credi eum rogatum, licet subscripserit: non tamen dicitur ibi non credi de rogatu, si scripserit se rogatum: & sic non contradicit huic q ibi no.
l Secundum Goffr. ¶ In summa 2. col. vers. item omnes illi.
m Testis. ¶ Non enim testis esse potest, nisi qui factum habet notum quod nõ requiritur in iudice. Accidit autem interdum, quod soli duo habent fa-
noticiam, vbi extant centum iudices impetrabiles.

artifex [a] ignotus, vel nimis obscurus, vel ignobilis, non diues, nõ in dignitate, non miles, non officiatus, tamen quandoque admit
b titur cum verberibus [b] à iudice inferendis, si administrator [c] sit in
c Authen. eo §. si vero dicatur. & §. si vero ignoti. §. sancimus autẽ. col. 7. ¶ Item, iniuste dixit testimonium, quare non valet testimonium. ff. de testa. qui testamento. in fin. nec contractus. ff. de duobus re. eadem. ¶ Idem si libere se ingerendo §. quæstion. versicul. illi qui. debet enim esse rogatus. quod dic vt supra. versicul. item quod non fuit. Qualiter autem formetur exceptio contra testes, not. infra. § quia sæpe. Regulariter autem quilibet potest esse, qui
d non prohibetur. ff. eo. l. 1. Et generaliter secũdum Ioan. de Deo [d] quemcunque vitiosum repereris, potes de iuris rigore repellere. argumentum 2 quæstio. 1. in primis. & 3. quæstio. 5. per totum. 6. quæstio. 1 infamis. 2 quæstion. 1 prohibentur. extra eod. ex parte. & capitul super eo. 2. quæstio. 7. testes. & capitul. ipsi. Quæ autem possunt obijci testi in causa matrimoniali producto, dicam infra qui matr. accusa. poss. ¶ In summa nota, quod quandoque testis statim totaliter excluditur, nec admittitur. puta cum paratus sum incontinenti ostendere ipsum seruum, vel inimicum capitalem quandoque non statim excluditur, sed recipitur: & hoc in tempus disputationis reseruatur, puta si dicitur infamis, vel fur, & huiusmodi: quod dic vt ext. de testib. ex parte. 1. & 3. ver. item quod est seruus. & seq. Tutius tamen est, quod hæc post aperturam testium proponantur, vt ibi no. præmissa protestatione, quod post publicationem attestationum possit in dicta obiici & personas. quod dic plenius vt 3. ver. item quod hic. pro quo aliquid dixi.

ADDITIONES.

a Artifex. ¶ Dicit Pile. eo. tit. ante fi. quod hodie derogatum est his per generalem consuetudinem, per quam testes hodie non repelluntur propter aliquam artificum vilitatem, obscuritatem, uel ignobilitatem: nisi essent serui, uel mercenarii producentis.
b Verberibus. ¶ Id est, tormentis. Accursi.
c Administrator. ¶ Id est, ordinarius, scilicet ipse torquens.
d Ioan. de Deo. ¶ In libro Iudicum parte 3. Rubrica de impugnatione personæ testis.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio, quod testes non recipiantur in iudicio ante litis contestationem, in quibus casibus fallit.*
Reus producere põt suos testes lite non contestata in contumaciã actoris.
2 *Produci potest testis lite non contestata, ubi agitur de statu & libertate ecclesiæ.*
3 *Sententia fertur lite non contestata, cum is, qui non possidet offert se liti.*
4 *Testis produci potest ante litem contestatam cum impubes ex Carboniano edicto, uel mulier nomine uentris petit se mitti in possessionem, uel cum reo absente actor petit mitti in possessionem causa custodiæ, &c.*
5 *Differentia est in recipiendo testes actoris, & testes rei ante litis contestationem.*
6 *Senes quo ad actum testificationis dicuntur hi, qui sunt 70. annorum, qui excusantur à tutela.*
7 *Iura dicentia posse lite non contestata procedi, quomodo sint intelligenda.*

¶ Quando & qualiter sunt testes recipiendi.

a **2. §. Nunc** tractemus [a] quando sunt testes recipiendi. Et quidem regulariter post lit. contest. & si ante recipiantur, non valet quod agitur. extra, vt lit. non contest. c. j. & 2. & c. quoniã Hoc autem fallit in casibus, in quib. testes ante lit.
1 contest. siue lis sit cœpta, siue non, recipi possunt. † ¶ Primus, si timetur de morte testium: vt quia sunt infirmi vel senes. vel debẽt bellum campestre ingredi. ¶ Secundus, si timetur de absentia diuturna: quia forte debent ire Romam, vel vltra marre, vel in aliam longam peregrinationem. ¶ Tertius, si agatur de electione alicuius confirmanda, vel cassanda. j. versi. 21. ¶ Quartus, cum agitur de matrimonio carnali: & is, qui conuenitur, se malitiose absentat, & contumax est. ¶ Quintus, si agatur de alicuius crimine per modum inquisitionis. j. versic. 14. ¶ Sextus, cum petuntur testes ad æternam rei memoriam publicari. Hos sex casus habes in præ. Decre. quoniam. Probatur etiam tertius casus, de elect. dudum. in fi. & quintus extra, de accu. qualiter & quando. & sextus, extra, de testi. significauit. ¶ Septimus, in causa appellationis à grauamine interpositæ secundum papam, vel etiam in alia, cum appellatus contumax est. extra, de appel. interposita. in fi. &c. sæpe. C. de præscrip. 30 vel 40 ann. cũ notissimi. §. fi. C. de temp. ap. l. fi. §. fi. 2. q. 6. ei qui. ¶ Octauus, quia in contumaciam actoris reus suos testes producit lite non contesta. extra, de dol. & contu. causam que. C. quomodo & quando iud. Authẽ. qui semel. C. de vsur. pupilla. l. 3. Et ratio: quia nõ est in eius potestate, quando conueniatur: vt C. tempo. in integ. resti. petendæ. prope fi. & 3. q. 3. cap. inducæ. §. versic. ei autem. & testes possunt mori, vel infames fieri:
vt ff. de Carbo. edic. l. 3. §. duæ autem. & facit ad hoc ff. de testi. current. & ff. ad l. Aqui. l. Aqui. ¶ Nonus, cũ actor nequit agere propter interpositum iuramentum extra, de iureiu. ad nostram. 2. ¶ Decimus, cum minor iudicis officio ab hæreditate se abstineat. C. si ut se ab hære. absti. l. 1. & Auth. ibi posita. ¶ Xi. cũ cã est mere spiritualis, & sine cõmodo alicuius temporalis: vt in crimine hæresis. ar. 24. q. 2. sane profertur. in prin. & 26 q. 7. ab infirmis. & q. 6 qui recedunt. & duobus c. seq. ext. de sen. excõ. c. à nobis ¶ Xij. vbicunque publicum commodum ostenditur, vt in malo officiali. C. de pen. ne diu. & arg. 3. q. 2. quia ea. C. de cohor. lib. 12. l. si ap-
2 paritor. † ¶ Xiij. secũdum quosdam, cum agitur de statu & liber-
b tate ecclesiæ: vt extra, de testib. cum olim. [b] ff. de fideicom. lib. in fi deicommissariis. & l. hæredum. j. ver. 28. ¶ Xiiij. in causa denuncia-
c tionis extra, de dol. & contu. veritatis. [c] de iudi. nouit. ¶ Xv. cum restitutio in integrum inc[i]dẽter postulatur officio iudicis. extra, de offic. iud. c. 2 & j. de resti. in integ. §. 2 versi vlti. ¶ Xvj. in petitione legati, vel fideicommissi. arg. C. de vsu. & fruc. leg. seu fideicommi. l. 2. ibi tamen dicit in fin. post litem contest. ¶ Xvij. cum agitur siuium regundorum: vt C. fin. regun. l. 3. Vel dic, quod ibi erat lis cõtestata, prout ibi no. tamen ante litis contest. fit ibi pro-
d batio per agrimensorem. [d] ¶ Xviij. in Trebellianica restitutione.
e C. ad Trebel l. pen. §. cum autẽ. [e] ¶ Xix. in causa hæresis. Post mortem enim quis punietur sine litis contestatione: vt 24. q. 2. sane. 2. C. de hære l. 4. ¶ Xx. cum persona est incerta. 5. quæst. 5. quidam. ¶ Xxj. cum agitur de aliquo possessore in beneficio obtinendo.
f ext. de eo qui mit. in pos. eum qui. [f] ¶ Xxij. in dilapidatione. arg. 3. q. 2. qui ea. & argu. C. vbi de cri. ag. opor. l. 2. ¶ Xxiij. in causa purgationis ext. de purg. ca. cum P. & c. inter. j. versi. 27. ¶ Xxiiij. cum quis est infra pubertatẽ, & timetur de eius variatione. ff. de Carb. edi. l. 3. §. 2. ¶ Xxv. in causa subreptionis. extra, de re iudi cũ olim. ¶ Xxvj. in notoriis, quãdo iudex in eis testes recipit ad cautelam. extra, de elect. bonæ. 1. §. lex autem. & j. de noto. crimi. ¶ Xxvij. cum quis deficit in purgatione, punitur lite non contestata. extra, de simo. de hoc. & c. insinuatum. & de coha. cler. & muli. tua. in fi. ¶ Xxviij. in libertate, secundum quosdam. C. de inge. ma. diffama ri. ¶ Xxix. vbi ante litis contesta. aliquid incidenter opponitur: & probatur, extr. de testi. veniens. 2. & de app. super eo. 1. sed forte tunc lis est contestanda super incidenti: vt no. extra, de offi. deleg.
g prudentiam. §. sexta. [g] ¶ Xxx. vbicunq; aliquid iudicis officio expeditur: vt extra, de spon. præterea. & de offi. iudi. c. 1. C. fi. regun. l. 3. ff. de minо. in causæ. §. causa. extra, de consan. & affi. ex literis. de testi. cum in tua. C. si vt se ab hære. absti. Auth. ibi posita. quod intellige de officio iudicis seruiente actioni: vt in expensis lite pẽdẽte factis, & huiusmodi. vt 3. ver. prox. Secus si nõ seruiret actio
3 ni, sed actio sibi: vt ext. de off. iud. c. 2. C. de iud. sancimus. † ¶ Xxxj. secundum Azo cum is, qui non possidet, liti se offert: quia & tũc
h lite non contestata fertur sentẽtia. ff. de rei ven. sin aũt. [h] ¶ Xxxij. secundum Vin. in odiosis, in quibus terminus accusatori prefigitur, in quo si non veniat, postea non audietur. extra, qui matrim. acc. poss. cum in tua. & de clan. despon. cum inhibitio. C. qui accu. non pos. si ea que. extra, de excep. pastoralis. ¶ Xxxiij. in exceptionibus dilatoriis & declinatoriis fori, & etiam in quibusdam perẽptoriis, scilicet cum excipitur de re iudicata, vel trãsacta, vel finita. 3. q. 6. ca. si quis episcoporum. §. exceptio. extra, de re iud. inter monasterium. C. de proba. exceptionem. extr. de lit. contest. exce-
4 ptionis. lib. 6. † ¶ Xxxiiij. secundum Azo. cum impubes ex Carboniano edicto, vel mulier nomine vẽtris petit se mitti in possessionem, vel cum reo absente actor petit mitti in possessionẽ bonorum rei causa custodiæ: vel cum quæritur an intersit actoris rem ei exhiberi: vel quando legatarius petit sibi satisdari pro legato: & quæritur an sit ei legatum relictum, vel cum filius petit alimẽta, & quæritur an sit filius: vel cum pignora capiuntur ex causa iudicati, & quæritur an sint condemnati. Hæc probãtur ff. de Carb. edict. l. 3. §. causæ. & ff. de vend. in poss. mit. l. 1. §. si ea. C. vbi in rem actio.

ADDITIONES.

a Nunc tractemus. ¶ Quoniam in textu & his computatis 20. ex his casibus ibi not. in 1. gl. & de his aliquid 3. q. 9. in sum.
b Cum olim. ¶ Ibi de hoc in vlt. glo.
c Veritatis. ¶ Hosti. de hac decre. faciebat casum, quando agitur de reb. alienatis à prælato suspenso, vel excommunicato post inhibitionem. Gul. ponderauit non casum, sed modum. ipse Host. dabat alios casus de decr. quam fit. de excess. prælа. de decre. constitutus. de ap. de innouatis lite pendente, de consti. cum M. & cum vniuersali iudicio actum est post diffinitiuam. C. de peti. hær. l. 1. hoc scripsi in decr. quoniam. super 1. glo.
d Agrimensorem. ¶ Forsan diffinitio, cum scilicet de iudicis mandato finem ponit, quando certum est, quod in prædio decem iugerum vnus habet sex iugera, alter quatuor.
e Cum autem. ¶ Vide quod ibi no. in glossa pen.
f Qui. ¶ Lib. 6.
g §. sexta. ¶ Ibi glo. antiqua quæ incipit ex loco. hoc tenuit, quod in additione correxit.
h Sin autem. ¶ Idem ibi act. & in l. qui se. eo. tit.

actio. l. pe. C. de bo. autho. iud. poss. Auth. & qui iurat. ff. ut in poss. leg. si is à quo, ff. ad exhi, l. 1. & 2 §. sciendum. ff. de lib. agn. l. si quis à liberis. §. si uel parens. ff. de re iud à diuo § si super. In his enim si vocatus sit contumax, possunt secũdum Azo. testes recipi, & sententia diffinitiua ferri. ¶ Xxxv. vbicunque agitur de iuribus, licet super his raro agi debeat inquirendo, nisi iusta causa subsit, secũ-
a dum papam. [a] ¶ Xxxvj. in omnibus emergentibus, secundũ quosdam, & breuiter vbicunque libellus non admittitur: quod dic vt
b j. de libel. concep §. nunc dicendum. [b] alias autem, præterquam in dictis casibus specialibus: & si qui alii reperiuntur, non recipiuntur testes ex parte actoris lite non contestata, vt s. ex parte vero
3 rei sic: vt s. ver. 8. † ¶ In hoc autem est differentia: quia cum testes actoris senes vel a[b] futuri recipiuntur, lite non contestata, non publicantur, donec lis sit contestata: sed consignantur vsque ad annum: vt in præ. c. qm̃ alias enim eis publicatis si didicisset testificata non posset alios producere. extra. de testib. vltra. & c. de testib. & c. fraternitatis. in Auth. eo. §. quia vero. Cum vero testes rei recipiuntur, vt quia aliquis in hereditate alicuius succedens, & timẽs sibi in posterum quæstionem moueri, petit testes de quorum for-
c te morte, vel absentia verisimiliter dubitatur, vel quoslibet alios[c] lite non contestata recipi: & tunc dicunt multi, taliter receptos statim publicari debere: vt ext. de testi. significauit. & c. Albericus. quæ iura in reo loquuntur. Nec obstat secundum eos præd. decr. quoniam. vbi non publicantur: quia loquitur in actore. Sed certe hoc concesso, sequeretur absurditas. Nam in partium fauorem inductum est, vt testes lite non contestata recipiantur, quando timetur de morte, vel absentia, vel ad æternam rei memoriam, ne veritas occultetur, & probationis copia subtrahatur: vt in præd. decre. quoniam. vnde non debet in eorum lesionem retorqueri. C. de legi. q̃ fauore q̃ contingeret, si testes rei publicarentur: quia tunc non posset alios producere: vt iam in actore dixi. & sic copia probationis ei subtraheretur. Dic ergo, q̃ siue actoris, siue rei testes recepti, ante litem contestatam non publicantur, sed potius consignantur. ff. de except. si quod. & cum hoc sit in actore, idem esse debet & in reo. argu. extr de mutu. peti. c. fi. & extr. de excep. cum inter. Et quia eadem ratio est vtrobique: ergo idem ius debet esse extr. de consti. translato. Nec obstat præ. decre. significauit. vbi dicitur, q̃ eorum dicta debent redigi in publica munimenta, nec decre. Albericus. vbi dicitur in publicam scripturam, quia hoc uerum est, q̃ redigantur in publicam scripturam: non tamen publicabũtur uel aperientur attestationes partibus, donec lis fuerit contestata, & alii testes inducti, uerum cum reus citatus adest in iudicio, actor vero abest, tunc testes rei recipiuntur lite non contestat. & publicantur: & sententia fertur: vt in concordant. quæ sunt s̃ uersiculo, 8. argumentum. tamen contra præmissa in
d his, quæ not. j. §. satis. versi. 18. [d] † ¶ Sed quos uocat senes? Quo
6 ad præmissa, videtur quod eos, qui sunt 70. annorum, qui excusantur à tutela. ff. de excus. tuto. l. 2. C. qui æta. lib. 10. l. unica. & C. eod tit. lib. 10. l. fi. ff. de test. inuiti. Vel forte centum annorum. C.
e de sacrosan. eccle. ut inter diuinum. [e] Recipiuntur autẽ prædicti, cum ciuiliter agitur: ut in præd. decre. quoniam. Quid si criminaliter? Respon. tunc non, secundum Bar. quia in criminalibus strictissimæ probationes requiruntur. 5. q. 6. Epiphaniũ. C. de proba. l. fi. nec in eis testes coguntur. extr. de testi. cogen. dilectorum. Vin
f cen. contra, [f] ex quo de testium morte timetur: quia iam actor ad
7 talionem lite mota tenetur. † ¶ Illud autem scias, q̃ ubi iura dicũt posse lite non contestata procedi, intelligendum est altera parte se cõtumaciter absentante. Si enim utraque pręsens sit, non ualet processus: nisi quo ad omnia iuris ordo seruetur. Quod dic prout not. extr. qui fil. sint leg. per venerabilem. in glo. quæ incipit: vt 2. q. 6. Sed & si in aliquo de prædictis casibus altera pars contumaciter absit, dicunt quidam ad singula litis capitula citandam. Alii vero dicunt, quod tantum ad sententiam sit citanda. ad hoc infra, de accus. §. viso. versi. item licet.

ADDITIONES.

a Secundum papã. ¶ Vt post eum scripsi de iureiur. ad nostram. 2. super gl. pe.

b Dicendum. ¶ Adde casus de offi. ord. quamuis. & de homi. pro humani. lib. 6. Item quos ponit clemen. de iud. dispendiosam. coninncta cum decr. sæpe. de uerbo. signifi.

c Alios. ¶ Non sunt ad hæc duo miscenda, sicut miscet auctor hic, & statim ibi, vel ad æternam. ¶ Additio. & quoniam pacto publicentur testes ad perpetuam rei memoriam. & de materia vide late Alex. consi. 318. incip. super themate. ver. quantum autem, in 2. colum. in 2. volu. & per Phili. Corn. consi. 172. incip. primus consultationis articulus. in 2. vol. Soc. in tra c. suo fallen. in reg. 313. Henr. Ferran.

d Ver. 18. ¶ Et huic contrario statur, vt scripsi in decre. significauit. in gl. dixit hic Inn. & super gl. 2. Et ratio supra dicta parum valet: cum tunc sibi liceat producere quot vult. Si ergo testes absunt, per quos probari vult, differat hoc, siue sit reus, siue actor agere non valens: puta quia non extat dies vel cõditio. quæ posset etiam in multum tempus differri, & testes licet tunc sani, & mansuri, interim deficere possunt. Et ob hoc prædixi, non esse miscendã receptionem, quę fit, dum timetur mors testium, vel absentia diuturna, cum illa, quæ sit ad æternam memoriam, cum primorum dicta consignentur, secunda publicetur. Item in secunda recipiuntur sani testes & mansuri. Itẽ eorum dicta durabilia, primorum non: ut in decre. quoniam frequẽter. post prin. Sed de his testibus receptis ad æternam memoriam dubitatur, an valeant ꝫ extraneos, an vero solum ꝫ illos, quorũ fuit facta vocatio: & ut scripsi post Inn. eo. tit. significauit. in gl. dixit hic Inno. ver. vbi vero. & in decr. Albericus. in gl. q. d fi. versi. alii vero dicunt q̃ aliis nec prosunt, nec obsunt. per l. C. de dona. l. in donationib. & ff. de iureiur. l. sed & si possessori. in fi. cũ l. seq. Scias Dyn. in suo 5. consilio in hypothecaria tenuisse, q̃ testes recepti ad æternam memoriam super obligatione bonorum, puta inter pacẽ facientes, si pax frangeretur, si ante productionem & probationem illam alter paciscentium vendiderat aliqua bona, & emptores non fuerunt vocati: illa probatio eis non nocebit. sed oportebit ꝫ eos de nouo probari. Verum post probationem illam si fiat venditio, cum illa probatio iam affecerit venditorem, & ei nocuerit, nocebit etiam emptori. Allegat C. de pigno. l. præses prouinciæ. ff. de pign. l. si superatus. §. fi. ff. de excep. rei iud. si mater. §. h. Et aduerte, quia ad prædicta nõ obstat l. inuitus. §. pleruṅque. ff. de reg iur. quæ vult, in petendo & defendendo eandem causam esse emptoris, quæ venditoris. & l. in his. §. non debeo. ff. eo. tit. quæ dicit, q̃ non debet esse alicuius melior cõditio, quam sui auctoris: & qui dicunt, q̃ alienatio debitoris non facit conditionem creditoris deteriorem. C. de pig. debitorẽ. & de distra. pign. si debitor. & his similia: quia fateor q̃ illa hypothecaria bene durat in rebus vẽditis post contractum, & ante probationem q̃ etiam tenet Dyn. in alio articulo eiusdem consilii, vt statim dicam. Sed hoc solum dico, q̃ illa probatio non præiudicat ei, qui prius emerat, non vocato, alias facile esset cuilibet venditori perimere ius emptoris, præcipue quando propter vẽditoris inopiam, vel alias euictionis actio esset sibi inutilis. idem tenuit Hugo de Fontana in sua quæstione, quæ incipit, duo fecerunt inter se pacem. Et addidit idem esse in confessione venditoris dicendum: vt s. facta ante venditionem præiudicet emptori: postea facta nõ præiudicet. Scias ẽt, q̃ in quæstione, & in psilio, ut declarem q̃ de hypothecaria dixi, ponitur thema ex duobus qui fecerunt pacem, promittentes non ꝫfacere ad certam pœnã: & obligauerunt uicissim omnia bona sua ad illam soluendam; parti offensæ: alter illorum uendidit aliqua sua bona: post tẽpus fregit pacem probata corã iudice obligatione & fractione pacis. Et facta excussione bonorum frangentis, agebatur ꝫ emptores, qui emerant ante fractionem hypothecaria: qui se defendebant pro eo, q̃ uenditor non erat debitor tempore uenditionis: sed incœpit esse tempore fractionis: quo tempore res exiuerat dñm frangentis, Allegabant ff. qui pot. in pign. hab. l. 1. & l. potior. j. respõ. C. de iur. fis. l. 1. lib. 10. & de bo damna. l. si quis post. ff. de verb. oblig. cum filius. §. in hac. Prædicti doctores, tenuerunt contrariũ. per l. potior. 2. resp. ff. qui pot. in pign. hab. & l. qui baleneum. e. tit. ff. de sol. si sub conditione. de peri. & commo. rei uend. l. necessario. §. q̃ si pendente. de naut. fœn. l. nihil. & de vulg. & pupil. substi. l. fi. §. Titius. de fideiu. si à reo. §. item sub diuersis, Respõsionem ad l. 1. & l. potior. 1. resp. prius allegatas, unde de rescrip. si pro te. lib. 6. in & super quarta gloss. ¶ Adde quomodo & quando possint examinari testes ad æternam rei memoriam, lite non contestata. Alex. consi. 209. 2. lib.

e Diuinum. ¶ Vide q̃ de hoc plenius scripsi in decr. quoniam. super uerbo. senes. & de sensatis, 2. Regum 19. & in Psal. 89. ibi: Anni nostri &c.

f Vincen. contra. ¶ Tamen alternatiue, ut scripsi in decre. quoniam. super tertia glossa.

SVMMARIVM.

1 *Probare uolens inutile, seu impertinens, non debet admitti.*
2 *In iudicio nil agi debet occulte.*
3 *Actor non debet quam primum reo numerum, seu nomina suorum testium producendorum dicere, ne subtrahantur.*
4 *Nomina testium exprimi iubentur post eorum attestationum publicationem.*
5 *Confessio aduersarij dicentis se credere, sicut in instrumento continetur, an ualeat.*
6 *Producere uolens testes in iudicio, debet eos facere uocari per iudicem: si enim se ingerant, sunt suspecti.*
7 *Productiones testium possunt plures fieri sub una dilatione per iudicem assignata.*
8 *Quarta productio testium, uel dilatio, non est danda sine solennitate legali.*
9 *Iuramentũ secundo præstitum, ubi semel tantũ iurandum erat, an prodesit.*
10 *Testibus productis super exceptionibus, an possit dari alia productio cum solennitate legali.*
In accessorio idem iuris est, quod in principali.
11 *Testium quinta productio nullatenus concedenda est.*
12 *Si testis iurauit in iudicio, sed nondum sunt articuli dati, uel interrogatoria, quid iuris.*
13 *Testibus debetur conductus & securitas, & omnis formido illis amputanda est.*
14 *Si quis petat testes intra terminum examinari, qui nolũt testificari, ex quo succumbit, cui imputabitur.*
15 *Testes producendi de uno loco ad alium, qua prouidentia mitti debeant.*
16 *Forma qua iudex iudici scribere debeat, ubi testes de uno ad alium mittuntur.*
Iudex iudici scribens non præcipiet, sed rogabit.
17 *Delegatus papæ, uel episcopus, uel cui uniuersitas causarum est commissa, potest alteri receptionem testium committere.*
18 *Clausula illa, testes autem, & quæ habentur extra, de testi. cog. ca. 1. quomodo intelligantur.*
19 *Odium testium quomodo probetur.*
20 *Exceptio peremptoria opposui debet postquam actor suom intentionem fundauit.*
21 *Is Cui committitur receptio testium super principali, non debet recipere probationem, nisi sibi specialiter committatur.*

22 *Iudex an aliquo casu possit mittere notarium causæ, uel alium pro uoluntate partium ad testes diligenter recipiendos.*
23 *Iudex ad mandatum alterius iudicis testes recipiens, qua forma scribet.*
24 *Commissio illius, cui testium commissio datur, non ualet, nisi id partes approbent.*
25 *Rescriptum, ubi committitur testium receptio intra certum tempus faciendo, quomodo intelligatur,*

¶ Qualiter sunt testes producendi.

a 3 §. Qualiter autem [a] sint producẽdi testes, breuiter annotemus. Et quidẽ actor prius producet suos, deinde reus: & dic vt j. in tit. de proba. § 1. ad fi. actore
b igitur uolẽte testes producere, dicat reus [b] frater, dic mihi, super
1 quo uis testes producere? † Si enim uis probare impertinẽs & inutile, non debes admitti. C. de proba. ad probationẽ. 1. cũ suis concord. ext. de off. leg cum contingat in fi. Nec etiã superflua debes probare, uel quæcunq; uelis, sed solũ ad cãm facientia. ff de peti. hære. si quis libertatẽ. ultra medium. ff. de iureiu. si duo. § 2. C qui legi. perso. l momentanee. Quod si actor dicat, non faciam: quia iudici, non tibi est probatio facienda, & sibi dicam ꝙ debebo: vt C. de adi. ob turp. cau 1. ext. de reiect inter ceteras. 2. q. 7. pleriq;. ff. de prob. quinquaginta. Ad hoc reus replicet, ꝙ cũ dixerit iudi-
2 ci, iudex dicet ei: ga nil occulte in iudicio debet agi. † Et certe dicẽdum est parti, q̃ aliqñ plenius quã iudex discutiet, an sit talis probatio admittenda. uel non Et probantur prẽmissa extra, de testib. ad hæc. alias incipit, præsentium. li. 6. C si per uim. uel alio modo. l fi. extra, de in integ. resti. tum ex literis. prope fi. C. de dilã. à pcedente. De quo dicut j. § nunc uidendũ. uer. sciendum est igitur. & seq. Deinde petat reus illud sibi in scriptis dari: ꝙ quidẽ fieri debet, ne detur materia negandi uerum, & probandi falsum. extr. de proba. qm̃ ꝫ ff. eo. quoties. § interrogationis. ff. de eden l. 1. §. editiones. licet sit arg. ꝫ in eadem l. §. edere. Iudex ergo de officio suo faciet hoc in rescriptis per notarium cãæ redigi, & sic pãrti copiam porrigi, ne ueritas possit perire. ff. de testi. curẽt. C. de fid. instr. plures. Vel occultari. 14. q. 2. quanquam, uel negari. 27. q. 2. oẽs fœminæ. 20. q. 1. nidna. ff. de pig. ꝫ hitur. & facit C. de arbi. ne in arbitris. § sed & si ipse. quam scripturam in curia articulũ appellamus, de
3 quibus dicam in præd. §. videndũ. in prin. † ¶ Post hoc dicit reus: Frater, dic numerum & nomina testiũ, quos intendis producere: ut in prædic. decr. præsentium. §. testes Actor uero dicat, nõ dicã, quia nescio: & si scirem nõ dicerẽ: quia procura res mihi eos subtraheret: ut extra, eo. inti mauit. & c. ꝓstitutis. Nõ enim cogor aliqd ꝫ me dicere, uel facere. C eo. nimis. 4. q. 3. uersi. qui intendit. ext. de proba. c. 1. qñ enim testes producentur, uidebis qui sunt. & iudex eorum numerũ inspiciet, & faciet suum officiũ. iuxta l. ff. de testi. l. 1. in fi. & ext. eod cum cãm. Sed dicet reus: imo dices: quia sic est fieri ꝓsuetum: ut j. uersi. iudex ergo. Si enim nelis producere eos, qui mortui uel intestabiles sunt, non debes audiri Et caute etiã faciet, si quærit, an uelit aliquos producere, nisi quos nominauit: & si dixerit, non faciat hoc scribi, & postea dicat iudici, ꝙ nõ est alia dilatio danda ad producendũ: quia nulla fides testib. adhiberetur, vel quia sunt uiles & infames ext. de proba. licet ff. de testi. l. 3. ff.
c ad Velle. l. aliqñ ext. de testi. testimoniũ. Dixit aũt Vber. [c] ꝙ de iure non tenetur quis dicere nomina testium absolute: nisi ubi est hoc fieri ꝓsuetũ, ut Mutinę, & in quibusdã aliis locis: uel nisi appareat,
d ꝙ fraudulẽter subticeat: [d] ne super his instruatur aduocatus utriusq; partis ad corrumpendũ, uel impediendũ testes: ut ff de arbi. non ex omnib. & C. de postu. l. pe. C. si pig. in cãm. iudic. l. secunda. Nec obstat præd. decre. præsentium. quę dicit, ꝙ nomina testium reprobandorũ exprimantur in articulis, ꝫ per quib. deponent testes reprobatorii. Hoc enim ideo fit, ne sit locus variationi, volendo forte ꝙ testes deponãt ꝫ eos, quibus nulla exceptio fuerat ob-
e posita: ꝙ fieri non debet. ext de rescri. cum in multis. [e] Aliud aũt est, cum quis in causa uult testes inducere: quia tunc non tenetur eorũ numerũ, uel nomina aduersario dicere: sed iudici eo modo quo iam j. dicetur Sed adhuc est ꝫ. extra, de accusa. qualiter. secũ-
4 do § debet aũt. Sed † ibi post publicationem attestationũ testium
f nomina exprimi iubentur. [f] ¶ Eadem † quæstio ẽt & solutio fieri
5 põt in nomine tabellionis: qui dicitur confecisse instrm, quo quis usurus est, ne detur materia fabricãdi falsum Nam solum corpus instrumẽti, uel summæ, quæ petitur, edendũ est. At nomina tabellionis uel instrti non sunt de corpore, seu de summa ipsius debiti. arg. ff. de eden. l. 1 §. diem autẽ ¶ Quid ergo si fit ex aduersio talis positio: Pono, ꝙ si aduersarius utatur aliquo instrto, talis notarius illud confecit: uel tales testes fuerunt: uel fuit tale factum? Dicũt quidam respondendũ esse: & consulunt ut respondeatur sic: Credo sicut in instrumento meo continetur. Nec obstat, ut dicunt, ꝙ per hanc respõsionem incertus remanet interrogans: vt ff. de interrogato. act. de ætate §. qui tacuit. & §. vide. qa iudex cui instrm ostendetur, certus efficietur. Sufficit enim sibi fieri fidem: vt C. de eden. l. procurator. Alij dicunt, non esse respondendũ, ne legi obuietur. ff. de sponsa. oratio. & ff de tuto. & curato. dat. ab his. scire. decima distinctione. vides. & vide j. de edit. instr. §. nũc dicamus. versi. quid si quis. Cæterum in hac responsione, Credo sicut in instrumento continetur: dicunt quidam, ꝙ valet: quia aut interrogans habet illud instrumentum, & per eius lectionem certus põt effici. Aut non habet, imo interrogatus tantum illud habet: quo casu sufficit, si illud respondeat iudici. arg. ff. de re iudi. ait prætor.
6 §. 1. C. de eden l. fi. Insti. de leg. §. ex contrario. † ¶ Volens ergo testes producere; faciat eos per iudicem vocari. Si enim se ingerãt, quodãmodo sunt suspecti. ff. de procurato. quæ omnia. C. de testi. Authen. rogati ꝫ & etiam inuiti quandoque producũtur: vt j. eod. §. de testium Dabit ad hoc iudex dilationem competentem, prout traditur tertia quæstione tertia. cap induciæ. §. ipacium Iudex ergo assignabit dilationem seu terminum, intra quem quis producat testes suos: quo facto is, qui producturus est, colligat omnes, quos poterit habere, & eos producat, & iudici repræsenter, & dicat ei: Domine, hos testes vobis repræsento in tali causa, pro prima productione. & postea colligat alios, & eos repræsentet, & dicat ei: Domine, hos testes vobis præsento pro secunda.
7 Tertio colligat alios, & eos pro tertia repræsentet † ¶ Quod to-
h tum fiat sub vna dilatione, & hoc secundum Gosf. [h] & alios, qui dicunt vnam tantum dari dilationem, sub qua possunt tres fieri
i productiones: & secundum T. [i] quælibet productio debet continere vnam vel plures dies ad arbitrium iudicis. Vnde secundum
k dominum meum [k] caueat notarius qualiter scribat: debet enim sic dicere Assignata est dies ad faciendum primam productionẽ. Si enim diceret dilationem, non daretur secunda dilatio sine causæ cognitione. Vel sic planius in principio scribat, Hi sunt testes
l producti ab M. contra B. Alii, vt Ber. T. [l] & Azo, & alii, dicũt tres dari dilationes, & sub qualibet earũ plures fieri posse productiones: verum licet actor habeat tres productiones, uel dilationes secundum alios, de meo tamen consilio non differat omnes testes producere in vltima: sed producat omnes, quos habere poterit in prima & secunda, propter varia impedimenta, quæ sæpe in talibus occurrunt. Nocuit enim differre paratis. & vide ꝙ not j. de probatio in prin. Finita autem dilatione seu productione veniẽt testes: & tunc is, contra quem inducuntur, eos videbit: & cognoscet, quod facere decet C. de iur. delib l fin. § 1. & considerabit an sit talis, qui possit esse testis: vt j. in fin. huius §. Quando autem incipiat currere tempus huius dilationis, & quid ultra illud agendũ est: & qui dies, vel quæ alia debent de ipsa deduci, not. secundum
m papam ext. eod. vltra. [m] † ¶ Quarta autem productio vel dilatio
8 secundum alios non dabitur sine solennitate legali, quæ talis est: FOR. Iurabit enim is, qui eam patet, quod non fuit percunctatus dicta testium per se, vel alium, puta aduocatum, vel procuratorem Nec ea didicit, vel subtraxit: & ꝙ non petit quartam productionem per aliquem dolum, machinationem vel artem: sed quia nequit vti testibus, quos producere intendebat: & tunc concedet petenti quartam productionem, etiam postquam renũciauit, & ẽt postquam aduersarius didicit testificata: ipse vero non, secundum Vinc. in Authen. de test. § quia vero multi. col. 7. extr. eo. vltra. & in c. in causis. & c significauerunt. C. de proba. Authẽ. at qui semel. Sed antequam renunciet productioni testium quod dicitur quarta productio; exempli gratia dicitur: potest enim mihi lesimam productionem habere, ex quo non renunciauit: & sibi existimat expedire, secundum Vincen qui hoc not. in prædict. c. significauerunt.

ADDITIONES.

a Qualiter autem. ¶ Sup. & quando: vt in prin. dixit.
b Dicat reus. ¶ Vsus causarum non recipit prolixitatem verborũ inter partes. quam ponit hic Guli. & quando habuit ab Vber. de Bobio charta 3. vbi incipit tractare de productione testium facta in litis contestatione, & iurato de calumnia actor non requisitus format articulos, quos probare vult per positiones: & aliter si negetur, quibus negatis datur copia reo, vt opponat, vel vt interrogatoria faciat de hoc infra, §. 2.
c Vbert. ¶ Loco in princip. huius §. allegato.
d Subticeat. ¶ Ratio prioris dicti, non proximi.
e Multis. ¶ Lib. 6.
f Iubentur. ¶ Host. in Summa de dila. §. ex quib. vltra prin. versi. & not. ꝙ ad partem. ꝙ nominandi sunt testes, alleg. etiam Auth. de testi. §. quia vero multi. de testi. cog. cap. 1. & cap. cum contra. & clausulam, testes autem, &c. quæ sæpe ponitur in literis. eodem citu. cum causam. Sed verum est, quod illos, quos vult citari, oportet iudici nominare, & apud acta describi.
g Rogati. ¶ Et fortassis præsumuntur, vt veritatem corrũpant. in aut. eo. tit. § si vero ignoti. Non obstat. C. eo. l. eos. & l. liberto. ff. e. l. Iulianus. & l. inuiti. 1. & 2. & quia ib. spontanei vel non inuiti dicunt, qui citati compulsionem non expectant: non tamen le offerunt. Non obstat si dicat, ꝙ etiam ad dignitates quis potest se offerre in quo oppone & solue vt no. 1. q. 6. c. vltimo.
h Secundum Gof. ¶ In decre. in causis, & in summa huius tit. 3. col. uer. testes producti.
i Secundum T. ¶ Tit. quando & qualiter testes sunt produ. in fin.
k Secundum dominum meum. ¶ In Sum de dila. §. & quilibet. post prin.
l Vt Vber. T. ¶ Qui hoc no. in decr. in causis. e. ti. Et uide quod ibi dixi super 1. gl. & de hoc in Auth eo. §. quia uero.
m Vltra. ¶ Quod scripsi in 5. q. & ulterioribus.

significauerunt. T. uero, & Ber. no. extr. eo. in causis. q̃ post renunciationem nullum inducere potest. Vnde non dabitur tunc quarta dilatio: ut eo. titu. de testib & c. cum venisset. De hoc j. §. fatis.
a versi. hoc etiam no.[a] Item ad hoc, q̃ dixi de millesima productio
b ne, est contra præd Auth. at qui semel.[b] Cæterum si quarta productio legitime, id est, cum solennitate petatur, iudex uero nulla causa assignata eam deneget. ex hoc iuste poterit appellari. q̃ dic
c secundum papam, prout no ext. e significauerunt.[c] ¶ Sed quæ-
9 ritur, hic iuratur, cum iam iuratũ fuerit de calumnia. nec debeat
d nisi semel iurari: vt in Auth. de his qui ingre ad appel. §. fin.[d] Respondeo, hoc est speciale propter falsum iusiurãdum: vt in Auth. de fi. instru. §. nec vero. vel ideo, quia plus solet timeri, &c 23. dist. quanquam. extra, de hæred. vergentis. ff. de fur. item apud. §. hoc edicto. & vbi talia iuramenta inueniuntur, specialia sunt. extra. de testi. præsentium. nam & alias iuramentum de calumnia ad omnia huiusmodi sufficere videtur. Sed pone, q̃ antecessori meo cõcessæ sunt inducię, vel tertia productio: nunquid mihi succedenti ad quartam onerosam confugiendum est? Respon. non, nisi ve-
e lim. Iure enim cõi habeo dilationẽ, ff. de fer. l. oratione. s̃m Vin.[e]
10 † ¶ Sed cũ super exceptionib. testes producantur: vt ext. de testi. c. de testib. nunquid in eis dabitur quarta productio cum solenni tare legali? Videtur q̃ sic: quia idẽ iuris est in accessorio, q̃ in principali: vt ext. de offic. deleg. prudentiam. in fi. Sicut ergo in principali causa conceditur, vt prædictũ est: ergo & in exceptione, quæ est accessoria G. Na. contra, per præd. decre. prudentiam. §. sexta.
f vbi dicitur, intra terminum competentem.[f] Præterea huiusmodi exceptiones odiosæ sunt, & frequenter per excogitatam malitiã opponuntur: vt extra, de do. & contu. finem. & ext. de excep. pastoralis. de testi. spol. frequens. in prin. lib. 6. & patet ext. de fid. in-
11 strum. accepimus. versi si vero. 4. q. 5 c. vnico. † ¶ Quinta vero productio nullatenus conceditur. Et hæc vera sunt, vbi in prima, secunda & tertia aliquos produxerit. Si vero fuit legitime impeditus, vt nullum produceret: hoc probato, dabitur etiam quarta & quinta, & millesima productio. Vel secundum aliam opinionem secunda, vel tertia dilatio si necesse fuerit sine iuramento. hoc nõ prosequor amplius: quia de hoc plene not. in præ. concor. & 3. q. 3. cap. inducię § spacium. & in Summa domini mei in titu. de dila. §. & quibus. ¶ Testibus autem iudici præsentatis, expectabunt testes ipsi, donec deposuerint, uel saltem per quindecim dies. C. eo. si quando. C. de appel. eos. & non vltra. argu. ibi, & ff. de ta. exhi. l.
12 3. §. exhibere † ¶ Quid ergo, si testis iurauit, sed nondum sunt ar-
g ticuli dati, uel interrogatoria?[g] Respon. Dicunt quidam, q̃ expectabit per 15 dies: vt in pre. l. si quando. expensis eius, per quẽ stat, quo minus recipiatur. C. depo. l. fina. in fin. vel producentis: vt j. versicu. proxi. primum verius. Alij dicunt, quod recedet, & imputet sibi, qui non dedit articulos vel interrogatoria. C. depos. l. fin. in fi. Dic committi iudicis arbitrio, q̃ procedat vel differat, ff. de
h iudic. non quicquid.[h] ¶ Testes autem exhibendi sunt sumptibus
i producentis. 4. 3. c. si testes. §. venturis. C. eo. quoniam.[i] Recipientur etiam testes præsente altera parte, vel se contumaciter absentante: vt dicam j. eod. §. nunc tractandum. Iudex quoque debet. effrenatam testium multitudinem refrænare vt dicam j. § restat
13 versicu. hoc etiam no. † ¶ Debet quoque ipsis conductum, & securitatem præstare, & omnem formidinem amputare, vt 3. q. 9. hortamur. Is quoque, cui datus est terminus ad testes producendos satisfacit termino, si infra illũ eos producat, & iurare faciat: licet infra illum non fuerint examinati. argumentum. C. de testib. l. penultima. & sic seruatur. Secus forte, si datus fuit terminus ad probandum, vel ad producendum, & ad faciendum illos exami-
k nari: argumen. extra. de probatio. licet. in princip.[k] argument. contra, extra, de offic. del. g. consuluit. Sed de hoc dic vt j. de di-
l la. §. 1. ver. sed quid si. j.[l] ¶ Quid si petit testes intra terminum
14 examinari, sed ipsi noluerunt testificari: & sic succubuit? Dic q̃d ei imputabitur, si non fecit eos cogi, s̃m Vber. ff. de tab. exhi. locũ. §. hoc interdictum. siue causa sit ciuilis, siue criminalis. C. de test. si quando. ff. eo. l. 1. § 1. Si autem petiit cogi, sed iudex nõ coegit. iudex damnum resarciet, secundũ eum. ff. de mag. conue. l. 1. ff. de
m dam. inf. l 4. §. pe.[m] Sed nunquid testis, qui noluit iurare, tenetur?
15 Dic vt j. §. prox. ver. quid ergo si testis. † Sunt autẽ[n] testes produ-
n cendi de prouincia in Italiam, vel econuerso: vel de prouincia in prouinciam,

e Secundum Vin. ¶ In præd. c. significauerunt.
f Competentem. ¶ Et ibi hoc recitabat, vt in suis reportationib. patet. & q̃d plus est, dicebat per illud singulare vnicam dilationem dandam in odiosis: q̃ concedi posset in his odiosis, quæ differunt, & non perimunt: vt in decre. frequens. j. alleg. & de excep pia lib. 6. in peremptoriis in quibus maius periculum est, secus. Nam & in præ. c. de testibus. patet testes quandoque simul super peremptoriis & principali deponere: per quod patet illa in hoc satis æquari, vt dicebatur primo.
g In interrogatoria. ¶ Non debent testes citari, nisi cum conditio, & status causa requirit: vt de rescrip. statutum. §. pen. lib. sexto. quare male facit sic citatus: & videtur citatio non arctare, vt ibi not.
h Quicquid. ¶ Vber. fuit ille vers. quẽ ponit Io. de Deo. Cauil. li. 5. Rub. de test.
i Quoniam. ¶ Et in præd. decr. statutum §. pe. & ultra ibi no. in gl. ante pe. s. q̃ licet iuret dicere pro vtraq; parte: non tamen p̃p id contribuit is, p̃ quem producitur. Sic etiam dicas, q̃ propter interrogatoria, quæ dat ille, p̃ quem testis producitur, super quibus vult testem examinari, ipse non debeat cõtribuere ad expensas: quia non producit illũ, & producens tenetur, ut supra dictum est. Item & si pars non daret interrogatoria, iudex tenetur illa facere. eo. ti. cum cãm. in prin. & c. uenerabili. ff. eo. l. 3. in prin. Alleuiat ergo hæc pars iudicem nec prouocat, sed prouocatur, & ad defensionẽ virgetur. Facit de excep. cum inter. ff. de condi. fur. & ideo & sic seruatur. Itẽ per præ. §. pe. & iura ante illum allegata, dicimus antequã iter testis arripiat, sibi ministrãdas expensas pro eundo, &c. Quod intelligo, nisi producens per se, uel suum ministrum illas sibi exhibere uelit. Non obstat de censi. cũ instãtia. in fi. quia ibi multi singulariter erant obligati: hic unus producens tm̃. Dico ẽt nõ haberi rationem expensarum quas domi faceret, per no. in præ. c. statutum. §. insuper in gl. non quem minores: & tunc maxime q̃n expensas in domo lucrus fuisset. ff. ad exhi. sed & si. §. 2. & si personæ conditio id requirit, soluet ũ uecturas equorum. ff. man. idemq;. §. item Labeo. & ff. pro socio. l. fi inter fratres. §. fi quis ex sociis. & de tu. & ratio. dist. l. j. §. fi pupillus. in fi. etiamsi testis proprium equum duxerit, quem locare solebat. Bene facit ff. manda. si uero non. §. fi mihi. Item uidetur, si locare non solebat. alias producens fuisset uecturam soluturus. Facit ff. de usur. l. & in contraria. Itẽ si producens de certa summa pro die conuenisset cum teste: soluisset pro de cem diebus. ille prius expeditus rehduum restituere tenetur. ff. man. creditor. §. si inter. 2. respon. & de leg. 2. l. antepe. §. 1. & de ali. leg l. pecuniæ sortem. ¶ Adde ut per moder. in l. recusare. §. fi quis alio. ff. ad Trebellia.
k In prin. ¶ Datur hodie terminus ad probandum, & probatum habendum.
l Si. j. ¶ Quod ibi dicitur, non terminat hunc casum. ibi enim de testibus examinatis, sed non publicatis: hic uero de non examinatis. hoc autem forsan intellexit, quod s̃m illos s̃m quos requiritur publicatio, fortius examinatio: quasi de illa non dubitaretur: tamen ut ibi patet, dubium publicationis refringitur ad casum decr. pia. de excepti. lib. 6. quæ facit etiam pro secundo membro solutionis: quia ibi datur terminus ad probandum, ut ibi scripsi super uersi. octo dierum. Archid. tenet, quod non sufficiat intra illos testes iurasse. Ioannes de Fano. de quo mentionem feci, supra. de offic. iudi. §. ulti. in princip. tenet idem, principaliter, quia dilatio secunda danda non est, nisi ex causa. ff. de feri. l. fina. Item lapsus termini. & quia se arctauit, obstat ei. C. qui accu. non possunt. si ea. ff. de rei uendica. nam si. item lex, si quando. C. eodem titu. ubi ultra 15. dies iudex non potest tenere testem: principaliter inducit quod iurare & deponere coniunctim requiruntur: & tunc inseparabilia, & primum fit propter secundum. Vnde lex vult, quod iurati deponant. C. de testa. l. ulti. in fin. & qui testa. face. pos. furiosum. & quod ibi not. Nam quod de indiuiduo non sufficit facere partem, inde est quod imperfectum dicitur nullum. Institu. quibus mod. testamen. infirm. Pro istorum opin. bene facit extra, de senten. excommu. cum desideres. in princip. & capitu. quod in dubiis. 1. resp. Facit etiam optime q̃ dixi in regula. non est sine. de reg. iur. lib. 6 In secunda parte quæstionis de teste, qui falsum deposuit nõ iuratus, fertur Dy. tenuisse contrarium per l. vnicam, in fi. ff. de bon. poss. ex testamento mi. & maxime cum sua glo. quæ vult militem, ex quo iurauit militem esse, & vt militem testari: licet non sit in numeris. Sic soluendo contrarium del. ex eo. ff. de milit. testamen. quod etiam scripsi de priuil. eg. capitu. penu. super 1. gloss. Et secundum aliam solutionem, quam ibi scripsi, & quam veram puto, illa lex non facit: & dato quod vera esset solutio contrarij, distinguens, an sit iuratum: non tamen probat ad quod inducitur. ibi enim de commodo iurantis, quod sibi merito deberur, ex quo grauatus est iuramento: hic de commodo producentis. Fateor ergo, quod ibi iurans miles est, & habet commoda militum: iste iurans testis est assumens illud officium, & iurando habet commoda testium, puta ius reuocandi domum, & sumptus. ff. de iud. l. 2. §. legatis. de rescrip. statutum. §. penult. lib. 6. non per id dici potest producentem probare. Vnde dominus Iaco. de But. qui in sua disputatione tenuit, quod depositio post terminum facta ualeat, illam legem non induxit sed inter alia allegat, quod licet productio testis spectet ad partem, examinatio tamen spectat ad iudicem, cuius debet intrare secretum. C. eodem titul. nullum. Addo, quod etiam ad petitionem eius, contra quem examinationem facere debet, ut no. in l. si quando. C. eodem titu. debuerat etiam aduersarius instare. Protelatio ergo iudicis procedat sine præiudicio producentis. ff. de iudi. l. 2. §. in omnibus. Mihi placet distinctio Gul. in primo mẽbro. & etiam in secundo: saluo quod not. j. de dila. §. 1. versicu. illud quoque in fin. Adde, quod Roma. consil. 443. incipien. quo ad primum, tenet, quod si sit statutus terminus ad probandum, & testes iuraueriut in termino, quod ualeat depositio facta post terminum. Et ita dicit tenere Ioan. Cald. consil. 1. sub rubr. de testib. Domi. de Rota conclusione 292. & 471. Bart. de dam. infe. l. damni infecti. §. Sabini. Bald. in l. si quando. C. de testib. & in rubri. C. si ex fal. instrumen. & l. Antistius. de acqui. hære. Anto. de But. in capit. licet causam. de proba. de quo vide Bald. etiam consi. 308. incipiente, statuto cauetur. lib. 4.
m §. penul. ¶ Ad literam fuit versi. ipsius Vber. de Bobi, ubi tractat de testib. circa medium.
n Sunt autem. ¶ Inchoant verba Tancred. ubi supra, quæ prius fuerunt Azo. in Summa, versicul. producendi autem sunt except. versicul. prius tamen.

ADDITIONES.

a Etiam no. ¶ Et j. § fi. per totum.
b Qui semel. ¶ Cessabit contrarium, si dicatur illam millesimam fieri inter dilationes.
c Significauerunt. ¶ Vide quod ibi plene scripsi in gloss. quicunque, & in glo. nota quod.
d §. fi. ¶ De hoc not. in præ. decr. vltra tertiam. in glo. 2.

prouinciam, vel de ciuitate in ciuitatem, si iudex id prospexerit expedire: si verò nolit, nec expediat vocare testes coram se debet scribere iudici, sub quo degunt, vt eos recipiat, & secundum formam infra traditam: & ille sibi mandabit quanta fides sit testibus adhibenda. Prius tamen quam scribat, recipiat cautionem ab eo, contra quem inducuntur, quod vadat, vel mittat intra terminum competentem aduidendum iurare testes: & hoc in ciuilibus causis. Nam in criminalibus precisè cogentur testes venire ad iudicem, qui de causa cognoscit. Hæc probantur in Authent. de testi. §. quoniam sancimus. C. de fid. instru. iudices. extra. de fideiuss. constitutus in fi. [a] & not. ff. in tit. de iudi. deleg. §. 16iam nunc. versi. sed secundum præmissa. † Scribet autem iudex iudici sub hac forma:

ADDITIO.

a In fi. ¶ Vide quod ibi not. in glo. antepen. & quod super ea dixi, & quod not. de rescript. statutum. lib. vj. in gl penul.

¶ Commissio receptionis testium.

TALIS tali salutem in Domino. Noueritis quod inter talem & talem talis quæstio vertitur coram nobis, in qua actor ad suam intentionem probandam quosdam testes, vt asserit, vestræ iurisdictionis producere intendit. Ne igitur iuris executio frustretur, si probationis defectu, uel occultatione pereat ueritas, prudētiam uestram duco attentius deprecandam, quatenus citatis his, quos idem, seu eius procurator uobis duxerit nominandos, receptoque secundum formam iuris. & iudicii morem ab eis prius iuramento, super intentione, seu articulis, vel capitulis præsentibus introclusis, cogatis eos ueritati testimonium perhibere, attestationes ipsas in publicam formam redactas, & nulli partium prodiras nobis sub uestro sigillo secrete inclusas per fidelem nuncium quanto citius transmissuri. Vel dicut infra in sequenti forma, hoc saluo: quia cum vnus iudex scribit alii, non præcipiet, sed rogabit, & is, cui sub præscripta forma scribitur, sua, non scribentis authoritate illos examinabit: ut in præd. versic. sed secundum
a præmissa [a]. Et probatur hæc forma, extra, de fideiuss. constitutus. & C. de fid. instrum. Authen. apud eloquentissimum. Et vide simi
17le. ff. de iur. calum. § restat uer. quid ergo. † ¶ Potest etiam hoc cō
b mittere delegatus à papa [b]. vel episcopus: vel etiam is, cui vniuersitas causarum est cōmissa alicui clerico, etiam in cathedrali uel collegiata ecclesia non instituto: quia constitutio ext. de rescript.
c præsenti [c] non extenditur ad auditores, sed iudices, prout ibi no. debet tamen esse alias persona idonea, uel discreta: vt extra. eo. si qui testium. & committet sub hæc forma:

FORMA. Talis tali salutem in domino. Nouerit vestra discretio, quod nos causam, quæ inter talem & talem super hoc vertitur ex commissione sanctissimi patris domini papæ talis, uel authoritate ordinaria, suscepimus audiendam, & fine debito terminandam. Verum lite coram nobis inter easdem partes legitime contestata: præstitoque de ueritate dicenda, seu de calumnia iuramento: factis quoque positionibus & responsionibus ad ea secuis, articulis etiam à partibus hinc inde formatis per ea, quæ hinc inde fuerunt proposita coram nobis de ipsius causæ meritis, liquere nequiuit ad plenum: quocirca discretioni uestræ, auctoritate quā fungimur in hac parte, committimus, & districte præcipiēdo mandamus, quatenus testes, quos vtraliber pars producere curauerit coram vobis super articulis suis, quos sub nostro sigillo transmittimus vobis introclusos, vna cum interrogatoriis partium earundem, intra spacium unius mensis à receptione præsentium computandum per vos, aut alium, uel alios ad hoc idoneos, & neutri parti suspectos, altera parte præsente, uel se per contumaciam absentante, prudenter recipere, ac eos secundum eadem interrogatoria iuxta datam à deo uobis prudentiam diligentes examinare curetis. Quod si forte alterutra partium testes alterius reprobare uoluerit, testes hinc inde super reprobatione huiusmodi producēdos intra quindecim dies post dictum mensem immediate sequentes fideliter admittere, & examinare solicite studeatis depositiones omnium eorundem testium cum articulis & interrogatoriis prædictis necnon cum toto processu, quem super hoc coram uobis haberi contigerit, sub sigillis uestris fideliter introclusas, ad nostram præsentiam quanto citius transmissuri: præfixo nihilominus eisdem testibus termino peremptorio competenti, quo cum omnibus actionibus, iuribus & monumentis suis causam ipsam contingentibus per se, uel per responsalem idoneum compareant coram nobis: iustam dante Domino sententiam recepturi. Testes autem, qui fuerint nominati si se gratia, odio, uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam cogatis ueritati testimonium perhibere. Datum, &c. Et si committatur duobus uel pluribus, potest addi: quod si non omnes his exequendis interesse poteritis, alter uel duo uestrum nihilominus exequantur. Præmissa forma probatur extra, de proba. licet. extra, de teste ad hoc. alias incipit, præsentium. § testes. & §. cæterum. lib. sexto & capit. cum clamor. & capitu. cum causam, quæ. j. de hoc supra de iudice deleg. § sequitur. versi. quandoque etiam. Potes etiam addere clausulam illam, testes, maxime senes & ualetudinarios. quos talis duxerit nominandos, admittatis: & depositiones eorum conscriptas ad nos destinare curetis: ut extra, de testib. cum
18 olim. † ¶ Et nota, quod in prædicta clausula, testes autem, &c. quæ habetur extra, de testi. cogend. capitul. primo. semper testes intelliguntur se subtrahere, quando non potest aliter veritas ha-
d beri, vel apparere in ciuilibus [d], in quibus cogitur quis testificari: quia tunc celare ueritatem, peccatum est. xj q. iii. quisquis metu. ext. de cri. sal. c j. nisi hanc præsumptionem alia elidat: puta quia est religiosus. & ideo magis veretur iurare: vel alia consimilia. In criminali autem. & ubi non est peccatum celare ueritatem, non præsumitur se aliter subtrahere is, qui non vult testificari: ideoque cogendus non est, nisi manifeste malitia appareat: ut extra, de testi. cogend. peruenit. ii. Item in omnibus casibus, in quibus testes non
e coguntur, cogi debent, si aliæ probationes deficiunt [e], etiam si
f non se subtrahunt gratia, odio, uel timore: vt eodem capitulo. [f]
19 † ¶ Sed quomodo tunc probabitur odium? Respon. per euidentiam. sicut & dolus. ff. de iud. si filius. Sed dici potest, quod si testis admonitus non vult testificari, præsumitur quod odio, gratia, vel timore hoc facit: nisi priuilegio, vel alia ratione excusetur: & ideo est cogendus præsertim si apparent aliqua indicia, uel coniecturæ: vt quia testis vicinus est, qui non potest ignorare, nec vult testificari: vt in præd. c. quisquis. ¶ Sed quis probabit odium? Videtur quod qui illud allegat. C. quod met. causa. l. metum. Sed dic,
20 vt prædixi, attendendas esse circumstantias & indicia. † ¶ Sed opponitur ad hoc, quod ff. dictum est, testes quos vtralibet pars &c. Nam tunc demum debet quis exceptionem peremptoriam opponere, postquam actor suam intentionem fundauerit: vt C. de exce. si quidem. ext. de exce. cum venerabilis. in prin. ibi: præponere &c. imo satius est, qui ante publicatas attestationes actoris, & antequam sciat illum suam intentionem probasse. exceptionem peremptoriam probat: vt no. ext. de testi. c de testibus. & j. de exce. § uiso. ver. & not. Sed dic, quod si reus ante apertas attestationes actoris velit probare suam exceptionem, hoc bene potest: vt in præ. c de testibus. Et hoc communiter obseruatur, gratia dirimēdarum litium [g], vt tam actor quam reus suos offerant articulos: & simul intra eundem terminum suas probationes super illis inducant, vt ext. de proba. licet. versus princi. & ext. de test. ad hoc. alias incipit, præsentium, lib. vj. Et sic diximus in quæstione, quæ coram nobis inter commune ciuitatis Ariminensis ex parte vna, &
h archiepiscopum Rauennatem ex parte altera, super septē castris agitabatur [h]. De hoc j. de excep. § dicto ver. sed nunquid attestationibus. Vinc. no. ext. de testi. series. quod si exceptio peremptoria sit talis, quæ non destruit principale, quin teneuerit: audiendus est eam proponēs post publicatas attestationes: vt si probasti me tibi debere decem, possum opponere, quod fecisti mihi pactum de non petendo: quia vtrunque potuit esse. Secus si dicit, dico q testes illi falsum dixerunt: tunc enim non auditur, nisi hoc probet per dicta testium iam productorum: vel nisi producat testes super corruptione: ut ext. de testi. sicut. ¶ Sed secundum hoc qualiter agetur de falso, & qualiter testes improbabuntur? Respon. per dicta testium iam productorum, vel per instrumenta. ext. de fi. instru. cum dilectus. alias non nisi indirecte: ut ex. de testi. ex tenore. & in præ. c sicut. Et sic potest intelligi. C. si ex fal. instru. per totum.
i & C. de appel. per hanc. § sæpe. versi. porrò [i]. † ¶ Sed quare appo
21 nitur illa clausula, q si forte alterutra, &c. Respo. quia is, cui committitur, q recipiat testes super principali, non debet recipere su-

per re-

ADDITIONES.

a Præmissa. ¶ Vide quod ibi dixi in fine.

b Papa. ¶ Etiam si solum datus sit ad testium receptionem, vt in clem. de off. dele. c. vno. quod dic vt ibi not. in j. gl.

c De rescrip. presenti. ¶ Quam hodie non habemus. sed eius loco decr. statutum. eo. tit. lib. vj.

d In ciuilibus. ¶ Inchoant verba Inno. vsque ad fi. quæ vide in Decr. j. præsl leg. super gl. ii.

e Deficiunt. ¶ Idem no. j. § de testium. ver. sed nunquid frater. in fin.

f Vt e.c. ¶ Si actor dicit sibi alias probationes deficere, & reus dicit contrarium: quis probet: dixi post Dama. de test. cog. super gloss. si quis puto vtrunque: si uelit ad probandum admitti extra de renun. super hoc. ubi neuter probare petit, uel possit. non uideo hoc tale interesse, quod fiari non debeat iuramento dicentis, quod aliter probare non potest. Bene facit eo. tit. ultra tertiam. fortius de resc. statutum. li. 6. § cum uero. in fin. ubi longe maius uerisimile interesse aduersarii. faciunt etiam concordantiæ, quas ponit ibi gloss.

g Litium. ¶ Et quia timent opi. Ioan. & Azo. de qua dixi eo. tit. fraternitatis. super iii. glo.

h Agitabatur. ¶ Vide quod dixi de iur. calum. §. restat. versi. quid si aliquando. in fi.

Versi. porro. ¶ Et patet in cle. eo. tit. c. ii.

per reprobatione,nisi sibi specialiter sit commissum:vt ext.eodē, licet.iii.Nec obstat præd.§.testes.nec præ.decret. de proba. licet.
a quia ibi fuit specialiter commissum,vt ibi patet[a].Protestationē autem super reprobatione recipere debet:aliàs sine illa non bene procedit testium receptio.arg.ff.de iur.om.iud.l.ii.extra,de offic. delega.præterea.Quandoque etiam in Romana curia,vbi ut plurimum per procuratores litigatur,mittuntur positiones negatæ cum articulis inclusæ;ut principales super his interrogentur:ut in[s]tead.decre.p[r]esentium.§.postea.& uersic.præceden.quandoq; etiam mandatur eidem,quod uideat partium instrumenta:& tūc additur sic,Et nobis significes,quanta sit fides instrumentis & testibus adhibenda.extrà,de fide instru.c.iii.in fi.ff.de testi. testium
22 §.j.†¶Potest etiam iudex
b mittere notarium causæ, uel alium pro uoluntate partium ad testes diligenter recipiendos,si hoc viderit expedire.extr.de test.cum olim.de test.ca.j.puta quod testis est infirmus, senex,uel ita pauper,quod commode nequit uenire.extr.de testi.si qui testium.Vel est honesta mulier: vt C. de off.
c diuer.iudi.nemo.[c].Vel episcopus,aut alia sublimi præditus dignitate.vt ix.qu.i.nec honore.C. de episc.& cler.Authen.sed iudex. Vel aliàs est egregia persona.ff.de iureiur.ad personas. Quod dic ut j. § proxi.uer.& nota quod testis.& seq.ibi etiam nota utrum iudex debeat mittere:si producens sit pauper,vnde versus:Si fuerit pauper testis, uerulusque remotus: Debilis egregius, aut qui
d producit egenus:Vt testentur ibi debebit mittere iudex.[d].Non tamē debet iudex nimis facilis esse ad committendum talia quando per se potest ea exercere:ut j. §.nunc tractandum prope prin-
23 cipium.†¶Cæterum iudex,qui ad mandatum alterius testes recipit,sic rescribet,& attestationes remittet:

FORMA.Talis tali salutem in Domino.Preces vestras prono exaudientes affectu, testes quos talis, de quo scripsistis, producere voluit,coram nobis citauimus,& ab eis iuxta morem recipiendorum testium prius præstito iuramento, eos super intentione transmissa,uel super articulis missis coegimus perhibere testimonium veritati:quorum depositiones per fidelem receptas notarium,vel per nos,& in formam publicam redactas. sub nostri impressione sigilli inclusas,vobis per latorem presentium duximus destinandas.Hoc probatur in Authent.de testi.§.quoniam.C.de fid.instrum iudices.C.de transact.l.penult. C. de nonnu.pecun.l. fin.ff. de seruitu.si cui.& vide infrà,de remiss Et scias quod is, qui testes recipit,debet rescribere,cuius authoritatis,cuius famæ, cuiusue conditionis sint, & de aliis circunstantiis: vt infrà.§. nunc
24 tractandum.versicul. hoc autem.†¶Hoc autem scias, quod si is, cui iuxta formam præmissam testium receptio commissa est,alteri id committat, non valet commissio, nisi partes id approbent expresse. Alii dicunt, quod sufficit, si tacite. Quæ dic secundum papam,& dominum meum:vt ext. eodem.causam quæ.j.[c] & tetigi j.§.nunc tractandum. versicul.debet quoque iudex.& supra, de iudi.delega.§.iam nunc.versicu.item quid si. ¶In summa nota quod si testes vocati coram iudice veniunt:is, contra quem producuntur,debet attendere, an sint tales,qui non possint testificari puta quia sunt serui,infames, inimici, & huiusmodi:quæ dic vt s.§.primo.Quod si altera pars neget illam causam esse veram, & petat testem examinari, & causæ discussio reseruetur in tempus disputationis:respondeat producens,quod testis non est sub con-
f ditione recipiendus [f].De quo,& quæ sit forma proponendi huiusmodi exceptiones,dic vt s.§.j.versicu.item quod est seruus.& seq.& eod.§.in fin.versicul.in summa.¶Item, nota quod in quibusdam casibus non sunt testes vlterius producendi:quod dic vt j.§.satis vtiliter. versi.hoc etiam no.Quandoque tamē potest pa-
ti restitutio in integrum ad producendū nouos testes:vt j. de rest.
25 in integ.§.fi.versi.quid si in causa.†¶Illud quoq; nō est prætermittendum,quod cum committitur testium receptio intra certum terminum facienda:vt patet supra,eod.§.in prima forma.sic intelligitur rescriptum, vt reus intra eundem terminum testes actoris contra se in principali producendos, si velit & possit. debeat reprobare alioquin post non audietur contra illos:vt extrà, de proba licet.in princ.& j.§.sæpe.versi. reus. nisi velit eos de falsitate conuincere,vt ibi:quia tunc auditur,dum tamen hoc protestatus fuerit ante productionem: alias enim etiam intra dictum terminum non licet:vt extra,de testi præsentium. secundum Pe-
g trum de Samp.[g] Hoc non placet: quia bene post ipsum terminū audietur volens reprobare: vt patet extra, eodem.cap. licet. iii. & infrà, de proba. in princip. quia nec tunc esset, qui recipere posset: vt suprà. versicul. sed quæritur. Nec obstat præd. Decret. de proba. licet. quia ibi terminus datus erat tam ad probandum, quàm ad reprobandum: vt patet extra, de testi. cum causam. in princip. quæ loquitur de eadem materia cum illa.Ideoque post terminum ibi non audiuntur reprobare volentes: vel illud fuit prouisio papæ, propter, præsumptionem, quæ erat contra Fauentinos:qui causa differendi negotium in testium personas obiiciebant. Irregulariter enim post attestationum publicationes fiunt reprobationes, nisi in casibus. C. de testi. Authent. si testis.& not.extrà,de test.cum causam in gloss.sed cum
h hæc exceptio.[h]

ADDITIONES

a Ibi patet. ¶ Et ibi post principium hoc scripsi post Innoc. & Host.super versi.potuit.
b Iudex. ¶ Reassumit verba Tanc.ubi s.
c Nemo. ¶ Et de iudi.mulieres.in prin. lib. vj. quæ sine distinctione prædicta de mulieribus loquitur.
d Iudex. ¶ Fuerunt Vincen.quos scripsi extra.eod.titul. si qui testium. in fin.
e Causam,quæ.j. ¶ Vt ibi plenius scripsi super gloss.
f Recipiendus. ¶ Dicebat Vbert.de Bob.cuius fuerunt hæc verba,vbi suprà, vltra principium:quia actus legitimus, &c.ff.de reg.iuris. actus.
g Pet.de Samp.¶ In præ.decr.licet.sed non bene fuerunt eius verba recepta quæ ego etiam ibi non curaui:quia non stetit in illis ponendo quod infrà sequitur.versicul.vel illud.non per disiunctiuam,vel.sed per aduersatiuam, sed.Item ibi scripseram post Innocen.& Hosti.quod habetur s.versicul.sed quare.vt ibi etiam dixi.Sed Pet.dixerat quod si vtraque pars producat testes in principali:& actor impetret recipi intra certum terminum reprobatotes,quos producere vult contra testes rei in principali productos,intelligitur quod intra idem tempus reus reprobet testes actoris.si vult: aliàs non audietur.sed non stetit in hoc Petrus,vt predixi.
h Hæc exceptio.¶ In gl.est vt s.remisi.dic vt dixi in Decr. ex parte. eo. tit.super gl.huiusmodi exceptiones.

SVMMARIVM.

1 *Forma computationis iuramenti à iudice testi faciendæ.*
Iurare cogi potest testis ad veritatem pro vtraque parte dicendam.
2 *Testis iurare cogitur à iudice,nulli parti suum testimonium reuelare.*
3 *Iudex,nec partes pati debent,testes iurare tantum super articulis datis, quia tunc non admitterentur super contingentibus.*
4 *Testis inquisitus super crimine,aut super statu ecclesiæ,qua forma in quolibet iuramento vtatur.*
5 *Iuramentum testis fieri debet coram aduersario,nisi sit episcopus.*
6 *Testimonium à quocunque non iurato prolatum,an valeat.*
7 *Iuramento præstito scribendus est consequenter dies quo iuratum est.*

¶De Testium iuramento.

a 4.§.Sequitur [a] de testium iuramento videre. Iudex ergo,cum testis iuraturus est,sic ei iuramē-
1 tum computabit-FOR.† Tu iurabis.quod dices mihi.vel illi, cui hoc commisero inquirendum,totam,& plenam &meram veritatem,quam credis,vel scias de quæstione tali, quæ vertitur inter tales,& hoc vsque ad finem litis quoties interrogaberis.3.quę.ix. hortatur.& in Authen.eo.§.j.collat.vii.35 quæst.vj.de parentela, & ca.episcopus.& c seq.& tam super eo,super quo interrogaberis,quàm super alio.ext.de accu.cum dilectus.j.&c. qualiter.j. in fi. tamen ibi loquitur in inquisitione: & quod solam veritatem dices,non immiscens aliquid falsitatis.ij.q.4.nullam. 3. q. 9. pura. nec aliquid de tuo adiicies, etiam quod tibi bonum videatur. extr.de accu.qualiter.j. & c.seq.& hoc inuentum est, secundum
b dominum meum [b]: quia cum quidam depositisset veritatem, apposuit postea contrarium in dicto suo:& cum postea redargueretur de periurio, dixit quod non deieraverat: quia si plus erat, vtique tanti erat.Item, quod dices veritatem pro vtraque parte,C.de episco.& cler.Authent.sed iudex. xi.quæst.j.nec honore. 14.qu.v.non sanè. extra, de testib. veniens. 2. in fin. Et quod nec prece nec pretio,nec amore,nec timore, nec priuato odio: secus
c de publico,vt quia odit opera sua [c].36.distinct.odia.nec pro com
d modo,quod ipse vel habeat, vel habere sperat [d] testimonium dicet extr.eodem.quoties.&c.licet.§. testes. xj.qu.iii.quatuor.4 q. 3.c.si testes §.testium fides extr de testi.cog cum contra,& c.seq. extr.de re iudi.cum æterni. lib.vj. & in præd. c. de parentela, &c. episcopus. &c.seq. & quod ibi dices veritatem, sicut scis.non enim debet dicere per credulitatem.quod scit pro certo, vel contra:imo quod scit per visum, dicet de visu: & quod per auditum, dicet de

ADDITIONES.

a Sequitur. ¶ Ponit & ampliat verba Tanc.tit.de iuramento testium.& hoc vsque ad ver.porrò.coniunxerat autem tractatum de examinatione, quem prosequitur j.§.nunc tractandum.
b Secundum dominum meum.¶ In Sum.e.ti.§ qui debent. post prin. sed Azo in Summa huius tit.ver.est autem productoris.dicit inuentum esse eum, qui iurauit dicere veritatem, dixisse duo cōtradictoria:& sic dixisse certum esse quod veritatem dixit.
c Opera sua.¶ Verba Host.ubi s.
d Sperat. ¶ In tromittit in tertia persona.

dicet de auditu: ut ꝛ̃ §. 1. ver. item quod non perhibet testimoniũ de. & ver. seq & in præd. c de parentela & j. § nunc tractandũ. ver.
2 in examinatione. † ¶ Quidam ẽt addunt, & bene, ꝙ nulli parti pandes testimonium tuum, donec publicatæ fuerint attestationes: vt 4. q. 3. verb. qui falso. ext. eo. fratern itatis. & ff. eo. qui falsi. Et hoc ideo, ne ex istorum dicto alij testes producendi subornentur. ext. de testi. vltra. Si enim hoc non iuret, licet post depositionem iniũgatur ei in virtute præstiti iuramenti, ꝙ nulli suum dictum reuelet: non tenetur ad hoc, cum hoc nõ iurauerit: ut ext. de iureiu. clericus. Vltimo autem iudex dicat: Sicut ego dixi ita obseruabis: sic
a Deus te adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. [a] Si autem inducit
b ad probandum consanguinitatem, [b] debet addere in iuramento, ꝙ sic audiuit à suis maioribus, vt testificat, & sic esse credit: vt ext.
3 eo. quoties. & c. licet ex quadam. † ¶ Illud autem notãdum est, ꝙ nec iudex, nec partes, pati debent, ꝙ testes iurent de veritate tãtũ super articulis datis: quia sic non ualeret eorum testimonium super aliis, quæ contingunt, sed super illis tantum: ut ꝛ̃ §. 1. ver. item ꝙ deposuit. Sed debent iurare super articulis datis, & ẽt sup cãs: &
c sic ualebit eorum testimonium super omnib. ad cãm facientib. vt extra de testib. c. de testibus. [c] 3. q. 9. hortamur ext. de accu. cum di
4 lectus † ¶ Porro in causa inquisitionis, aut inquiritur super crimine, aut super statu ecclesiæ. Si super crimine, forma iuramẽti erit talis, ut super crimine dicat plene ueritatem. ext. de simo. licet Heli. Si uero super statu ecclesiæ inquiritur, duplex est forma. Prima est, ut iuret dicere ueritatem de his, quæ credit, & scit in ecclesia reformanda, exceptis occultis: ut extra, de accu. qualiter. 1. in fi. Se
cunda est, ut iuret quòd ad inquisita veritatem respondebit: vt e.
d tit. cum dilectus. secundum Goff. [d] Ego uero talem in hoc articulo trado formam:

FORMA. Tu iurabis, quod super his, quæ scis, & credis in hac ecclesia reformãda, uel etiã super aliis quibuslibet tam ciuitatis, q̃ diœcesis, & tam in capite, quam in membris quibuslibet super vita & conuersatione ipsorum: & tam in spiritualibus, quam in temporalibus, exceptis criminibus occultis, exclusо timore, odio, uel amore, plenam & meram, quã scis, & credis mihi ueritatẽ dices, & ad inquisita & interrogationes meas per ordinem veraciter respondebis. Hoc dic plenius ut j. §. nunc tractandum. propẽ fi ver. porro in causa vsque 3d fi §. ¶ Et no. quod testis debet iurare præ
e sente aduersario, [e] uel se contumaciter absentante. quod dic vt j.
f §. nunc tractandum in prin. & tactis Euangeliis. [f] † Nisi sit episco-
5 pus, qui non debet tangere, sed inspicere. C. de epis. & cleri. Auth. sed iudex. 9. q. 1. nec honore. extr. de iura. calum. ca. fi. cui & debet mitti sacramentum. ut ibi. Quid de presbytero uel diacono? Dic etiam ad eorum domum mitti: cum sint in superiori loco, & sint personæ egregiæ. ff. de iureiur. ad egregias. sicut fit in iuramento calumniæ. de iura. calum Auth principales Et si causa coram secu
g lari iudice tractetur, iurabunt coram episcopo, & sic ut alias contingit in laico, qui iurat coram suo iudice, cum ad aliam ciuitatẽ mittitur pro testimonio. C. de fid. instr. Auth. apud eloquẽtissimum, & de episcopi licentia, ext. de iur. calu. c. 1. Mittitur etiam hoc iuramentum ad senes & debiles. quod dicut ꝛ̃ § prox. ver. potest ẽt. Item si producens est pauper, iudex mittet testibus iuramentum, uel dabit eis expensas: quia tenetur pauperib. prouidere. in Auth. de mandat. princ. extra. de excess. præla. sicut unire de consc. dist. 1. omnes. 12. q. 2. aurum. Forte aliud in delegato. Sufficit enim in eo, ut sibi ipsi non exigat extra, de vit. & honest. cler. cum ab omni. & h ibi secundum. Vincen. [h] † ¶ Et nota, ꝙ non ualet testimonium à
6 quocunque etiam religioso, non iurato prolatum. ext. eodem. nuper. & c. tuis. Omne enim, quod testibus adstipulatur, ueriùs constat, cum id adiectio iurationis affirmat: vt 22. q. 1. omne quod. Potest tamẽ a parte iudicis authoritate remittitur in præ. c. tuis. & no.
i C. eo. iurisiurandi [i] nisi cum agitur de matrimonio dissungendo. arg. ext. de eo, qui cogno. consan. vxo. suæ. super eo. Secus si de cõiungendo. arg. ext. de clandest. desponsa. c. 2. Quid si testis deponit non iuratus: & post iuret ꝙ sic est, sicut dixit? Respõ. T. & Gof. dicunt non valere. arg. pro eis C. eod. iurisiurandi Dominus meus & alij contra, & hoc est, si est bonæ famæ. arg. pro eis de consec. dik stin. 4. si non sanctificatur. & est quæstio venerealis. [k] ¶ Quid ergo
l si testis non vult iurare? Dicit Vber. [l] ꝙ inde tenetur. nam testificari, munus est publicum, & necessarium. ff. quemadmo. testa. aper. l. cum ab initio. & l. sed & si quis. in prin. extr. de crimi. fal. c. 1. vnde debet damnum resarcire. ff. de admi. tuto. quidam. in fi. l. tutor. C.
m de excu. tuto. quoniam. [m] Sed Ioan. de Deo [n] iura hæc intelligit in
n principali persona, cuius malitia testis abfuit, uel non iurauit. ext. de testi. cogen. peruenit. 1. ext. de testib. intimauit. & c. constitutis.
7 1. testes autem aliter puniet: ut dicam j. eod §. de testium. † ¶ Iuramento autem præstito subsequenter scribitur dies qua iurati est.

ADDITIONES.

Quod diebus feriatis hoc iuramentum recipi non debet, nisi ꝛ̃s uel absentia: uide j. de fer. vltra prin. ibi: Item si forte. &

b Consanguinitatem ¶ Per testimonium de auditu.
c De testib. ¶ De hoc satis scripsi eod. titu. per tuas. super 1. gloss. & vide j. §. 2. in 1. col.
d Secundum Gof. ¶ In Sum. eo. tit. sub verbo, iurare debent.
e Aduersario. ¶ An sufficiat uocari dominum, cum procurator contestatus est litem. Item, & quid si ex duobus procuratoribus datis in solidum cum clausula. ꝙ non sit melior. &c. produxit testes ille qui non fuerat contestatus litẽ. scripsi eo. tit. c. 2.
f Euangeliis. ¶ 3. q. 9. hortamur. & patet id, quod de episcopo sequitur, Vide quod de hoc, & de consuetudine Italiæ not. in clem. de hæret. c. 1. §. porro. in gl. 2. Quid si in actis scriptum est, testem coram iudice iurasse paribus præsentibus, præsumitur ne vt debuit iurasse. s. cum Euangeliorum tactura? Materiam dilatare potes per not. ẽ. eo. §. 1. ad fi. uer. sed quid in prædictis. & ver. seq. & iura ibi allegata, ne repetam, cõmuniter tenetur, ꝙ præsumatur tactura in tantum ꝙ transferat onus probandi in negantem. Cum enim talis negatiua habeat coarctationem loci & temporis, bene cadit in intellectum testis. De quo satis scripsi de elect. bonæ super 1. glo. secundum cursum. Facit ad id decr. prædicta, bonæ. §. porro. de renun. in præsentia. ff. de pac. iuris gentium. §. quod fere. C. ne uxor pro ma. l. 2. Vigor autem præsumptionis insurgit ex persona notarij: & de hoc ubi supra remitto ex persona iudicis, qui ad talia debet aduertere. de testib. capitulo fraternitatis. in fin. & capitulo tam literis. ibi recipiatis legaliter. Item præsentia partis, contra quam, quæ tacendo videtur factum approbasse, cum prohibere potuisset iuramentum, si fiebat sine tactura. Facit quod not. de præsump. c. nonne. Et per hæc tria sit responsum ad not. de ele. vt circa. ver. coram. in 3. gl. in fi. lib. 6. cum in illo iuramento hæc tria non concurrant. Non obstat decr. tuis. hoc eo ti. per quam patet, ꝙ expressa debet fieri remissio iuramenti. Non enim hic loquimur de iuramento, sed de forma in illo seruanda, sine qua iuramentum bene obligat ad periurium: vt not. 22. q. 1. in summa. Facit quod dixit in quæstione de teste non iurato, qui deposuit falsum: & super regula, non est fine. lib. 6. Si uero de iuramento testis aliud nõ apparet, nisi quia in attestationibus scriptũ est, Talis testis iuratus, examinatus, &c. dicas illud non sufficere: tum quia assertio illa est de præterito. nec per eam apparet præsentia iudicis, uel partis contra quam, nec dies: de quibus constare debet eod. titu. capitulo 2. de proba. quoniam. Non obstat lex, Theopompus. ff. de dot. prælegat. ad quam respondet, ut dixi in quæstione prædicta, parte secunda ver. nõ obstat lex. ¶ Adde quòd hanc addit. sequitur Alexan. consil. 42. lib. 4. Et uide verba additionis huiusmodi circa finem, per Oldra. consil. 323. incip. circa primum.
g Coram episcopo. ¶ Vt patet 14. q. 2. ca. quanquam. & uide quod ibi nota. in gl. sed qualiter.
h Secundum Vincen. ¶ Qui hoc not. eo. tit. c. si qui. ut ibi scripsi super glo. sed quare.
i Iurisiurandi. ¶ Per quam legem Iaco. de Are. tenuit contrarium in suo opere. 3. colum.
k Venerealis. ¶ 46. & vide quod dixi eo. tit. c. de testi. post prin.
l Dicit Vber. ¶ De Bobio, ibi de testibus tractat circa medium, ubi cõtinuus est iste ver. quid si quis. ẽ. §. proximo.
m Quoniam. ¶ Subdit ipse Vbertus, quomodo probabitur istud interesse: quærant quos mundi labor exagitat. uide quod dixi ẽ. eo. §. 1. ad fi. versi. sed quid si causam.
n Ioan. de Deo. ¶ In Cauill. lib. 5. sub rub. de quarta productione.

¶ De Articulis testium.

SVMMARIVM.

1 *Testes in iudicio producens, debet suam intentionem in scriptis pandere, super quæ testes examinantur.*
2 *Positionibus ab actore in iudicio formatis, eodem modo & reus suas formabit.*
3 *Agendum est in iudicio secundum loci consuetudinem.*
4 *Admitti non debet ad probandum quod probatum non releuat causam.*
5 *Constare debet prius de facto, quam disputetur de iure.*
6 *Agens contra possessorem ecclesiæ, uel alterius rei, debet articulos formare, & docere de iure suo, non de iure possidentis.*
7 *Causa possessionis nihil habet commune cum proprietate: & sunt diuersæ.*
8 *Pronunciare debet iudex in iudicio de illa re, de quæ cognoscit, & non de alia.*
9 *Articuli obscuri in iudicio prolati super testimonijs per iudicem sunt declarandi, & coram quibus.*
In libello & articulis pauca & necessaria poni debent.
10 *Producenti testes utile est articulos dare, super quibus intendat illos producere.*
11 *Probare uolens intentum suæ productionis, quamin iudicio facit, qua uerborum forma utetur.*
12 *Mulier uolens in iudicio probare contractum matrimonium cum quodam, quibus uerbis probabit.*
13 *Forma probationis, qua uti debet uolens se abbatem alicuius loci probare.*
14 *Probare uolens testem tempore suæ depositionis fuisse inhabilem, per quæ probare debeat.*
15 *Volens se dominum alicuius fundi probare, quibus allegationibus utetur.*
16 *Reus uolens actoris testes reprobare, quos formabit articulos.*
17 *Plures occurrunt casus & negotia, quàm possunt econtra articuli formari.*
18 *Articuli per uerba affirmatiua fieri debent.*
Negantis factum, aut cursum causarum, nulla est probatio.
19 *Articuli in iudicio proferendi, quo casu sub disiunctione sint formandi.*

5.§. Nunc vidēdum ª à nobis est de articulis. Super quo scire debes, † ꝙ qui testes ꝓducit, debet suā intentionem ex petitione elicitam dare in scriptis, super qua testes examinentur: & vocatur illa scriptura: quandoque articuli: vt ext. de testi. cog. c. fin. & extr. eod. ad hæc. alias incipit, præsentium. §. testes. lib. 6. Quandoque capitula. extra, eodem, causam quæ. & cap. per tuas. & c fraternitatis. Et in plerisque locis vocatur inten-

ADDITIO.

ª Nunc videndum. ¶ Sciendum, ꝙ ars articulandi inter causidicos summū tenet gradum in curia Romana, & maxime in beneficialib. deuolutis: & ca ueant curiam intrantes, quantumcunq; sint magni Iuristæ, ne suo capite in principio suo hanc artem assumant, sed antiquis aduocatis assistant: vel se cū habeant ꝓcuratores expertos. Et quia ex ꝓdicta circa hunc §. instare in rēdo, ipsum diuido in sex partes. ¶ Prima ponit diuersa articulorū noia, & diuersas obseruantias circa illos, inter quas ponit, ꝙ in certis formis nō dant ¶ Scḋa ibi: sine igitur. ostēdit, ꝙ articulare est cōe actori & reo: qnq; simul, qnq; diuisim. ¶ Tertia ibi: ité agens dicit articulos fundandos super iure dantis, & circa hoc vnā quæstionē prosequitur. ¶ Quarta ibi: porro, tractat de additione & approbatione ipsorum, & approbationis effectu, vnam circa hæc quæstionem interserens. ¶ Quinta ibi: vt autem. formas articulorum ponit super quinq; causis pro actore, sextā addendo pro reo. Sexta & vltima ibi: hoc quoq;, quatuor circa hos notanda submittit. ¶ Et circa primum quare dicatur articulus: nide quod scripsi eodē fit. præsentium libro sexto. super gl. articulus. Est aūt nomen diminutiuum, designās aliquod particulare à genere suo ꝓ debitas circunstātias decisum. Ad hoc, ff. de præscrip. uerb. l. naturalis, §. j. in fi. ibi, explicitus est articulus ille; do ut des. Ad idem de off. dele. super qōnū articulis. C. quorum app. non reci. l. ab executione. in fi. in Auth. vt nulli iudi. §. pe. ibi: supplitia, quib. articuli dissoluunt. ¶ Refert demum author ꝓsuetudinem locorū, in quib. nec positiones, nec articuli dant, sed dat petitio, Sed ꝓstat, ꝙ in quibusdā fit ecōuerso: q a non datur petitio, sed dant articuli, qui tunc duplici officio fungi vñr ſ. petitionis & proprie. & in illis interdū obtentū, ꝙ articuli verba generalia vel verba iuris sicut petitiones ꝓtinere possunt: vt ꝙ poterat petitio, articulus ei succedēs ponit. ff. de noxa. electio. §. & fis. Inst. de act. §. fuerat autem. Si ergo in petitione talia admittuntur. ff. de rei vē. in rē actio. & patet ex not. de libel. obl. c. 2. ergo & in tali articulo, Inquātū tñ de articulo iuris loquor, distinguo: ꝙ si simpliciter ꝓtineat merū ius nullo sensu corporis ꝓ testē ꝓeptibile, bñ repellitur: & sm hoc procedat ꝙ dr j. §. nunc tractādū. ver. quid ergo si quis. & j. de posi. §. 7. ver. 13. ¶ Vbi aūt quid in articulo ꝓtinetur ꝙ aliquo sēnsu corporis percipi possit, licet annectatur conclusio iuris, quæ necessario ex narratis sequitur: tunc procedit articulus, & recipiētur super illo testes. Recipietur ēt talis positio. Exemplum, pono, vel articulo, ꝙ possedi talē rē mobilem tali titulo, & bona fide ꝓ spatio triennij incōcusse: & ideo sum dñs, admittar. Deponēt testes qualificantes hoc factū sen sui submissum, ex quo ius resultat, licet in articulo expressum. Melius tñ vr illud relinqui dispositioni iuris; cū de illa parte testis interrogari nō debeat. ¶ Per eundē modum defendunt articuli super ꝓsuetudine fundati ꝺ obiectionem, ꝙ ꝓsuetudo est ius. j. dist. consuetudo. Nam consuetudo dicere pōt tria, actum frequentatum, habitum generatum, & ius ex vtroq; collectum. de primo 25. quæ. 2. ita nos. C. de epis. audi. l. 3. De secundo, Insti. de rerum diui. §. pauonum. & §. seq. Feræ. n. quæ redire consueuerunt, quasi alteratā, & habituatam habent naturam. Et dici solet ꝓsuetudo altera natura. ff. ad Maced. l. j. in prin. & ibi no. Et idem de ꝓsuetudine patris familias in loquēdo & vtendo. Primum. ff. de le. j. si seruus plurū. §. j. Sed m de optio. leg. l. 2. in fi. Ad idem de ingressu proconsulis. ff. de off. procon. l. 3. §. pen. De tertio in præ. c. ꝓsuetudo. Inst. de iur. nat. gen. & ciui §. ꝓstat. Cū aūt sermones adaptādi sint materię, ut sint vtiles: de ver. sig. abbate. ff. loc. si vno. in prin. & fam. ercis. & puto. §. j. C. de do. ante nup. l. fi. Et articulus, qui probādus offertur, semper refertur ad factum: Fiet de ipsa relatio ad ꝓsuetudinem factī, non iuris. ff. de ver. ob. stipulatio ista, §. hæc quoq;. & de condi. & demon. q bus dieb. §. dōs. Sic etiam recipietur consuetudo in l. de quibus. ff. de legi. dum dicit morib & ꝓsuetudine introductū. & l. cum de consuetudine illa ergo, quæ includit ꝓsuetudo longa, obseruantiam ſlongi temporis, uel tanti, ꝙ de ꝓrio non est memoria, quiete, pacifice sciētib. & patientib. aduersariis ista sunt facti, & probari possunt: ergo & in positiones & articulos deduci, vt dixi supra proxime. ¶ Adhuc ꝺ articulos de ꝓsuetudine opp. eos nō recipiendos: quia non exprimunt illam inductam de consensu illius, qui poterat legē ꝑdere. Et, ꝙ rñdetur illud procedere in consuetudine, quæ habet vim legis, id est, per q̄ iudicatur inter illos, inter quos nō assueuit: ut plene scripsi extra, de consue. c. fi. super vlt. gl. Ista procedit solū inter præscribētem, & illū, ꝺ quē præscribitur. Et hoc est ꝺ naturā legis uel ꝓsuetudinis, q hēat vim legis. ff. de legib. l. iura nō ad singulas. & vide ꝙ no. 4. dist. c. in istis §. leges. & benefacit ad propositū de ꝓsti. c. j. lib. 6. ut patet ꝓsuetudiné rōnabilem esse posse sine Papæ scientia, & ligare. ¶ Adhuc opponunt aduocati, ꝙ saltem est necessaria illius scientia, cui per ꝓsuetudinē vel ꝓscriptionem acquiritur. Et inducūt l. j. C. de acq. poss. cuius verba, Canonista, vide extr. de præb, accedens. in j glo. Sed rñdetur, illud fallere, qñ inferior quasi ex quadam peculiari causa suo superiori præscribendo acquiret: ut ff. pro soc. l. 2. ff. de acquir. poss. l. 1. §. item acquirimus. ff. de vsucap. l. Labeo. pro empto. l. qui fundum. §. fi. & l. 2. §. Cellus. Cum igitur Romana ecclesia habeat potestatis plenitudinem in omnes ecclesias. 2. q. 3. c. penulti. & vlti. de vsu pal. ad honorē. de censi. cū instantia, versic. quia nos facit 2. q. 7. puto. & not. 21. distin. in nouo. de priuil. si Papa, ver. cum enim. libr. 6. quod habent inferiores ecclesiæ, ab ipsa habēt quasi in peculio separatum. a rationib. dominicis domini permissū, quo casu non est necessaria domini indiuidua vel specialis scientia, vel specialiū rerum expressa concessio: sed sufficit generalis: vel. quod plus est. sufficit illud non adimi. ff. de pecu. l. depositi. §. ulti. & l. quam tuberonis. §. sunt quidam. & l. non solū. in prin. Pōt ē rñderi per id. quod not. j. de præscrip. ver. illud etiā. ſ ꝙ hic ecclesiæ Romanæ nil acquiritur quod ſi haberet, uel saltem sua uolūtate habere posset. Facit. ꝙ not. 16. q. 4. volumus. Ad primū ꝓuenit Ecclesiastes. j. in prin. Sol occidit, & ad locū suū reuertit; & ad locū, unde exeunt flumina, reuertūtur. ¶ Ité opponūt aduocati cōsuetudinē, per quā proprius ordinarius nō posit punire delicta; fundari super inhonesto & dare materiā delinquēdi subiectis. de sent, excō. c. vt famæ. cum concor. gl. & sic nutrire peccata. & per hoc impræscriptibilis, de consuet. c. fi. Respondeo, hoc falsum, cū sit à iure prohibita ap. ꝓbata. de off. ordi. iur refragabili. §. excessus. de for. cōpet. cū contingat. ibi in dulgentia vel cōsuetudine speciali. Ité ecclesia Romana ꝓcedit talia per priuilegium; & sufficit. de priuileg. cum olim Propter. & eodem. titulo. capitulo. cum personæ, libro. 6. Absurdum ergo est dicere inhonestum, quod esset apponere ecclesiæ Romanæ maculam, contra id 24. quæst. j. capitul. omnibus. 32. q. 4. reccurrat. in fi. & Imperio idē agēti. C. de priuile. scho. l. ij. libr. 12. Ité æquatur priuilegiū & cōsuetudo ad ius cōe lædēdū. de iudi. nouit. versi. nō enim. & in præ. decre. cū contingat. Maximè de cuius initio nō est memoria. de verbo. signi, super quibusdā. & ibi ꝓcordantiæ. Ité sic opponūt: vbicunque cōsuetudo, uel præscriptio habet ꝺ rīū, ius cōe concludit malā fidē ꝓscribentis: & sic saltē nostro iure nō procedit. de præscrip, c. fi. Facit regula, qui ꝺ. li. 6. Sed respondeo vt scripsi post Host. de censi. significauit. super primā gl. Satis enim est, quod papalis constitutio præscribi ꝑmittit illud ius. Facit 23. q. 4. qui peccat Auctoritas igitur papalis, de cuius auctoritate pendēt talia, id permittēs, malā fidē excludit. Facit 11. quæst. 3. cuncta per mūdū. & cap. per principalem. & l. bene à Zenone. C. de quadri præscrip. Alias esset ecclesiæ Romanæ imponere maculā, ut proxime dixi. ¶ Ité, vt scripsi post Inn. de resti. in integ. c. ij. in vlt. col. sub ver. sed notādū. ibi: uel, quod longo, præsumirur pro illo, qui longo tempore possedit, quod habuerit bonam fidem. Et hoc dictū fortius procedit in præscriptione, cuius principij non est memoria, quā pēdēte multi successores inchoātis habere potuerūt bonā fidē, de iure patr. cura. vbi de hoc. ff. pro suo. l. fi. Facit decre. j. de præscrip. in fin. lib. 6. ¶ Ité sciendum, ꝙ episcopi, qñ ꝓtra ipsos allegatur exēptio per præscriptionem, vel aliter, solent dicere intentionē suā esse fundatā. cum exemptio præsupponat pristinā subiectionē. Sed ad hoc rñdetur per regulā, exceptionem obiiciens. lib. 6. vltra hoc ꝑdictam cōclusionē tollit decr. ex ore. in prin. de priuil. vbi allegabatur a ſua fundatione, monasteriū liberū & exēptū. Per quod recte dicit, ꝙ duplex est exēptio. Vna quæ tollit vinculū ☞ctū, & hæc cōis: de qua de priui. cum olim. j. & ij Alia, quæ impedit ☞hendū, ut in præd. c. ex ore. cum ꝓcord. ff. de verb. oblig. l. decē. & de solu. l. si decē. quæ ponunt eundem casum. ¶ Item qñ in articulo exprimuntur actus ex consuetudine ꝓcedentes, opponūt causidici, ꝙ non de illis, sed de actibus illam inducentibus debuit formari articulus. Et videtur hoc cōgruè dictū ꝓtereq; in consuetudine uel præscriptione, cuius initij in ☞riū nō est memoria. Impossibile enim esset ex quo de principio non est memoria, probare actus, q principiauerunt consuetudinem. Frustra ergo, quæritur, quod inueniri natura non finit. Insti. de inu. stip. in prin. Quid aūt in hoc casu deponere habeant testes, habetur j. de proba. §. j. ver. vltimo quæritur. vsque ad finē. §. Et absurdum esset dicere illos actus necessario in articulo ponendos, de quib testes sm ibi notata de ponere nō tenētur. ¶ Multū etiā habēt causidiciuriæ in usu, qñ dr de prælato præscribēte, vel ꝺ quem præscriptū est, vel casu simili, facere articulum & positionem, quod talis fuit habitus & reputatus pro prælato, & pro tali se gessit, &c. Et patet j. in primis articulis. & statim opponit articulum inpertinētē, cum illud sic haberi & reputari nil suffragaretur proposito: quia non ꝓcludit eū fuisse talem ff. de mor. inferen. l. longa possessio, ius sepulchri non tribuit ei, cui iure non ꝓpetit. Respō der articulans duplicem nominationem & reputationē, uerbalē sc3 & realē. Prima in sola nominatione consistit, & aliquando multū proficit. Insti. de adop. §. fi. C. de Lati. liber. tol. l. vna. §. similique modo. Regulariter parum. ff. ad municid. Imperatores. & vide de proba. per tuas. in j. gl. Nam parum prosunt verborum folia. j. quæ. i. Marcion. Realis autem multum proficit. ff. de leg. 3. seruis vrbanis. j. & ij respō. ff. de iur. fis accepto. & ad Macedo si pater. Cōstituit etiam eandē quasi possessionē prælaturæ canonicæ filiationis, & similium. ff. de lib. agnos. l. j. §. Iulianus. de quæstio. l. j. §. ad quęstionē. C. de ꝓba. l. non epistolis. & l. non nudis. & vtrobique de hoc. Item in materia principalium ostendit scientiam aduersarii, quæ necessaria est in præscriptione incorporalium. C. de seruitu. & aqua. l. fi aquam. & talem quasi possessionem rēddit legitimam, quasi aduersariorum scientia roboratam. C. de acquir. poss. nemo. per quæ apparet verba illa, quæ communis habet usus in oi foro accedere proposito, & esse pertinentia. ¶ Item solent sup præscriptione exēptionis formare capitula, ꝙ per tēpora, de quibus capitulatū est, Romani Pontifices personas illarū ecclesiarū, monasteriorum, uel capitulorum, ex immediata subiectione visitare & corrigere consueuerunt. Statim opponitur, articulum obscurum: quia non declarat, qui fuerint illi Romani Pontifices, uel per quos visitauerint, vel quos correxerint: addentes, articulum probandum per testes super correctione non admittendū: cum illud probari debeat per scripturam. Inducunt. C. de man. prin. l. vna. 97 distin. nobilissimus. & quod ibi not. & extra de priuileg. cum olim. j. Sed ad hoc rñdetur, actus in c. descriptos attribui dignitati, non personę. extr. de offi. deleg. quoniam. ff. de annu. leg. l. annua. §. Titia. Pro quibus facit quod scripsi post Inn. de sen. exc. si uere. ad fin, magnæ. gl. Certus ergo est articulus, cū certa fit dignitas. Et frustra persona quæritur, cñ qđ intenditur, iā habetur. Facit ff. quemad. testamē. a peri. l. si in dubius. 2. respō. de uerbo. oblig. cum seruus. & ibi no. Ité articulus dicit, ꝙ ꝓ tempora. &c, illud, per habeat duo notare, ſ. actus perfectionem, & temporis continuationem. ff. de verb. sign. vbana. §. pernoctare. de bonis eorum. qui sibi mor. con. l. 3. §. finautem, & de adult. l. 2. in prin. Articulus ergo intelligitur de omni summo pontifice inera tempora capitulata: & illi sunt certi, uel ex eis multi: & sic articulus est certus. Ité sufficit dici factū, vbi non refert quis fecerit. ff. de peti. hære. item veniunt, §. petitam, & de admini. tur. l. quidā decedens, §. ult. ff. ad Velleia. quis, §. plane. Facit quod not. de excep. pia. libr. 6. super verbo. nomen. Generalitas enim tunc obscuritatē parit, qñ non est vniformis conditio inclusa sub generalitate. extr. de sponsa. c. de muliere. C. de transact. ut Vel non intelligitur quid loquens senserit, cum sermo vari ētū. ff. de iur. fi. ita fidei. quorū neutrū est hic. Eodē mo correctione dr: q a nō refert qualis fuerit, maxime q

rigit, ſ. cum nihil immunet corrigendum: vt de tutore. qui patrimonio pupilli optime compoſito nil habuit authorizare. ff. de adm. tut. ſi tutor. Bene facit quod ſcripſi poſt Inn. de cape. mo. c. 2. in fi. magnæ gl. cũ ſuis remiſsio. Ad id quod de ſcriptura ſubiiciunt: reſpondetur, illud verum, ſi corrigendus id petat. Eo caſu loquuntur & procedunt allegata. Cum autem de actu prius exercito, ad quod fuit remiſſus viſitator, quæritur, vt hic, teſtis id habens notum de illo optime deponit. C. de fide inſtru. l. emancipatione. & l. ſi ſolennibus. & de teſt. l. teſtium. ¶ Interdum etiam in articulis dr̃, quod ſedes apoſtolica per tempus, cuius de ꝺrio nõ eſt memoria, fuit in prinua poſſeſſione, uel quaſi immediatæ ſubiectionis eccleſiæ prꝛſcriptionẽ allegantis Statum opponitur illud ſtare nõ poſſe: quia cum ſit res inanimata, actũ aliquem exercere nõ poteſt. Reſpondetur, ꝙ articulus non loquit̃ de actu exercito: ſed de poſſeſsione præſeruata, quod bene cadit in ſedem uel eccleſiam, vacantem, quo ad cõtinuandam poſſeſsionem & præſcriptionem. ff. de vſu cap. l. nũquam. §. vacuum. & l. cœptam. & l. iuſto. §. nondum. & dixi continuã dam: quia illã non inchoat hæres ante aditam: vt ibi. Et licet poſſeſsio non ſit penes hæreditatẽ iacentem. ff. ſi quis teſta. lib. eſ. iuſ. ſit. l. j. §. Scæuola. & ſic per ſolã additionẽ non quæritur adeunti. ff. de acquirẽa. poſſ. cũ hæredes. nõ tñ ſic eſt in dignitate, quę proprie iacere non dr̃, eo ꝙ dño ſuo non mortuo, ſed adminiſtratori: & ſic poſſeſsio nem non perdit. De hoc ſatis ſcripſi poſt Inno. & Hoſti. de cauſa poſſeſ. cum ſuper. in magna gl. Adde, ꝙ hucuſq; iſta ſunt verba formalia. Ol. q melius uidere potes ꝑ ſ. 245. inc. ad obiectus q, ſiũt ꝺ ẽpm Lingon. & cõſilio 254. inci. q. a tota pars decanii: ubi ꝓ verba aliquantulũ diuerſa eãdẽ materiã proſequitur. & conſi. clxxii. inci. quia omnes fere obiectus. ¶ Nũc videndũ de articulis, quos cauſidici impugnationes vocant, cauſatis in beneficialibus cauſis à decr. vt circa. de elect. lib. vi. Et formatur talis caſus. Primus. Cal. Februar. impetrauit eccleſiã ſancti Petri vacãtem per mortem ſui rectoris. Secundus impetrauit eandẽ Cal. Martii. Per appellationẽ ſcr̃i deuoluta eſt cã ad curiã, & format ipſe talẽ articulũ: Ponit T. & ꝓbare ꝓintẽdit T. ꝙ A. rector quondã eccleſiæ ſancti Petri, deceſſit tali anno poſt primã diem Febr. & ante primam diẽ Martii. dicit primũ articulũ non admittendũ: quia prima pars eius impugnatiua, & ex appellatione non deſcendit: q̃rit quid iuris? Vr̃ vera obiectio: q a ois ille articulus impugnatiuus dr̃, qui per ſe tantũ conſideratus ius alterius impugnat. Et idem ſi alteri articulo in iudicio ꝓducto adiunctus id agat. Probat hoc ſm̃ prꝛ. l. ff. de aqua plu. arcend. ſi aũt plures. in fi. & de flumini. l. pen. ꝙ quas patet flumẽ dici nauigabile, ſi per ſe, vel per aliud adiũctũ. nauigẽt. Sed ſic in ꝓpoſito: prima pars articuli ponit impetrationẽ primã factam de beneficio uuentis: & ſic ſurreptitiam, quod non licet, ex quo ex appellatione non deſcendit. Immittit eñ in alienũ. ff. ſi ſer. ven. l. ſicuti. §. Ariſto. & cum vltima pars, ſcilicet, ꝙ deceſsit ante primam diem Martii, ſufficiat ad ius ſuũ: hoc demõſtrat primã ſimpliciter nociuã: & ſic repellendam. ff. de aqua plu. arcenda. l. 1. §. item aiunt. & §. deniq;. & de leg. prælã. virilis. §. 2. Inducit ẽt l. 3. §. ſi duo. ff. ad Carb. vbi ſi ex duob. alter dicit ſe ſolũ filium: & alter dicit & ſe filium, primus non patitur, ſed facit ſtatus controuerſiam. Per prædicta patet, ꝙ nõ diceretur articulus impugnatiuus in his terminis: cũ ad epiſcopum & capitulum ſpectaret beneficii collatio: epiſcopus excõmunicatus fuit Cal. Martii: & capitulũ illud mihi contulit die ſequenti, quo audito eps illud cõtulit Titio: cã ẽt ꝙ meã appellationẽ deducta ad curiã: bene potero ego formare articulũ, epiſcopũ fuiſſe excommunicatum Cal. Martii, uel eſſe excõicatũ xi. ipſius mẽſis: q a hoc expedit iuri meo. Per qđ apparet ſolũ capitulũ mihi potuiſſe cõferre, ne ſe. vac. c. vno. lib. vi. licet ergo id mihi. C. de iud. l. quot eis. ff. de libe. lega. l. antepe. in fi. Nec iniuriã facit opponẽs, quẽ excuſat ꝓſeruatio ſui iuris. ext. de elec. cũ eccleſia. vbi concordantiæ in gl. 3. Probatur hoc, quia omnis obiectus aut eſt in perſonam, aut in formã vt in decre. vt circa. Sed iſte in neutrum cadit, quia in aduerſarii pſonã nil dico, nec in formam: quia non dico excõicatum eſſe m̃, cũ cõtulit illi: ſed excõicatũ cum collatio facta fuit mihi: licet ex facti accidentia ſit, ꝙ excõicatio vtrunque tempus includit. vnde ſcripſi in decre. ꝓtitutione. clem. de electio. in prin. V. G. decre. vt circa. locum non habere eũ dico ius eligendi, vel conferendi deuolutũ ad electorem, vel collatorem meum. Et iſte eſt caſus nr̃, cũ dico ꝺuolutũ ad vnũ de altero duorũ, vel de duob. ꝑortibus: dico alterum effectũ inhabilẽ, ita ꝙ alter ſolus ius corporale habet exercere. ff. de bo. poſ. ꝛ tabu. l. ſi poſt morte. §. liberi. ff. de ſti. ſer. l. 1. §. ſi eõis. & l. proinde. in fi. cũ l. ſe. Concludo igit̃, ꝙ ſecundum decre. clemen. ꝓtitutionẽ. de elec. vitiat rigorẽ decre. vt circa. qui ſolũ immittendo iuri ſuæ pſonæ, vel eccleſiæ, appellat à ꝓuiſione. Primũ ſcilicet ꝓſonæ ꝓuiſione conſtitit in iuſtificãdo iure ſuo, ſine quo deficeret, etiam ſi cõpetitorem uel obiectorem non haberet: ſecundũ, quod requirunt pſonæ habilitas. ꝓferentis poteſtas, & modi ꝙruitas ad rẽ collatã. huic ꝑcor. ff. de ꝓfirma tuto. l. naturali §. 1. & ſi. ext. de ſimo. & ſi q̃ſtiones. Hæc enim ſunt canonizantia actum, qui ſine his comitantib. eſſe nõ ꝓt. & ſic directe & proprie ſunt de iure ipſius: facit de re iudic. abbatẽ. ad fi. lib. 6. & ff. de vſufruc. l. 2. ff. de le. 1. ſi fundũ. §. q fundũ. in fi. Quæ igit̃ directe alterũ horũ reſpiciunt, non ſunt impugnantia, q̃ non iſta, ſed illa, ꝙprie immittunt in alium. Et lex dicit, ꝙ quiſq; in ſuo ſolo facere ꝓt, ꝙ vult: licet per id alius damnificetur, dummodo in alterũ non immittat etiã fragmẽta, ff. ſi ſerui. vendi. l. ſicuti. §. Ariſto. & de dam. infect. l. Proculus. Talis ergo defenſionẽ ſibi permiſſam trahit ad alterius impugnationẽ prohibitã, ꝺ decre. cum inter. in fi. de excep. Facit ff. ad Carbo. l. 3. §. ſi duo. alle. ſ. Bene facit ad hoc ſolutio ꝺrietatis duarũ legum. ff. de accuſ. l. ſeruos. & C. de adult. quoniam Alexandrũ. Prima dicit, ſeruo accuſato, ẽt à domino, omnem defenſionẽ cõpetere, ac ſi daretur libero. Secunda dicit, ꝙ dño cũ accuſante de adulterio, ipſe nõ excipit de lenocinio. Huic ꝺrio datur ſolutio. quod ſibi cõceditur defenſio, quæ ipſum tueatur & defendat, ut uerbũ ſonat: ſed nõ q alterum aggrauet, qualis eſt illa lenocinii: ut ff. de adul. l. 2. §. ſi publico. & C. eo. l. ita pudor. alias, ita nobis. Adde, ubi hãc ſcr̃ã addi. inuenies. Ol. ꝑ ſ. 116. inci. Titius impetrauit 15. die Februarii. vbi Ol. dicit ita fuiſſe fñatũ ꝑ do. Ber. Rolandi. in palatio Apoſtolico. ¶ Viſo de pſona puiſa, dicamus de pſona opponente, quæ appellauit, quia cõtẽpta: opponit illi, ꝙ ſeruauit de reta, ut circa, q̃ requirit ſeruari, ubi opponit in perſonã uel formã, ſed iſtud eſt in forma: ergo, &c. Sed hoc eſt falſum: q a peccatum in forma reddit electionẽ nullã, ſed nõ ſic in cõtẽptu uocã di. de elect. eccleſia. 2. q a nec etiã annullandã illã reddit, niſi hoc petẽte ptẽpto, quẽ tñ retificare poſſet. de elec. ꝙ ſicut. de præb. cũ in eccleſiis. lib. 6. cũ concor. ff. ſi ſer. ven. l. 2. Eſt autẽ iſtud ius proprium contempti, pro quo ſibi competeret confeſſoria, uel quaſi. de quo ſatis ſcripſi poſt Inn de verb. ſigni. abbate. ſuper j. gl. in qua habet quis de ſuo iure, non de alieno docere. ff. ſi uſusfruc. pet. l. vti frui. Item is, qui dicit aliquid ad ſe ſpectare ratione perſonæ, uel officij, delator non eſt: ſed cauſam propriam agit de perſona. C. de delato. l. j. lib. x. De officio. ff. de iure fiſ. fiſcus in quæſtione. §. j. Profequens aũt ſuũ contemptũ, eſt talis: quia dicit ad ſe & ſuũ officiũ pertinere colligere. ergo propriam cauſam agit. Item eligere eſt fructus quaſi poſſeſsionis iuris canonicalis, ut poſt Inn. ſcripſi de reſti. ſpol. in literis. in prin. & de reli. do ſcum dilectus. in gl. hoc ſatis. opponens ergo contemptum, fructum rei ſuę defendit. Quis igitur negare ꝓt, quin propriã cauſam agat. Hæc ſint dicta ad robur ejus, quod notaui in clem. conſtitutionem. in prin. 5. gl. vbi exemplum poſui de contemptu. Adde Old. conſi. 183. incip. ꝙ proſequẽs contemptũ. vbi, verba ſupra dicta inuenies. ¶ Et quia j. ver. ſiue igitur. dicit auctor, ꝙ iudex ſtatuit terminũ ad articulãdũ, q̃ro nunq̃d poſt terminũ articulare volẽs, audiat? Diſtinguũt q̃dã, an ſit ad id, uel nõ ſit, perẽptorius terminus aſsignatus: vt audiat, ſi non fuit peremptorius: ſi fuit, talis non audiat de iure cõi per beneficium reſtitutionis ſic: de reſtit. in inte. coram. Alij diſtinguunt cauſam criminalẽ à ciuili: & in criminali accuſatorẽ diſtinguunt ab accuſatore: ut accuſator poſt terminum non audiatur: cũ accuſatio ſit genus illauda bilis intẽtionis. 2. q. 3. ſi quis epiſcopus. Facit C. qui accu. non poſ. ſi ea lege. ff. de accu. l. cum Titia. Nec hic eſt locus reſtitutioni. ff. de min. l. auxilium. Bene facit ꝙ etiam de excipiente ſcripſi poſt Compo. de elect. quod ſicut. circa prin. vltimæ col. ver. ſed pone ſicut. In articulis autem accuſati reuo lueretur hæc ratio. Facit j. de accuſa. licet. ſed diſtinctio perẽptorij expreſſe non vr̃ procedere: cũ poſt litẽ ꝓteſtatam dicatur oẽm terminum haberi pro peremptorio. Sed in hoc auctor noſter variat. vide ſ. de dilat. §. j. verſic. & no. & §. nidendum. poſt princip. & verſi. quid ſi data. cum ſua remiſsione. Adde, ubi plenius hanc addi. inuenies, Old. conſi. 167. incipien. ante omnia conſiderandum eſt.

tur intentio. Et q̃nque aſſertiones. 6. q. vlti. actor. extra eodem ti. ex parte A. ad fi. de quibus aliquid eſt dicendum. Sciendũ eſt igit̃, ꝙ ſm̃ quorundam morem locorum non fiunt poſitiones, nec ẽt articuli: ſed ſtatim litẽ teſtata, & præſtito iuſo, iudex loco poſitionum & articulorum, reum interrogat ſigillatim ſuper quolibet membro libelli: qui ſi negauerit, interrogat eodem modo teſtes actoris, ſuper quolibet mẽbro libelli. Sed curia Romana aliter obſeruat. Nam ibi litẽ ꝓteſta. & præſtito iuſo, actor ſuas format poſitiones, quas facit de mente libelli, dicens: ponit T. &c. ut dicemus j. in titu. de poſitio. §. v. ¶ Quòd ſi eas reus negauerit, formet, & dat articulos in ſcriptis ad inſtar poſitionũ, dicens: Intendit probare T. &c. Quidam aũt breuius ſe expedire uolentes, dicunt ſic: Ponit T. & probare intẽdit, &c. & tunc poſitiones negatas dant pro articulis. prædicta ꝓſuetudo probat in præ. dcre. præſentium. & c. per tuas. C. de excep. ſi quidem. ff. de iureiur. ſi duo.

2 § Iulianus. †¶ Eodem ẽt mõ reus formet, & dat in ſcriptis poſitiones & articulos, ſuper eo quod ad ſuam defenſionẽ probare intẽdit. Expedit enim fieri articulos, & etiã uerbo proponi: ut appareat ſuper quo teſtes producent̃, & deponent: vt ſ. §. j. ver. item, ꝙ depoſuit. & C. qui legit. pſo. l. fi. ibi: obreptitia, &c. & ut melius teſtes examinentur, & ut uideatur an ſint pertinẽtes, & qualiter ſuper eis ſint interrogatoria formãda: ut ext. de teſti. ad hoc. alias incipit, præſentiũ. lib. 6. Nam quandoq; aliqua petita in genere, in articulis ſpecificantur: ut no. j. de lib. concep. §. fi. uer. cautus etiã ſis. vnde ſæpe p ura ponuntur in articulis, q̃ in libellis: vt patet j.

a in forma articulorum. a † ¶ Si tamen non dentur articuli, vbi nõ

3 eſt de conſuetudine, ꝙ dentur, non credo eſſe peccatum. Nam ſm̃ loci conſuetudinem iudicandum & procedendum eſt. extr. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. cum uenirent. 11. diſt. in his rebus. 12. diſt. ſcit ſancta ext. de conſue. ad noſtram. de proba. ſicut. Quod aũt articuli dandi ſint, & in ſcriptis, dixi ſ. §. qualiter autẽ. in prin. & ver. deinde. Siue igitur actor, ſiue reus probare intendat, iudex eis terminum ſtatuet ad articulos formandos: quibus exhibitis fiet parti alteri copia, vt uideat an ſint pertinentes, uel non: & utrum contingant negotium, de quo agitur: ut extr. de proba. cũ cauſam, quæ. quod dic ſecundum papam, ut in præ. c.

4 per tuas. & ſ. §. qualiter aũt. in prin. † Non enim debet quis ad ꝓbandũ admitti, quod probatum non releuet cauſam ſuam. C. de proba. ad probationem. j. ext. de off. de le. cum contingat. in fi. cũ ſuis concor. Quandoque tamen cauſa litis abbreuiandæ, cum articuli ſint obſcuri, uel longam recipiunt diſputationem, iudices eos admittunt, ſaluo iure impertinentium: ſicut & poſitiones, ut

b dominus meus in præ ca. per tuas. Bononiæ b tamen non fit parti, ſed ſolum iudici, ſeu tabellioni copia articulorum quos intentionem uocant: ſed ſolum uerbo parti dicitur: ad quam quidem intentionem ſibi uerbo tenus dictam formant interrogatoria hi, contra

a Articulorum. ¶ Et clem. de ver. ſig. ſæpe. ver. & quia, dicit articulos dari ad clariorem probationem.

b Bononiæ. ¶ In foro ſeculari, dixit Aegid. ea. l. de eccleſiaſtico dixit contrarium. Sed poſsibile eſt, ꝙ ſic ſeruabatur ſuo tempore: ſed hodie ſeruatur cõtrarium in utroque foro: quia dantur articuli in ſcriptis parti, contra quã, ut formet interrogatoria.

contra quos testes inducuntur. Et no. quod articuli & positiones utriusque partis debent simul procedere: & tamen una pars dicit articulos suos esse probatos: & ideo partis alterius articulos non esse admittendos: non audietur imo admittetur ad probandum illos: dum tamen ei non obstet testium publicatio, uel aliud huiusmodi: ut infrà, §. satis. uersi. nec etiam. & uer. quod autem. In tempore disputationis iudex uidebit, cuius partis validiores erunt probationes. C. de edic. diui Adria. tol. l. fin. circa medium. & in auth. de testi. §. si uero. colla. 7. ubi dicitur, procedat quidē testatio: hoc
5 autem in tempus disputationis referuetur. † Prius enim debet constare de facto, quàm disputetur de iure: ut j. de disputa. & allega. §. nunc uidendum. in prin. ¶ Quod si ille dicat, quod licet articuli partis alterius pertinentes sint, ipse tamen alia probabit, uel incontinenti offeret se probaturum, per quæ quasi totum determinatur negocium, propter quod probat per eum circa suam exceptionem tantum cognoscendum, & tractandum esse. Respondebitur, quod hoc locum haberet. si sic allegans confiteretur intentionem & articulos alterius partis: vt C. de excep. si quidem. ubi dicitur. Si uero de hac confitendo te exceptiones: munitum proponas: de hac tantum agi conuenit. Ad idem extra. de excep. cum uenerabilis. uersic. intelleximus. secus si negat. Si enim per talem modum excluderentur articuli partis alterius, sic approbarentur
a probationes istius circa negotium principale [a]. quod quidem fieri non debet, nisi in sententiæ prolatione: & sequeretuur etiam inconueniens, quia ante conclusionem, & ante diffinitiuam per interlocutoriam negotium principale determinaretur: cum tamē iudex nulla diuulgatione debeat promere animi sui motum circa negotii decisionem ante sententiam: ut C. ad l. Cor. de fal. ubi. Cæterum ubi articuli dicuntur esse impertinentes, & propter hoc repellendi: si iudex inuenerit sic esse, eos cassabit: ut in præd. l. ad probationem. & in præ. decre. cum contingat. ff. de interrog. act. si sine. §. si peculio. & l. filius cum patre. & tunc diffinitiua sententia se-
6 cundum iuris tramites subsequetur. † ¶ Item agens contra possessorem ecclesię, uel alterius rei, debet articulos formare, & docere de iure suo, nec potest articulos, uel positiones facere contra reum possessorem super iure illius: quia & si ille nullum ius habeat, tamen absoluetur actore non probante: ut vi. q. ult. actor. extra, de cau. pos. & proprie. cum ecclesia. & de iureiur. c. fi. Vnumquemque enim de iure suo, non de alieno experiri oportet. ff. si
b ser. uen. loci corpus § competit. ff. si usus fr. pet. l uti frui [b] ext. de
c concess. præben. post electionem. ubi obtinuit ille H. quia possidebat: & aliter non ostendit de iure suo [c]. † ¶ Sed pone, ago contra
7 re possessorio, quia me ecclesia spoliasti: do in cā articulos, qualiter illam ecclesiam possidebam, & qualiter me illa spoliasti: & ad colorandam meam possessionem do articulum quod eā possidebam ex collatione talis episcopi, & sic tango petitorium: quæritur, an sit talis articulus admittendus? Et uidetur, quod non. C. qui legi. per so. l. fi quia causa possessionis nihil habet commune cum proprietate: & diuersę sunt. ff. de excep. rei iud. & an eandē. ff. de acqui. pos. naturaliter. §. nihil commune. & l. permisceri. Itē cum non agatur de proprietate, etiam si ea nō staret, super ea nō pnunciabitur, ut dicā. Ergo nōdebet ad probādum admitti, quod probatū non prosit. ut dixi. Sæpe tam en de mandato domini Clementis papæ IIII. tales articulos admittimus ad possessorium colorandum. arg. extr. de prob. licet. non ad alium effectum: quia nō
8 ad aliud, scilicet ad proprietatem, est actum. † ¶ Et de qua re iudex cognouit, de illa, & non de alia pronūciabit. ff. de iudi. de qua re. ext. de simo. licet Heli. Maxime autem hoc locum habere potest in beneficiis, quæ non possunt possideri sine canonica institutione extr. de instit. ex frequentibus. 2. qu. j. legum extr. de eo qui mit. in poss. cum qui. li. vi. Ad hoc facit, quod no. s. §. j. uer. item q̄ depositum. & seq. imo etiam dicunt quidam, q̄ non debet in beneficiis ecclesiasticis fieri restō: nisi is, qui petit restitui, prius ostendat de sua canonica institutione, siue de titulo suo: vt 3. q. j. c. Deus. argum. §. patet. & in proxima concor. licet aduersarius ei de proprietate referens quæstionem audiendus non sit: ut ext. de restit.
d spol. in literis. ubi de hoc secundum Papā [d]. Approbatis enim articulis & examinatis dabit pars aduersa interrogatoria contra testes, de quibus j. proxim §. dicam. Porro articuli, ex quo in curia Romana probati sunt ei, cui testium receptio super his committitur secundum formam traditam, s. eod. §. qualiter. uersi. potest etiam nullam super his contradictionem, uel disputationem, admittet: ut in præ. decr. præsentium. §. postea. argu. C. de testam. omnium. 35. q. 9. Apostolicæ ext. de iudici. cum uenisset. 24. q. j. arre
9 cta. ext. de confirm. uti. c. i. & 3. † ¶ Sed pone, auditor generalis patrie domini papæ interlocutus est remissionem in aliqua causa faciendam in Hispaniam, uel alio super probatione alicuius exceptionis peremptoriæ, uel etiam negotii principalis: ut in præ. decre. præsentium. & de proba. licet. dati sunt articuli, & conuentū est de loco, & de iudicibus inter partes: post hoc is, contra quem dati sunt articuli, dicit eos obscuros & declarandos per iudices interrogationum: ut extra de fide instrumenti. cum Ioannes. prope fin. Respondetur, quod auditor non potest amplius interrogare, argum. extr. de offic. de leg. in literis. Sed coram examinatoribus testium declarabuntur: dic quod hæc coram auditore ipso fient, qui claros & examinatos debet articulos mittere: nec examinator testium super his aliquam disputationem admittet, ut prædixi: & sic obtinuit. & argum. hoc in præd. ca.
e cum Ioannes. prope fin. & ff. de testib. curent [e]. Consulo autem, quod in libello & articulis pauca necessaria ponantur: ut quis à probationis superfluæ onere releuetur: & quæ probabilia uidebuntur: quæ dic, ut infrà. de libello. concepti. §. fina. uer-
10 sicu. & in summa. † ¶ Est autem ut plurimum utile producenti testes, dare articulos, super quibus intendit eos producere. Non enim iudex, nec etiam sunt semper testes ita instructi & de facto & de iure, quod sciant de omnibus necessariis respondere. Ei autem, contra quem producuntur, non est multum utile, nisi quo ad hoc, quia eis scriptis melius sciet interrogatoria formare, & contra intentionem producentis se discretius præmunire. Horum etiam articulorum seu capitulorum præbendorum expedit fieri copiam partibus: ne postea passim andiantur, dicentes fortè quod testes super eis deponere, seu interrogari non debuerunt. Sed licet id non fiat, nihilominus ualet eorum receptio. Audietur tamen libere contradicens, & disputans super eorum impertinentia. Vt autem, quæ diximus, ex-
f emplo subiiciamus, nota, quod quandoque [f] quis uult probare, quod aliqua ecclesia est ei subiecta, uel debet sibi subesse. Quandoque mulier uult probare matrimonium: quia contraxit cum Titio, quem petit in uirum. Quandoque aliquod monasterium uult probare, quod bona Titii spectant ad ipsum eo, quod est, uel fuit monachus, & professus eius. Quandoque quis uult probare exceptionem, quam proposuit contra testes. Quandoque agit quis rei uendicatione ad rem: & sic de aliis exemplis. In quolibet ergo casuum præmissorum articulum formemus. In primo autem casu concipe libellum, ut no. infrà. de maio. & obed. uersic. episcopus autem. super quo titulo articuli sic formantur:

11 FORMA articulorum. † Intendit probare talis episcopus Biterren. seu procurator eius, contra P. quod ipse habetur ab omnibus habitatoribus eiusdem diœcesis pro episcopo. Item, quod possidet iura episcopatus, administrat, & agit, & contra-
g hit ut episcopus: sed de his duobus non est uis [g]. Item intendit probare, quod dictus P. se gerit pro rectore talis ecclesiæ. Item, quod dicta ecclesia est intra fines Biterren. diœcesis sita. Item intendit probare, quod dictus P. predecessores eius, qui pro tempore ibi fuerunt, consueuerunt eidem episcopo, & eius prædecessoribus, qui fuerunt, pro tempore, manualem obedientiam facere. Item, quod episcopus Biterren. ibi consueuit rectorem instituere & destituere. Item, quod ipse P. & alii, qui fuerunt pro tempore rectores eiusdem ecclesiæ consueuerunt accedere ad synodum Biterrensem temporibus consuetis. Item, quod ibi consueuerunt uenire

ADDITIONES.

a Principale. ¶ Et manifestaret iudex per eum esse probatum.

b Vti frui. ¶ Ad idem ff. fa. ercis. l. his consequenter: & ibi no. & ff. si ag. uecti. l. 2. ff. qui po. in pig. ha. l. si prior. §. si simpliciter & ext. de rescrip. olim. & vide. j. de emphyt. §. fi. uer. 66.

c Iure suo. ¶ Ver. ille debet intelligi, quando articuli, quos format actor de iure possessoris, non fortificant ius actoris. Eo enim casu, quo fortificant, certum est quod licite format articulos super eo. Pone exemplum, antequam collatum esset actori beneficium, quo possessor fuerat à iure, uel homine priuatus: super hoc habet necesse formare articulos per quos appareat beneficium uacasse. cum alias sibi facta collatio non tenuisset, de concess. præd. capit. 2.

d Papam. ¶ Et eo. tit. ex parte. vbi scripsi in gl. quasi dicat, vltra medium. & uide quod no. in cle. de causa pos. c. uno in ult. gl. ¶ Adde per Io. And. in rub. de rest. spol. in addi. & Lapum alleg. 25. Et an sufficiat ad restitutionem confessio aduersarii titulum confitentis, do. de Rota. consi. 401. & 405. tenent, quod sic. in odium spoliātis: & quod petens se restitui, non sit audiendus. nisi doceat de canonica institutione, uoluit Old. cons. j. Adde tu quod in causa spirituali non restituitur spoliatus, nisi probet titulum coloratum. Do. de Rota in antiq. decico. delxxix. Item adde, quod spoliatus restituetur hoc casu probando sibi possessionem traditam per clauium traditionem. Idem do. de Rot. in antiquis decis. 717.

e De testi. curent. ¶ De positionibus, uide, idem j. de positioni. §. v. uersicul. item scias.

f Quandoque. ¶ Secundum Bonagui. & Aegid. quorum fuerunt exempla consequuntur.

g Non est uis. ¶ Et Bonagui. illos non posuit. & uide quod s. dixi. tum etiam.

venire ꝑ scripturis ꝑ chrismate, ꝑ baptismo, & ꝑ capitulo celebrandis. Itē ꝙ tanto tempore uenerunt, ꝙ de eius ꝺrio memoria non existit. Itē intendit probare, ꝙ sententias excōications, suspensionis, & interdicti in dictum rectorem, & eius prædecessores, & ecclesiā ipsam latas ꝑ tempore à dicto episcopo & eius ꝑdecessoribus, ꝑ sueuerūt inuiolabiliter obseruare. Item, ꝙ iidem episcopi ibi ꝑ sueuerunt corrigere, reformare, visitare, procurationes recipere absque aliqua ꝑdictione: & sic ꝑ aliis. Item intendit probare ꝙ de premissis omnibus & singulis est publica vox &
a fama [a]. Hæc probātur ext. de maio. & obedi. his quæ. ext. de off. ordi. ꝓquerente. ext. de capellis mona. c. 2. & in multis aliis. ext. de resti. ſpo. olim inter. Et aduerte, quia quoties immutatur genus
b articulorū, toties repetunt illa uerba, Itē intēdit probare. [b] † ¶ In
12 secundo vero casu ꝓcipe libellum, vt ꝯ. de sponſ. §. ſequitur. & sic formabit articulos. Intendit probare Berta, ꝙ die talis anni, ipsa & Titius in domo, uel loco tali ꝓuenerunt: in quo tales & tales erant præsentes. Item intendit probare, ꝙ idē Titius eā desponſauit. Itē, ꝙ eam desponſauit per uerba de præsenti. Item, ꝙ eā sub arrhauit, annullū in eius digitum immittēdo. Item, ꝙ ꝯxit matrimonium cum ea. Item, ꝙ dixit in hūc modum: accipio te in meā vxorem, & ꝙ ipsa immediate respondit: & ego te recipio in meū virum. Item intendit probare, ꝙ de his est publica vox & fama. ꝑmissa ꝑbantur ext. de sponſa. ſi inter. & c. cum in tua. & c. ad id ex tra. de desponſ. impu. c. fi. ext. de re iud. tenor. ext. desponſ. duorū. c. j. & c. licet. ¶ Si vero Berta velit agere poſſeſſorio: vt ꝯ. de ſpōſa. §. & porro. formet articulos qualiter ipsa fuit in poſſeſſione, vel quaſi ipsius viri: & qualiter ipse vir eā traduxit ad domū: & eā vt vxorē tractauit in domo, lecto, & mensa, & de tpe cohabitationis: & qualiter ſe nominabant, & cōiter, habebantur vir & vxor & qualiter eā a ſe abiecit. & qualiter ꝙmodo huius poſſeſſionis eā deſtituit, ſiue ſpoliauit: & qualiter diu cohabitauerunt, vt dixi
13 † ¶ In tertio quoq; caſu ſic formabit. Intendit ꝑbare talis, ꝙ ipſe eſt abbas Villæ magnæ. Itē ꝙ habetur cōiter ab omnib. pro abbate, Itē ꝙ agit, ꝯhit, & adminiſtrat, vt abbas. Sed iſte non erunt neceſſariæ, niſi de hoc ꝯ ipſum excipereſ. Itē intēdit, ꝑbare, ꝙ T. fuit monachus eiuſdē monaſterij. Itē ꝙ illud fuit ingreſſus. Itē, ꝙ ibi ꝑfeſionē fecit in manib. prioris vel abbatis. Itē ꝙ ibi vixit vt monachus, & habitū monachalē geſtauit. Item intendit probare ꝙ in ipſo ingreſſu ſe & ſua oīa expreſſe obtulit Deo, & ipſi monaſterio. Itē intendit probare, ꝙ tempore ſui ingreſſus, talis fundus ab eo poſſidebat. Itē, ꝙ ipſe eū tunc, vt proprium poſſidebat. Itē intendit ꝑbare, ꝙ de prædictis omnibus & ſingulis eſt publica uox & fama. Præmiſſa probātur ext. de renuncia. ex tranſmiſſa. C. de ſacroſan. eccl. auth. ingreſſi. xix. q. ultima. ſi qua. ext. de ſucceſſ. ab inteſta. c. fina. de probationibus, in præſentia. ext. de regu-
14 la cum ſcimus. & cap. porrectum. † ¶ In quarto ſic formabit: de
c quo habes infra, eo. §. ſæpe. [c] Intendit probare, quod talis teſtis ꝙ
d tra ſe inductus erat tempore depoſitionis [d] excommunicatus. Item, quod erat pauper. Item, quod erat propter paupertatem ſi ſpectus. Item, quod cauſam iſtam reputabat ſuam propriam. Et ſic de aliis exceptionibus ſupra. in §. j. poſitis, cum ſuis concordā.
15 † ¶ In quinto concipe libellum, vt infra, de cauſa poſſeſſio. & proprieta. §. notandum. uer ſic aliæ ſunt. & tunc ſic formabit articulos: Intēdo probare quod talem fundum à Titio emi. Item, ꝙ tali tempore emi. Item quod pro tanto pretio. Item, ꝙ talibus & talibus præſentibus. Item, quod idem Titius mihi eum vendidit. Itē, quod eum mihi tradidit. Item intendo probare, ꝙ ipſe eſt paterfami. Item, quod eſt talis perſona, quæ potuit vendere. Itē, ꝙ dictum fundum tenui & poſſedi. Item quod eum detines. Vel potes probare tibi fuiſſe datum, uel præſcripſiſſe uel ad te ex patris ſucceſſione pertinere: & ſic de ſimilibus. Hæc probantur infra. §.
16 nunc tractandum. uer. viſo. & ſequenti. † ¶ Reus quoque, qui vult teſtes actoris reprobare, ſic formabit articulos: Intendit probare P. quod A. & B. teſtes contra eum ab H. in cauſa tali producti ſunt, & erant infames tempore ſuę depoſitionis. Item, quod erant infames ex tali cauſa. Item, quod erāt periuri. Itē, quod deierauerunt in tali cauſa, vel non compleuerunt quod iurauerunt & ſic de aliis: vt infra, ſæpe uerſicu. hac igitur. Et hoc ſufficiat ex empli, gratia poſuiſſe: nec enim eſt hic amplius immorandum.
17 † Nam cum plura ſint negotia, quam uocabula: vt ff. de præſcriptis verbis. natura & extra, in proemio. in principio: non poſſumus in ſingulis caſibus articulos formare. Et infra, per totum tractatum libellorum poſitiones inuenies formatas, quæ in modico ab articulis diſtant, vt prædixi. De quibus etiam poſitionibus tractatus ꝯ. ſubiicietur ſpecialis: & ſecundum negotiorum uarietatem ſtudioſus aduocatus articulos variabit, & minuet, & addet
18 prout negotio viderit expedire. † Hoc quoque animaduertendum eſt [e], quod articuli per uerba affirmatiua fieri debent, non per negatiua: quia negantis factum, aut cur ſum cauſarum, nulla eſt directa probatio. ext. de electio. bonæ. j. ext. de probatio. quoniam contra. de recunciat. ſuper hoc. in fin. vi. q. quæſtione ultima. actor quæ eſt C. de probatiō. quod dic vt ꝯ. de probatio. §. primo. Hoc etiam not. quod in articulis & probationibus poſſum declarare colorare, ſpecificare, & ampliare quæ in petitione continentur, ſubſtantia non mutata. arg. ext. de appell conſtitutis. prope fi. & de fide inſtr. cum Ioannes. & de re iud. abbate ſane. § fi. lib 6. & ſ.
f ver. ſed pone, cum multis ſimilibus [f]. † Itē articuli non ſunt ſubdiſiunctione formandi: niſi forte vbi agit de alieno facto, in quo probabilis eſt ignorantia: vt ff. de iuris & facti ignoran. regula. tūc enim poſſunt ſub conditione formari. argumen. ext. de in integ. reſtit. conſtitutus. Et no. ſecundum papam ext. de reſcri. ex parte. & de præſcri. auditis. Illud autem nō eſt omittendum. nam ſi dedisti articulos, ſuper quibus teſtes debent examinari: & aliquis ex illis articulis dolo ſeu incuria iudicis ſit omiſſus, quod præſumitur ex eo quod ſuper illo teſtes non depoſuerunt: publicatis attеſtationibus poſſunt te petente iterum teſtes ſuper illo requiri. Nec obſt. teſtium publicatio: nam nouus cenſetur articulus, & non vetus. argument. extra, de teſtibus. per tuas. ut infra, § ſatis vtiliter. varſicu. nec etiam. & uerſicu. quod ergo. Si autem ex certa cauſa iudex omittit interrogare, puta quia non debet: tunc etiam ſi pars ab initio ſuper capitulis ſeu articulis eos interrogare petiit, non tñ iterabiē interrogatio. Sed ſi capitula ipſa eſſent partib. preſentib. approbata, & poſtmodum aliqua eſſēt omiſſa, bñ
g iteraretur interrogatio ſuper illis, vt dixi g. De interrogationib.

ADDITIONES.

a Et fama. ¶ De hoc articulo omiſſo in examine, vide ꝙ dicam in fine.

b Probare. ¶ Et concord. ꝯ. §. proxi. uer. is quoque. De hac dictione item, diſputauit Iac. de Bel. quod vide in authen. vt cum de appel. cog. in 3. membro quæſtionis.

c §. ſæpe. ¶ Verſ. hac igitur uia.

d Depoſitionis. ¶ No. hoc verbū quod pluries repetitur in uerſ. ſ. proxi. allega. & ꝯ. verſ. 2. ꝙ facit ad quæſtionem notatam. ſ. §. 2. uer. quid ſi teſtis. Et ꝑ ſolutione mea, ad quam ibi remiſi. Item non putes, quod in hac exceptione uel intentione ſufficiat iſta generalis locutio: licet facienda ſit ſpecificatio. Et videbis infra. de except. §. uiſo. uer. ſed quoniam. & infra. de poſitio. §. v. poſt princ.

e Animaduertendum eſt. ¶ Secundum ipſum Bonagui. & Aegid.

f Similibus. ¶ Plus dico, ꝙ qui per lapſum termini articulos nouos dare nō poteſt, datos poterit declarare. Nil enim nunc dat, qui datū declarat. ff. de teſta. hęredes. §. j. & ibi cōcor. in vlt. gl. Facit ext. de dila. litere. Sic ét videmus in iudice, qui ſuā ſententiā reuocare non poteſt. C. ſen. reſcind. nō poſſe. l. 1. & de ſen. & interlo. l. poſt ſententiā, quā tamē declarare & interpretari poteſt. Et de hoc in præ. §. 1. in gl. pen. De hoc ext. de poſtul. c. i. in gl. nota ꝙ. & ſcripſi de ver. ſig. olim. ſ. uer. aperiendā. Et id uerū, durante officio, ut ſcripſi eo. tit. ex parte. tertio, in ult. gl. Plus dico, ꝙ etiam illa declaratio hic eſt implicita articulo, ꝙ una cū illo fingitur manaſſe. Bene facit ff. de hære. inſt. l. aſſe toto. vbi nominatus in codicillis cēſetur in priori teſtamento inſtitutus. & ibi quęre concordantias in vlt. gl. & in l. ſi ita ſcripſero. ff. de cōd, & dem. Bene facit in auth. de filiis ante do. inſtr. na. ante fin. vbi interpretatio reſpicit ius interpretatum. Hinc eſt, ꝙ declaratio ꝑſtitutionis, ad tempus conſtitutionis refertur: in prorogatione ſecus. Sufficiat decr. ꝑſtitutionem. de regu. j. reſp. lib. 6. Siue igitur declarans dicatur implicitū declaratus ſiue dicatur connexum & vnitum, ſiue dicatur cōſequens vel depēdens, omni caſu dicetur tēpore primi reſponſi emanaſſe. Et ad hæc tria facit 8. diſt. quo iure. in ul. gl. cum iuribus ibi allegatis. Reſumé do primū de implicito bene facit ff. ſi ex nox. cau. ag. l. ſi. de pact. iuris gentiū. §. dolo malo. in fi. de iureiur. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. & §. ſeq. Ad ſecundū de cōnexo & unito, ext. de ꝑſti trāslato. ext. de appel. c. pe. C. de diuer. reſcript. l. 1. Bene facit C. de nat. liber. auth. itē ſi quis. ff. de dam. infect. l. ſi finita. §. ex hoc edicto. Ad tertium de conſequente, uel pendente facit de ꝑſti. nam concupiſcētiam, ubi pcordātiæ in gl. arg. ff. de acq. hæ. ſi q. s h eres. 1. reſp. in fin. ibi: ſunt em appendentiæ, &c. & C. de lati. lib tol. l. vna. §. ſed & ſi quis homini. Ex his concluditur, quod prædictorum quodcūque ſumatur hic declaratum, nō dicitur habere temporis diuiſionem à primo reſp. ſed cenſebitur tunc factum. Simile de temp. ord. literas. & quæ dicta ſunt de articulis, dicta etiā circa poſitiones intelligas. ¶ Adde, quod pro hoc facit quod conſuluit Ange. conſ. cevi. incip. inter ordinamenta. quod ſi per aliquam ciuitatem ordinatum ſit imponere impræſtantias pro tribus vel quatuor annis futuris, ſecundum quod eueniet, abſque declaratione: & impoſita prima impræſtantia ante q̄ veniat ſecūda, aliquis decedens bona ſua relinquat pio loco: q̄ ſi deinde fiat declaratio dictarum impræſtantiarum, quod nihilominus bona ſunt obligata impræſtantiis: quia hæc declaratio trahitur ad tempus, in quo impoſitæ fuerunt impræſtantiæ: licet in conſulo. alle. & ipſe l. aſſe toto. & l. hæredes palam. & l. inſtitutio talis. de condi. & demon.

g Vt dixi. ¶ Diſputauit dūs meus in legib. de accuſatore. q. duos articulos formauit ꝺ accuſatū. Primū ſup crimine per eū cōmiſſo: ſm ſup famā. Teſtes depoſuerunt ſup primo tm, ſuper quo ſolo fuerunt interrogati teſtes in fine dicti ſui, dicentes ſe nil plus ſcire: poſt publicationē accuſator petit eos interrogari ſuper ſcḋo articulo de fama. opponitur, ꝙ p illa verba q. b. dixerant ſe nil plus ſcire, vñr depoſuiſſe ſup articulo famæ: q̄rebatur q. d iuris? Et tenuit illos interrogari debere. Faciūt ſupradicta alle. ff. de arbit. quale. §. ſed ſi de plurib. & l. quid tñ. in prin. ſicut ét iterato deponit. q. obſcure depoſuit. ext. e. tit. cū clamor. Ad ꝓmū reſpondet, ꝙ p illa gñalia verba nō ꝑ dici depoſuiſſe ſup eo, de quo non fuit interrogatus. Intelligūt ergo dixiſſe nō plus ſcire, ſ. de veritate criminis, ſup quo deponebant. Nō obſt. ꝙ allocuti fuerint producentē: q. a illud ꝓcedit, cū primū dictū corrigunt. ſ. §. 1. uer. itē, ꝙ teſtes. hic aūt ſupplent omiſſū. Nec obſtat timor ſubornationis, qui ꝓcedit ꝑ publicationē examinatiōis, & interrogatoria examinata: vt dixi e. ti. fraternitatis. in 7. q. hic uero ſup illo capitulo examinatio nō eſt fcā vnde nō plus timetur ſubornatio. q̄ in prima, ꝑ ductiōe, cū quo ad illud iſta uere ſit prima. Ad caſum facit ꝙ nota. j. parte 3. de noto. cri. § fama. in fi.

autem, quæ fiunt super circunstantiis non contingentib. principale negotium, si omittantur, quid iuris sit, dicam j.§. proximo, ver. item caute. Qualiter autem in causa inquisitionis formabitur inquisitorium, dicam j.§. nunc tractandum. ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Articulis in iudicio datis, petere debet is, contra quem testes super eis examinari debet, terminum ad danda interrogatoria.*
Interrogatoria quæ sint.
iuris necessitati non subijcitur, quicquid iudicis potestati permittitur.
2 *Iudicis religio debet supplere, quod à lege censetur omissum.*
3 *Dilatione ad danda interrogatoria habita, debet aduocatus illius, contra quem agitur, articulorum copiam contra se datorum habere.*
4 *Interrogatoriorum super articulis quorundam agentium in §. nunc videndum. descriptis forma.*
5 *Interrogatorium in casu quo agitur de contractu matrimonij, quomodo possit formari.*
6 *Interrogandi modus, ubi agitur de venditione, qui sit.*
7 *Quæstionum genera sunt duo.*
8 *Interrogatoria generaliter fiunt in omnibus causis circa psonas & dicta.*
9 *Danielis exemplum de interrogando de loco, in quo id, de quo agitur, factum sit.*
10 *Interrogatio facienda est de tempore, quo id, de quo agitur, actum sit.*
11 *Testes deponentes de facto successiuo, non habent necesse ad idem tẽpus se referre.*
12 *Testes probare & concordare debent de tempore, vbi tempus est de substãtia contractus.*
13 *Probare volens iurisdictionem, & per testes eam exercuisse, licet discordent in tempore, loco, & causis, &c. non nocet.*
14 *Recordari tenetur testis de loco & persona melius & expressius, quam de tempore.*
15 *Iudex omnibus modis debet inuestigare veritatem & falsitatem.*
16 *Testes diuersi sunt concordandi si fieri potest.*
17 *Testimonium de diuerso tẽpore vel loco nocet, vbi factũ est irreterabile.*
18 *Consona interrogationi quæ sint.*
19 *Interrogatoria circa personas testium, quomodo fieri debeant.*
20 *Testis interrogandus de alicuius percussione, de quibus fieri debeat interrogatio.*
21 *Dans interrogatoria, mutare debet verba, quoties mutatur genus articulorum.*
22 *Testis an possit de proprio vitio interrogari, videlicet an sit peccato irretitus, per quod testificari non possit.*
23 *Principalis interrogatus de infamia testis, quem produxit, an respondere teneatur.*
24 *Iudex debet aflutiam quorundam aduocatorum, testium dicta annihilare volentium repellere.*

¶ De interrogatorijs

6.§. Iam de interrogatoriis videndum restat. Sunt aũt interrogatoria, interrogatiões, quas pars uult fieri sup negotiis, circunstantiis, testibus contra se inductis, ext. eo. ad hæc. alias incipit. præsentiũ. §. testes lib. vi. & cap. per tuas. & de his nõ debet dari copia parti testes producẽti, propter periculũ
a subornationis, secundum Vber.[a] Vinc. & dominus meus idem
b notãt in præd cap. per tuas [b]. Potest etiam esse & alia ratio: quia ipsa dãtur ad instructionem examinatoris: qui si interrogauerit super alio quam debet, non fit in hoc partibus præiudicium. ar.
c ff. de interro l. fi. Papa dicit, quod si iudex [c] faciat parti copiã, non peccat: sed facere non tenetur. Secrete ergo dabuntur iudici: & iudex per se, uel per assessorem eas corriget, & superfluas rescecabit
d vt iam j. versic. fin & si qua illis desint, ex officio suo supplebit, [d] arg. C. vt quę desunt aduoc. par. iu sup. l. vnica. ext de postula. pla. bonæ. j. Ad officium enim eius specialiter pertinet testem interrogare, & de circunstãtiis veritatem inquirere diligenter: ut j.
1 eod. § proxi. per totum. † ¶ Datis igitur articulis, de quibus s. proxi. diximus: is, contra quem testes super eis debent examinari, petat terminum ad danda interrogatoria, & talis dilatio ei dãda est
e quia sic est de consuetudine introductum [e]: quæ est legum interpres, ext. de consuetu. cum dilectus. ff. de legib. l. si de interpretatione. 11. dist. in his rebus. licet hoc non sit expresse iure cautum. Nõ enim quicquid iudicis potestati permittitur iuris necessitati
2 subiicitur. ff. de iudi. l. non quicqd † Imo quod à lege omittitur, à iudicis religione suppletur: ut ff. de re iudic. si se non obtulit. §. si quis. & ext de exce. exceptionem. Vel dic, quod satis talis dilatio
f à iure dari conceditur, ex quo facultas dandi interrogatoria suadetur: vt in præd concor ad hoc [f] & capit. per tuas. Nec enim in mora modici temporis est periculum. ff. de iu. l. si debitori Modi
g ca tamen erit, ne pars producens grauetur in exhibendo [g] testes & huiusmodi. Quandoq; tñ articuli formãtur, & interrogatoria dantur, priusquã testes producantur: & tũc non est periculum, ꝙ malitiosa mora fiat in interrogationibus formandis. & sic in cu-
3 ria Romana seruatur. † ¶ Habita ergo dilatione huiusmodi, aduocatus eius, contra quem testes, seu articuli dantur, habeat copiã articulorum contra se datorum. s. §. prox. versi. siue igitur. & eos
h velut speculum diligenter intueatur [h]: & ex his sua formet interrogatoria: sicut & arbiter compromissum inueri debet, ne quid vltra illud faciat ff. de arb. non distinguemus. §. de off. & §. arbiter. Si enim super aliis, quæ ad causam nõ faciunt, interrogari petat, vt sæpe uidi fieri, non auditur, nec valeret: quia super hoc testes deponerent non iurati ext. de testi. c. de testibus. Imo iudex illud ex suo officio, & quicqd supernacuũ repererit, cãcellabit: ut 77. dist huius. ne frustra membranas occuparet. xix. dist. si Romanorum. & omnis superfluitas est resecanda: ut C. de sen. ex breuicu. reci. l. 2. ext. in Prooemio Decretalium. §. sane. C. de no. Cod. fac. l. i. C. de prob. ad probationem. ext. eod. causam. & omnis imper
4 tinentia: vt ex. de testi. præsentium. lib. vi. † ¶ Interrogatorium autem super articulis s. §. prox. formatis, sic scribetur & cõpicitur Forma interrogatorii: Hoc est interrogatorium cõtra testes P. Istud erit loco supracriptiõis deinde subiiciat: Domine iudex ad vestrum spectat officiũ diligenter cuncta rimari, & rerum ordinem plena inquisitione discutere. 30. qu. vlt. iudicantem. extra de fide instrumentor. cum Ioannes. prope finem. Proinde uobis supplico, ut testes partis alterius diligẽter, non personarie, exami-
netis: & ab eis prudẽter sup quolibet articulo q̃ratis de singu
i lis circunstantiis. 23. q. 8. occidit. & extra, cap. cum causam. quæ [i], videlicet de causis, loco, tempore, auditu, visu, scientia, credulitate, fama, certitudine, & aliis: vt in præ. c cum causam, quæ quæratis ẽt de fide testium & conditione: an sint nobiles. uel plebeii: infames, uel irreprehensibiles: diuites, vel egeni, & suspecti: an lucri causa deponant: an sint amici vel inimici alterius partis: an de visu, uel de auditu deponant 4. q. 3. c. si testes §. testium. & 2. q. i. in primis. uersi. sed & de personis Quæratis etiam de rei cõditionibus ext. de lib. obla. c 2. ff. de cen forma. Quæratis etiam, utrum sit de iurisdictione, uel de familia uel commensalis, uel consanguineus producentis: & vtrum doctus uel instructus fuerit testificari, & quam partem mallet obtinere, & de eius ætate: & an concordauerit cum aliis testibus sic dicere: & de omnibus circunstantiis, q̃ possunt & debent animum iudicantis mouere: & de quibus iura dicunt & concernunt à testibus esse quærendum. qui nota. C. de testibus. auth rogati. & de his & aliis iam j. dicetur. ¶ Ad speciem etiam descendatis sic. Super primo genere articulorum primi casus, si testes dicant dictum episcopum communiter haberi à subditis pro episcopo, quæratis quomodo sciunt, & qualiter sciunt, quod administret, possideat, agat & contrahat ut episcopus: & vbi, quando, & in quo eum viderunt haberi & administrare, possidere, agere, & contrahere ut episcopum. Item quibus præsentibus. & quot. arg. vt s. de actore. ver. item contra prelatum. & se. ¶ Item super secundo genere, si testes dicerent dictam ecclesiã esse intra fines diœcesis Biterrens. quæratis qualiter hoc sciunt, quæratis etiam de limitibus diœcesis, qui & ubi sint. ¶ Item super tertio genere, si dicant manualem obedientiam fuisse episcopo præstitam: quæratis qualiter hoc sciunt, & quid sit manualis obedientia: & quando, & ubi, & quibus, à quibus, & quibus præsentibus præstita fuit: & an nomine dictę ecclesiæ, uel alterius præstita fuit, & ubi, & quando, & à quibus, & per quos chrisma, uel alia petita, vel facta fuerunt: quę in eodem genere continentur, & an nomine dictę ecclesię, uel alterius. Si uero dicant se audiuisse, q̃ratis à quo, vbi, quãdo, & quibus præsentibus, & à qbus, & quotties

ADDITIONES.

a Secundum Vber. ¶ vbi sæpius s. dixi in 3. col.
b Per tuas. ¶ Vbi satis dixi super j. gl. Iac. de Ame. in fine sui operis, interrogatoria dixit edẽda per l. 1. §. edenda. ff. de eden. vbi dicit, illa omnia edenda, quæ quis apud iudicem editurus est. Sed dic, vt sequit, q̃ ad instructionem examinatoris dantur: item, edentur cum attestationibus.
c Si iudex. ¶ Innocẽt. non sic expresit de iudice: unde Host. putat eum dixisse de parte. unde vbi supra.
d Supplebit. ¶ Per rationem quæ sequitur, licet Vbert. dixerit contrarium, scilicet, quod debet minuere, non addere: quia illud esset supplere de facto. Hoc dictum Vber. non posuit Io. de Deo in cauil. de testi. ad fi. lib. v. quia si bi non placuit.
e Introductum. ¶ Verba fuerunt Vber. de Bonagui. ubi s. & idem no. e. titu. præsentium. lib. 6. in gl. interrogatoria.
f Ad hoc. ¶ Id est. præsentium. e. tit. lib. 6. & ante illã nõ habebamus textũ, ꝙ pars p̃ quã produceret, tũc daret interrogatoria. & decr. per tuas. quę sequitur, non probat hoc. quæ loquitur de articulis producentibus testes.
g Exhibendo. ¶ Id est, procurando.
h Intueatur. ¶ Verbum Bonagui.
i Causam quę. ¶ Id est de circunstantiis, ergo super articulis, ad quæ probanda producuntur, ab eis quærendum est: sed non debet interrogatorium continere nouum capitulum pro aduersario: puta cum produco testes bandum mutuum: tu petis illos interrogari. an soluerit. De hoc bes facere capitula, & ego interrogatoria super illo.

ties audiuerunt.¶Item super quarto genere, queratis de sententiis, à quo, & ex qua causa, & in quos, quãdo, & qualiter: an ĩ scriptis, uel sine, & an causa expressa, uel non, uel quibus præsentibus latæ fuerunt, & ubi, & qualiter, & quando, & à quib. fuerunt obseruatæ: & quis episcopus, quos uel quem, uel quando correxit, uel reformauerit in dicta ecclesia, & qualiter hoc sciunt. Item si dixerit esse consuetum, uel consuetudinem: queratis quid sit cõsuetudo, & qualiter inducatur, & qualiter dignoscatur, & an idẽ sit consuetudo, quod lex scripta. Item quæ est causa, uel ratio ipsius consuetudinis, & an hodie sit, vel cesset dicta consuetudo, & quot actus eam inducant, & an, & quoties fuit pronunciatum secundum eam, & ubi, & per quos.¶In quinto genere, si dixerit de hoc fore famam publicam: queratis à quo, & ubi, & quoties audiuit, & an illi erant amici, uel inimici, & an bonæ, uel malæ famæ, & quid sit fama publica, & quot homines eam inducãt, & ubi sit publica fama, & an fuit fama publica ante motam litem, vel post.

¶Quid iuris autem sit, cum testis diffinit notorium, uide ĵ. de noto. cri. §. iam de notorio. uer. si uero sint notoria alijs. †¶In secundo uero casu, cum agitur de contractu matrimonij, sic potest interrogatoriorum formari:

FORMA. Domine iudex, &c. vt supra in præcedenti forma, vsque ibi: super primo genere articulorum, &c. Iunge, si dicit quòd ad talem domum, uel locum conuenerunt, queratis qualiter hoc scit, & qua hora, & quo anno, & quo die, & in qua, & in cuius domo, uel qua parte domus, uel loci, vel in qua camera: & an domus illa haberet solarium, vel esset terranea. Queratis etiam de confinibus domus, uel loci. Queratis etiam qui fuerunt præsentes, & an fuerunt plures, quam ipse nominauerit. Si uero extra domum
a fuisse contractum matrimonium, queratis an in uia, uel in inuio.[a] Et si dixerit in via, queratis in qua, de qua parte, uel latere viæ, & de eius circunstantiis. Si dicat, quòd in platea, queratis in qua, vel qua eius parte. & de eius confinibus, & sic de aliis.¶Super secundo vero genere, si dixerit ꝙ eam desponsauit per verba de præsenti queratis quomodo scit, vtrum uisu, uel auditu. Et si dixerit ꝙ visu, queratis utrum in ipso actu desponsationis starent. uel sederent contrahentes: & quibus uestibus erant induti: queratis etiam qua manu, & in quo digito immisit annulum, & an esset aureus, uel argẽteus, uel qualis, an cum lapide, uel sine, & an ipse, uel alius immisit. Si dixerit quod audiuit: queratis vbi, & à quibus, uel quibus præsentibus, & quando: utrum ante litem motam, uel post audiuit. Queratis etiam de verbis, quibus dicunt per uerba de præsenti contractum esse: & quæ sint uerba præsentis temporis, quæ futuri: & quis eorum prius interrogauit, vir, an mulier: & an in ipso instanti interrogationem secuta fuit responsio: & an animo cõtrahendi, vel carnalem copulam extorquendi, uel ludendo uerba ipsa prolata fuerunt: & an aliquis tractatus de matrimonio contrahendo præcesserat uerba illa & an metus uel coactio intercesserit, vel sponte id fecerunt: & an semel, vel pluries contraxerint, & quo anno, & quo mense, quo die, & qua hora diei: & an nouerit tunc, uel modo agnoscit contrahentes. Quod dic, vt supra, §. proxi. versicu. item quod non nouit Et adde quod est infra in versicu. hoc etiam not. & quis erat episcopus tunc, vel Potestas, seu rector loci. Si respondit, quod decem anni sunt: queratis quomodo scit. Interrogetur etiam an alius contractus de præsenti præcesserit illa verba: & an testis sciret aliquod impedimentum tunc fore inter contrahentes: & an ipse rogatus fuit ut ueniret videre quod fiebat.¶Super tertio vere genere, queratis an inuitus, vel uolens eam traduxerit, uel cum ea p seuerauerit: & an eam tenuerit pro concubina vel uxore: an sit impedimentum cõsanguinitatis, uel affinitatis, uel aliud inter eos. & secundum hoc in aliis casibus subtilis aduocatus formabit interrogatoria, prout uiderit expedi
6 re, & negotiorum natura requirit.†¶In quinto autem casu, ubi agitur de uẽditione, interrogetur ubi, & per quem, & coram quibus, & pro quanto, & quo anno, mense, & die contracta fuit uenditio, & an coram testibus fuit facta: & an hoc sciunt per credulitatem, uel famam: uel hoc uiderunt, seu audiuerunt. ext. de fide instrumen. cum Ioannes, & de aliis quæ dicam plene infra proxi. §.
7 versiculo, qui ergo si quis.†¶In summa nota, [b] quod duo sunt
b genera quæstionum.¶Primum, quod fit ad destruendum dictum testis: pura cum quæritur de causis & circunstãtijs: ut infra de scientia & causa scientiæ, & huiusmodi: ut supra §. 1. versicu. item quod interrogatus. Secundum, quod fit ad fundandam intentionem producentis, exceptionem eius contra quem producitur. debet enim dicere pro utraque parte, nisi super certo articulo sit receptus. C. de episcop. & cler. auth sed iudex. 14 quæstio. 5 non sane. Hoc etiam nota, quod ubi dicitur de consanguinitate, testis interrogari debet de auditu, scilicet ubi, quando, à quo, uel à quibus, quibus præsentibus: & an illi, à quibus audiuit, fuissent bonæ famæ, uel infames, amici, uel inimici, & graues uel leues, ante motã
vel post, & quoties audiuit. & sic de similibus: ut ext. de tẽ
s. & c. licet ex quadam. †¶Fiunt autem generaliter in
s interrogatoria, & circa dicta, & circa personas de quo vide ĵ. ver. porro. Circa dicta fiunt, ut interrogentur super quolibet articulo, & super quolibet dicto suo, de causa dicti sui, scilicet, quomodo scit id, quod dicit. quod dic vt s §. 1. ver. itẽ quod non reddit. & ĵ §. proxi. ver. ut autem hoc. & se. Quæri etiã debet à teste, an ipse præsens fuit, nam aliter non probat, quia ne-
c scit.[c] C. e. testium. 3. q. 9. testes. & c. nihilominus. Si uero respondet ꝙ sic, quæratur an uiderit. Potest enim esse ꝙ interfuit, & tamen non vidit: vnde tunc non potest secundum quosdam testificari. quæ dic vt s. §. 1. ver. item ꝙ non perhibet.¶Item quæri debet de recordatione sua, maxime si dicit, quòd non est uerisimile ipsum
d scire, iuxta illud Euangelij: [d] Quinquaginta annos nondum ha-
e bes, & Abraham vidisti. vigesima secunda quæstione. 2. capit. fi. [e] Item quæratur an nouerit eum per quem, uel contra quem indu-
9 citur: ut s. §. 1. ver. item quod non nouit.†¶Item interrogetur de
f loco, in quo id, de quo agitur, actum sit, exemplo Danielis.[a] 3. q. 9. nihilominus. ext. eod. cum causam, quæ. & s. §. 1. uer. item quòd testes. locus tamen non est ad angulum restringendus. arg. ff. de vi
g & ui arma. l. 1 §. ubi autem contra. s. uersus in secundo. [g] An instrumentum debeat locum contractus continere, vide ĵ. in ti. de edit. instru. § instrumentum ergo. uersi. quid si locus. & uide infra, ver.
10 proxi.†¶Item de tempore: ut in præcedenti causam, quæ. eo. tit. ex tenore. 3. quæstio. 9 nihilominus. 4 q. 1. c. si testes. § in testibus. 2. & ext de fide instr. cum Ioannes. 2 q. vlti. c. per scripta. §. libellorum. ff. ad Sylla. l. prius Quod exaudio, vbi quæritur de prioritate uel posteritate actus uel contractus: vt si uolo probare prius me cum Berta, quam cum Titia contraxisse, uel ipsa e contrario. extr. de sponsa. si inter. & de eo, qui dux. in matrimonium po. per adult. veniens. Vel prius me cognouisse Titiam consanguineam Bertæ, quæ me petit in uirum quam contraxerim cum ipsa Berta extr. de præsumpt. tertio loco. extra, de reg. ueniens. de eo, qui cogno. cõ-
11 sanguin. vxo. super eo. & sic de aliis cõtractibus.†¶Licet autem testis

ADDITIONES.

a Inuio. ¶ Bonagui. cuius fuerunt hæc interrogatoria, dixit in uiridario.

b In summa nota. ¶ Vbe. de Bob cuius fuit isse ver. in tra. de testi. 2. col. & per Io. de Deo. lib. 5. eo. tit. in prin.

c Quia nescit. ¶ Io. 2. Quod scimus, loquimur: quod uidimus, testamur.

d Euangelij. ¶ Io. 8. in fi.

e C. fi. ¶ Sunt ibi verba Christi, ad quæ demum fuit illa responsio secuta, quæ in textu non est propter illos, qui deponunt, quòd uidere uel percipere non potuerunt. Ponam hic quæstionem Nicol. de Matha. prolixam, & de facto, quæ talis fuit Actor produxit instrumentum confectum, secundum scripturam nunc sunt 20. an. contra illud reus probauit per testes iam publicatos notarium mortuum iam sunt 22. ann. Actor autem format duo capitula, scilicet, quòd notarius uiuebat, iam sunt anni. 21. & ꝙ testes rei erant minores 22. annis. Reus format capitula, ꝙ notarius erat mortuus, iam sunt 23. anni, & quod testes sui erant maiores 34. annis: quærebat an dictæ probationes, uel ipsarum aliqua sint admittendæ. Dubium facit illa publicatio attestationum, de qua in quæstione. soluit distinguendum in capitulo de morte & uita: & quod si capitulum rei fuit super eo formatum, & de illo testes depositerunt post publicatas attestationes, super directe contrariis: non licebit testes producere. Sufficiat cle. eod. titu. testib. Si vero capitulum non erat de hoc, sed illa verba testium rei fuerunt ad aliud expressa: forsan in redditione causę scientiæ, poterit actor testes producere contra illes, quia nec nouit occulta, nec poterat diuinare. Ad hoc, eod. tit. ubi dixi in cap. series. Aduerte, quia licet hoc dictum fatear in se uerum, non videtur quod huic casui adaptetur secundum membrum distinctionis. Nam reus reprobare uolens instrumentum hoc casu, ut falsum, necesse habuit exprimere, quod mortuus erat tempore quo dicebatur instrumentum confectum: nec fuisset recepta ipsius probatio, dicentis simpliciter eum mortuum: quia impertiuens, & non releuabat. Procederet autem, si simpliciter dixisset instrumentum falsum sine specificatione, & fuisset ad probandum admissus, & testes pro causa scientiæ expressissent mortem notarij præcedentem. Sic puto intellexisse Nico. & plus ad propositum de ætate testium tenuit actorem ad probandum illum articulum admittendum: cum illud non sit deponere super articulis publicatis, sed est reprobare personas testium ut non idoneas, uel dicta ex personis, in quib. impossibile erat cadere scientiam rei, de qua testantur, quod impedimentum etiam per consensum partium tolli non potuit cum deficiat substantia testimonij, s. scientia, non qui dem simpliciter, sed per impossibile. Per quod apparet ipsius nullitas, sicut cum in priuato deficit iurisdictio, & in pupillo. C. de iurisd. omn. iud. priuatorum. ff. de iud. cum prætor. propter quem defectum actus iudiciarius nullus est quæ nullitas omni tempore opponitur. C. si à non comp. iudic. l. 1. & ult. sic in testimonio, cuius subiectum est scientia & præsentia. C. eod. l. testium. ¶ Adde tu, quod testes non tenentur scire subtilitates disputationis, sed rude factum: ut not. Azo in Summa eod. titu. & nor. in l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verbo. obliga. Bald. notabiliter in l. cum mulier. in 15. colum. ff. solu. matri.

f Danielis. ¶ 13. c. ¶ Adde, quando diuersitas loci repellat testem, Bal. cons. 270. 4. libr.

g In secundo. ¶ Dic, quòd secũdum qualitatem testium fit interdum strictior examinatio: ut ĵ. uer. & nota quod.

a testis interrogatus de anno, die, mense, hora, [a] vel consule initi cõ
tractus non recordetur, nihilominus tamen probat contractum:
ut in præ.§.libellorum.& ff.de arbit.si arbiter.& ff.de aqua plu.arcen.l.2.§.antepen.vbi de hoc: & in præd.cap.cum Ioannes. vbi se-
cundum illos testes, qui de his non recordabantur, fuit pronuncia
tum: licet quidam dicant ibi, ideo eis credi, quia de hoc per partiũ
confessionem constitit. Sed quod prius dixi, est verius: veruntamẽ
licet tunc probet contractum, non tamen tempus eius. Vnde si
velit probare tempus contractus, debet testis de tempore contra
ctus dicere: vt in præ. concor. & C. de contrahen. stip. optimam.
ext. de test. ex tenore. ¶ An instrumentum debeat tempus conti-
nere? dicam in prædic.§. instrumentum ergo. versicu. item quod
non est verum. ¶ Si unus dicit aliquid factum esse tali tempore,
alius expresse dicat contra, tunc eis non creditur, quia discordãt:
ut in primis concord. Licet autem dixerim valere dictum testis,
quamuis nil dixerit de tempore: hoc verum est, nisi sit tale nego-
tium, in quo scientia dici, vel horæ exigatur. ff. quod vi aut clam.
l. aut qui.§.1.& in præ.l.optimam. & vbi qui prior esset, potior es
set, ext. de iur. pat. cum autem. uel vbi posterius derogaret priori.
ff. de leg. sed & posteriores. ff. loc. in operis. ff. de pignor. si fundus.
in fin. ff. de d on. inter vir. & vxo. cum hic status. C. de pac. pacta no
uissima. ext. de cele. miss. cum Marthæ §. cæterum. & 13. quæst. vlt.
12 ¶ Et breuiter scias secundum papam, [b] quod tunc demum testes
b necesse habent probare & concordare de tempore, quando tem
pus est de subsstantia contractus: & sic intelligitur. 3. quæstio. 9. ni-
hilominus. 35. q. 6. de parentela. vt patet, si quis eum, qui in contra
ctu, uel instrumento interfuisse dicitur, velit probare illo tempo-
re alibi fuisse. C. de contrahen. & commit. stipul. optimam. ext. de
testib. series. & c. ex tenore. Et patet etiam in eo, qui debet proba-
re se tempore deiectionis possedisse. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. interdũ.
In aliis autem, in quibus tempus, vel locus non sunt de substantia,
non est necesse quod testes probent, uel in causis scientiæ concor
dent: quod dic plene, vt j. de inquisi. §. nunc tractemus. versi quod
13 si ille. ibi: item sufficit, siue eodem. &c. † Hinc est quod si quis vult
probare iurisdictionem, & per aliquos testes probare exercuisse
iurisdictionem in loco, de quo agitur: licet in causis discrepent, &
in loco, & in tẽpore, & in personis, non nocet. Verbi gratia: quæri-
tur à teste, Quomodo scis quod talis iurisdictionem exercuerit: &
respondet testis, quia vidi quod ipse suspendit Ioannem die Lu-
næ. Alius uero testis dicit, quia vidi quod cognouit de tali causa
die Mercurij, & sic de alijs. Idem est etiam, quando decimæ petun-
tur. & unus testis dicit se vidisse, quando actor collegit nomine
decimæ triticum, alter dicit hordeum, alter fabas. De hoc infra de
inquisit.§.1. uersi. quid si unus. Idem etiam est in præscriptione, &
in omnibus similibus, & etiam in cõtractibus: quia si testes, discor
dent de tempore & loco initi contractus, non ualent: quia quasi
de substantia sunt contractus, & eius concomitantia, extr. de sen.
& re iud. abbate sane. in fin. lib. 6 Sed si discordarent in causis, uel
circũstantijs: puta quod unus testis dicit, scio quod talis est in pos
sessione iurisdictionis, quia uidi, quando talis fecit talem iustitiã:
& alius dicit de alio die, & etiam de alia psona iustitiata: bene pro-
bant, quia uterque bonam causam sui testimonij reddit: vt in prę.
versiculo, quod si ille. Alij vero dicunt contra, scilicet quod ubi-
cunque aliquis tenetur aliquid probare, nisi testes de loco, tempo
re, personis, & aliis omnibus concordent, non habentur pro plu-
ribus testibus: ut in prædict. capitul. nihilominus. & omnes sunt
in suis testimonijs singulares. extra, de elect. cum dilecti.
14 † ¶ Et nota, quod expressius & melius tenetur testis recordari
de loco & persona, quam de tempore, quia illa melius tenentur
memoriæ. Tempus enim facile à memoria excidit. argumen. 7.
quæstio. 2. capitu. fina. Hæc notat Papa extra, de accusa. qualiter.
c 2. prope princip. [c] De temporis vero qualitate: puta, an esset sere-
num, vel nebulosum, dies, vel nox. vel de vestium qualitate & co-
lore, quærendum non est. 2. quæstio. 7. d. §. libellorum. ff. de
proba. si arbiter. nisi testis iudici suspectus sit: tunc vero sic. ff. de
testi. l. 3. §. ideoque. & 4. quæstio. 3. d. §. in testib. 2. Nam & tunc
potest quæri de formis hominum, & circunstantijs, & de modo
loquendi, & quæ verba dicta fuerunt: & an simul vel separa-
tim peruenerunt ad locum: & quis prius, & quis posterius
recessit: & an contrahentes starent, uel federent: quis esset
tunc Papa, vel Imperator, vel Rex, vel Comes, & similia: & sic
in sermone capiantur. & ore proprio conuincantur. 5. quæstio. 5.
capitu. qui ambul. §. sed aliud: quo casu iudex eos punier: vt dixi su
15 pra §.1. ver. item opponitur testi, quod recipit. & sequen. † Iudex
enim quibuscunque modis potest, debet laborare ad veritatem,
& etiam falsitatem inuestigandam. 30. quæstio. vltim. iudicantem.
C. de eden is apud quem. 31. quæstio. 9. grauem. 20. quæstio. 2. præ
sens. extra, de fide instrumen. cum Ioan. prope fin. Ideo autem in-
terrogantur de loco & tempore, & de circunstantijs, & huiusmo-
di: quia si inueniuntur varij, non ualet eorum dictum. quod dic,
vt supra. §. 1. versicul. item quod testes discordant. ¶ Quid si
vnus testis dicit se vidisse & interfuisse per decem annos: al-
ter dicit per 20. vel unus dicit se vidisse Bononiæ, alter muti
næ? Respondeo, non sunt contrarij, cum factum tale est,
16 quod de sui natura recipit iterationem. † ¶ Quid si unus testis
dicit actum, uel contractum fuisse de dominica hora tertia,
d uel Bitterris: alius hora nona, vel Narbonæ? [d] dic, quod te-
stes diuersi concordandi sunt, si fieri potest: vt extr. eod. cum
tu. de pœ. distin. 1. periculose. Vnde iudex tunc inspiciet, an
sit talis actus, qui recipiat reiterationem: vt matrimonium,
quod potest bis de facto contrahi: uel adulterium, quod po-
test pluries committi: uel sententia excommunicationis plu-
ries ferri, & huiusmodi: & tunc talis diuersitas non nocet: imo de-
bet interpretatio fieri: vel quod bis, uel in diuersis locis fuit
matrimonium contractum, uel adulterium commissum, vel
sententia lata: ne testes de periurij reatu notentur. vt in præ-
e alleg. concor. Caute tamen reus faciet, [e] si faciat iudicem ex of-
ficio suo interrogare actorem: an matrimonium, uel adul-
terium, de quo agitur, semel tantum, uel uno loco tantum
fuerit commissum: quod si confiteatur, restat quod nequeunt
f concordari. [f] † ¶ Si uero factum sit irreiterabile: vt quia di-
17 ctum est Titium occisum fuisse: & tunc diuersitas temporis &
g horæ, vel loci nocet: quia non potest quis diuersis tempo-
rib. interfici, siue locis: nisi eum contingeret diuino miracu-
lo resuscitari. Ideo autem dixi temporis & horæ. Nam si vnus
dicit de die dominica, neque dicit aliquid de hora: alter
vero dicit de eadem die, de hora tertia, isti bene possunt con-
cordari: quia primi dictum trahitur ad dictum secundi. Eo-
dem etiam modo in facto durabili non nocet uarietas hora-
rum: vt si unus dicat quod uidit missam hora tertia celebrari,
h alter uero dicit hora nona: quia tãtum quandoque durat missa: [h]
nec nocet etiam in solutione rerum, quæ fit ex eadem causa: ut si
uolo probare perceptionem decimę: & unus dicit quod vidit so-
lui decimam de fabis, alter dicit de hordeo. ¶ Debent ergo te-
18 stes concordare in his, quæ hoc versicu. continentur: † Res perso-
na, locus,

ADDITIONES.

a Mense, horæ. ¶ Quòd dies & hora sint exprimenda, arguit Simon Vinc. super l. iurisur. eod. titu. C. per l. ff. de liber. & posthum. Titius. §. 1. & per l. prius. ad Sylla. secundum literam quòd in anno, vt ibi not. ¶ Adde, quod si testis interrogatus de tempore, respondit non recordari: quod tamen probat, secundum Innoc. in c. qualiter & quando. extr. de accu. Bar. in l. si librarius. ff. de regul. iur. sequitur Ale. consi. 109. li. 4. Adde tu, q; vbi testes deponunt de facto successiuo, non est necesse ut referant se ad idem tempus: ut uoluit Car. in consi. 9. in 2. col. post Innoc. in ca. qualiter & quando. el 2. circa prin. de accus. & gl. in l. ob carmen. §. si testes. ff. de testib.

b Secundum papam. ¶ Qui id not. de accu. qualiter. 2. vt sequitur. & ibi scripsi in gl. hoc potest colligi. ¶ Adde Bald. consi. 74. lib. 4. Ale. consi. 172. lib. 2. & 3. & 4.

c Prope princ. ¶ Vide in gl. præd. ante fi. uer. & no tandum. quando omnes testes dicunt, quod non recordantur de tempore, contra eos præsumitur: ut scripsi de testibus, ex parte. in gl. quærendum.

d Vel Narbonæ. ¶ Incaute posuit hic auctor singulare, prout posuerat Bonagui. rub. de interroga. contra testes. Absit enim quod uno teste deponente de matrimonio contracto, uel adulterio commisso certo loco uel hora, si alius deponat ad idem de alio loco, uel hora, quod sint probata matrimonium uel adulterium: licet fateat, quod ubi propter iterationem actus, non sit contrarietas, est tamen ibi singularitas: ut in c. nihilominus. cum concor. Non obst. ca. cum tu. quia ibi plures erant concordantes in tempore vno, & alij plures in alio. ¶ Adde, quod dictum Spec. uidetur posse saluari per id, quod voluit Old. Bart. & Bal. in l. fin. C. si unus ex plurib. appell. 1. per l. qui sententiam. de pœn. scilicet quod satis est, quod testes concordent in unum rei finem, ut dicantur conformes: nec est præsumendum, q; speciale senserint. Nam similiter dicunt docto. ad probandum quem vsurarium, si unus deponat, quòd Biterris mutuauit ad usuras, alius q; Narbonæ: licet isti videantur singulares, tamen sunt concordes: quia concordant in unum rei finem, scilicet ad probandum illum vsurarium. ¶ Et q; testes non dicantur singulares, quando concludunt in eundem rei finem, voluit etiam Bal. consi. 278. lib. 1. & consi. 131. lib. 3. & consi. 402. lib. 2. ubi ponit qualiter intelligatur quod testes concludunt ad eundem rei finem. & quando dicantur singulares.

e Reus faciet. ¶ Et bonag. vbi s. dicit, pluries hoc fecisse, & obtinuisse: & ideo dicit, de iudice, quia pars sibi prouidere non potest per positionem, quod semel tantum fuerit contractum, quia tunc confiteretur per confessionem eius.

f Concordari. ¶ De fide instrum. cum Io. & uide quod ibi scripsi super versic. unica tantum uenditio.

g Fuisse. ¶ Verbum Pilei vbi s. rubr. 4. in fi.

h Durat missa. ¶ Idem in quouis actu probando per uisum, quando plures testes successiuè illud viderunt per foramẽ arctum intantum, quòd simul videre non potuerunt, quod probat Iac. de Aren. per l. cum antiquitas. C. de testam. & capitulum factum in instanti, non dicetur singulariter actum: per l. Iam. Et uno contextu dicuntur facta, quorum unum reliquum consequitur. de elec. quia propter. & c. cum post. Ad idem ff. de uerbo. oblig. continuus. & simul nati sunt gemini, quorum tamẽ alter prius natura egreditur. ff. de stat. hõ. Arethusa. & de hoc per Cy. C. eod. titu. l. testium. sub 5. quæstione.

a na, locus, gradus, hæc sint consona tempus [a]. Vnde si unus dicit de uno loco uel gradu consanguinitatis, seu affinitatis, uel tempore: alter de alio, non probat. Et est ratio, quia quilibet testis est in suo dicto singularis, unde eius testimonium non ualet. de ele. bonæ. j. & c. cum dilecti. & c. in Genes. de probat. licet causam, quæ. ff. de in litem iur. l. uideamus. ff. rerum amo. Marcellus. De re uel contractu probatur. 2. q. 8. c. præscripta. §. libellorum. 3. q. 9. indicas. ext. de app significantibus. ff. de rei uen. si in rem. De persona probatur ext. de test. series. De loco s. dixi. De gradu. xxxv. q. 6. de parentela. De tempore, s. dixi, quæ plenius prosequere prout ab omnib. sunt notata. Qualiter deponent testes inducti ad probandum interesse commune, uel singulare, uel etiam expensas. j. de fruc & interes. § uiso. uersi j. & uer. sed qualiter. & seq. ¶ Item circa dicta debent testes interrogari, an concordauerint omnes testes idem dicere? ut s. §. j item quod testes. Idem & de multis aliis
19 le quibus dixi supra, §. i. † ¶ Porrò circa personas testium debent interrogatoria fieri, ut interrogetur testis de sua ætate ut s. §. j. uer. item excipitur, quod est impubes. Item, quantum habet in bonis,
b ut s. § j. uer. item est pauper [b]. ¶ Item an prece uel pretio testificetur: & an ei fuerit aliquid datum, uel promissum, uel aliquam spē habet quod sibi detur, ut sic testificetur. ut s. §. i. uers. item opponitur testi, quod recipit. ¶ Item an speret habere lucrum, uel dānum ex causa hac, seu de uictoria alicuius partis: ut s. §. i. uer item quod est testis in re. ¶ Item an est amicus, uel inimicus alicuius partis: & an unquam mala uerba cum aliqua parte habuit. ¶ Item quam partem magis diligit, uel mallet obtinere. supra, §. primo. & uersiculo, item quod amore. ¶ Item an sit honestus. 4. quæstio. 3. capitul. si testes. §. si testes. Et breuiter testis interrogari debet de omni eo, propter quod repelli potest. Quod dic multipliciter ut s §. i. & generaliter in omnibus quæ possunt iudicis animum mouere, scilicet ad sententiandum extr. de re iudic sicut. ¶ Qui non ad unam speciem probationis tantum, sed ad multas applicat mē tem suam, & ex multis coniecturis mōtum animi sui informat. extra. de renun. in præsentia. de re iudic. causam, quæ 4. q. 3. dic. §. si testis. ff. de test. l ob carmen. § fin. & super his uide plene j. in prin. proxi § uersut autem hoc, & seq ¶ Caueat tamen iudex, ne indifferenter interroget de odio, lucro, & similibus, quæ non sunt de negotio principali, sed solum de substātialibus causæ: puta de causis, personis, loco & tempore ut præmisi. Sed nec testis est de facto alieno interrogandus ff. rer amo. Marcellus. §. i C. de acc. l. fi.
c secundum Bagaro. [c] † ¶ Si igitur testis dicit se præsentem fuisse &
20 audisse quando T. percussit P. queri debet de quo percussit, & qua parte coporis, & qua die, loco & hora, & quibus præsentibus: & huiusmodi. Si uero dicit se non affuisse, sed audiuisse ab aliis dici, non sunt prædictæ interrogationes faciendæ, sed solum quæ pertinent ad auditum: puta quando, & ubi & à quo audiuit: & sic de
21 aliis sensibus corporis. ut j. §. proxim. uersic. ut autem hæc. † ¶ Is quoque qui dat interrogatoria, quoties mutatur genus articulorum, repetat hæc uerba, & similia super primo, uel secundo, uel tertio articulo primi, uel secundi, uel tertii, uel quarti generis. Interrogetur testis super hoc: sed & in quolibet articulo siue membro ponat aliquod signum dumtaxat suum: puta item, uel iterū dicens: Domine iudex quæratis de loco. Item de confinibus, item de causa: & sic de similibus. Et hoc ideo, vt hæc clarius liqueant, ac me-
d lius inhæreant memoriæ iudicantis [d]. item caute facit aduocatus exhibens interrogatoria, si ea in scriptis redigat, & sic præsente notario iudici porrigat, & eum requirat, quod quærat à testibus, prout in interrogatoriis continetur. Nam iudices sæpe actoribus fauentes non examinant testes iuxta interrogatoria: post aperturam attestationum uideat, an secundum interrogatoria testes examinauerit: quod si non fecerit dolo, uel negligentia, petat iterum eos interrogari & examinari, etiam attestationibus publicatis, ut ext. eodem. per tuas. licet illud posset intelligi de articulis principalibus. & arg C eodem. l. i ff. de quæstio. l. reperi. 8. distinct. quæ contra. Nam & si aliqua res non fuit diuisa, dividatur, manētibus alijs in sua diuisione. ff communi diuidun. l. 4. § i de hoc s. §. proxi. in fin. Sed & si aliquod uerbum dubium protulit, potest peti ut declaret. ext. eodem. cum clamor ff. de reg. iur. in ambiguis.
22 † ¶ Sed nunquid queretur ab eo, an sit criminosus, uel aliquo
e mortali peccato irretitus, uel talis, qui nō possit testificari [e]? Vide tur quod sic, s. §. i. uersi. item excipitur, quod est fur. C. de ser. fugiti. quicunque. ff. de interrog. actio. si defensor. §. illud. & ext. de testi. testimonium. ibi: uel con fessus. & c. fin. 2. q. 7. ipsi apostoli. & ca. testes. 50. distin. ex pœnitentibus. ff. de probatio. in prob. quia sic exoneratur is, contra quem testis producitur à probatione eiminis. ext e. super eo. arg. ext de excep c. j in fi. arg. contrà, de pœ. dist. j. c quis aliquando. §. his auctoritatibus ibi: non tibi dico, &c. 2. qu. j. si peccauerit. & in auth. de testi. §. si uero tibi. quia nec debet ere, nisi super principali. C. si à non competen l. 2. & 3. nec per quo non iuratur. Bart. not ext. cum causam q. j. ep ntinentur 4. qu. 3. §. si testis. potest interrogari: & te e, & non de aliis. Sed tamen, secundum eum, de consuetudine non interrogantur: & satis honestum est. argum. ext de accu. inquisitionis §. i. Vincen. & dominus meus, & Roffr. & Papa dicunt simpliciter esse interrogandum, nec ipse crimen
f suum, uel conditionem in specie, uel genere tenetur prodere: si tamen confitetur, non sibi sed producenti præiudicat [f]. extr. de ord. cog. ca. 2. in fi ff. de iureiur. si duo. §. idem Iulianus. & de pe. hære. si quis libertatem. in casu tamē, scilicet in causa inquisitionis, s'm Vinc. testis tenet dicere crimē suū. & p fessus incurrit pœnā ordinariā. ext. de el. c. per inquisitionē. & de concess preben. c. 2. ubi de hoc secundum Papam. & secūdum Vinc. si test s extraneus est, queri potest ab eo unde uenit & unde est, & an sit liber, uel seruus, uel monachus, uel fugitiuus, xvij. quæst. 2. si quis ignotus. 42. distin. quiescamus in auth eo. §. nos igitur. & 3. q. 6. leges. De hoc uide s. §. i uer. item opponitur, quod est criminosus. & seq. arg. contra. ff. de off. præto. Barbarius. ext. de iudi. cum deputati. Quidam dicunt, quod si sit grauata opinio testis apud bonos & graues potest quæri ab eo de crimine, non in genere, sed in specie. ff com
g munia præd. in tradendis. Alii dicunt [g], quod potest quæri non in specie, sed in genere sic: Frater, es talis, quod possis testificari, uel commisisti aliquod crimen, quod infamiam irroget. Vel es diues, uel es pauper: & similia. Tamen ad hoc ultimum fortè non tenetur respondere, nisi euideas sit paupertas. C. quando & quibus quarta pars ex bo decur. l 2. [h] lib. x ¶ Sed quid si testis dicit
h crimen suum, nunquid ei credetur? De hoc s. §. j. uer. quid si testis
23 † ¶ Quid si principalis interrogetur, an testis quem producit, sit infamis? Dicunt quidam, eum non cogendum respōdere per sacramentum calumniæ. Rof. contra: nam cum in iuramento calumniæ adiiciatur, quod iurans nō onerabit aduersarium: ut probatur C. de iura. cal. auth. in hoc sacramento ergo debet respondere de sua, uel testis infamia. ¶ Quid si principalis interrogetur per sacramentum, an omnes testes uerum dixerunt: uel an unus bene dixerit tantum. Resp ondeo, dicit Rof. & alii, eum non cogendum respondere, maximè ante aperturam & scientiam at-
24 testationum. † ¶ In summa caueat iudex [i], & repellat astutiam
i quorundam aduocatorum, statuentium, dicta testium etiam uerba de ponentium annichilare, hoc modo: in fine enim sui interrogatorii ita dicunt, Item quæratur an credant ea quæ deposuerunt & si dixerint se credere, sicut uulgares communiter respondent: arguunt eorum testimonium non ualere: ut s. §. j. uer. item quod deposuit de credulitate. & j. prox uer. fideles. Talis ergo interrogatio, uel alia captiosa est per iudicem cancellanda: vt s. in princ.
k huius §. [k]

ADDITIONES.

a Consona tempus. ¶ Hunc uer. posuit Innoc. eod. tit. ca. 2. Tancr. sub rubrica de exami. testi.

b Pauper. ¶ Ang. huic tentat respondere. uide infrà uersi. sed nunquid. in fin. ubi de hoc dixi.

c Secundum Baga. ¶ In fine operis sui.

d Iudicantis. ¶ Idem s. §. proxim. uersic. in primo. leg. fin. Bonag. alleg. de fil. presby. cap. pen. & ult. facit de procur. cap. 2. lib. vj. de priuil. si Papa. eod. lib. cum simi.

e Testificari. ¶ An ad tales positiones factas parti de se respondere teneatur, uide infrà. de positionibus. §. 7. uersic. xix. ¶ Adde uersicu. item caute. Alex. consi. clxxii. n. libr.

f Præiudicat. ¶ Innuit quod sibi credatur, de quo datur, remissio. infrà. uersicu. proxim.

g Alii dicunt. ¶ Vt Io. 2. q. 7. quærendum. in fi. in gl. pro eo facit 8. q. 3. Artaldus.

h Decur. l. 2. ¶ Gui. de Suxa. in l. testium. C. e. tit. tenet, quod respondere non tenetur ad ea, quæ suam turpitudinem detegunt, ut crimen, infamia. & excommunicatio. C. de transact. l. transactione. Ad alia, ut paupertas, inimicitia, & similia, respōdere tenetur. ff. eo. tit. l. 3. Vide quod scripsi e. ti. cum causam. super gl. causam enim. ad fi. cum sua remissi. §. Adde tu, quod testis interrogatus, an sit infamis, non tenetur ad hoc respondere. gl. ordin. in auth. de testi. §. sanciamus. colla. 7. Refert & sequitur Bal. in l. ad testium. §. conditionem. ff. de resta.

i Caueat iudex. ¶ Secundum Aegi. ubi s. c. 54.

k Huius §. ¶ Vt scripsi de accus. inquisitionis ad fi. super uerbo, credulitatem, fortius cancellandum interrogatorium, an sciant ex auditu, an ex credulitate: in quo fortior est captio.

SVMMARIVM.

1 *Interrogationibus & examinationi testium an possit interesse quælibet pars, pro quorum actu sit ipsa interrogatio.*

2 *Iudex per seipsum potest testimonium alicuius actus inquirere: non exclusa notario qui eorum dicta scribat.*

3 *In examinatione testium, quomodo sit procedendum.*

4 *Vultus, pallor, seu rubor, aut titubatio testis in sui examinatione, reddunt ipsum minus fidelem.*

5 *Testes, uel instrumenta de mandato alterius recipiens, debet testium conditiones seu circunstantias describere.*

6 *Modus, quo testis in interrogatione uacillat, est per iudicem seu tabellionem*

nem in scriptis exprimendus.

7 *Is, cui testium committitur examinatio, debet articulos, interrogatoria, & huiusmodi examinare.*

8 *Examinator testium, debet dictum cuiuslibet testis integre in scriptis facere redigi.*

9 *Testium plurium in causa simul productorum, simul iurantium, simul deponentium, & simul interrogatorum, an valeat testimonium, & an valeat quod sic agitur.*

10 *Examinator testium solicitus debet esse de veritate, ne animæ suæ detrimentum patiatur.*

11 *Tabellio quomodo se habere debeat in scriptis, titulis, seu articulis.*

12 *Tabellio quibus verbis uti debeat, vbi à teste de causa scientiæ, vel de circũstantijs extra principalẽ articulũ, & cætera interrogatoria, quæritur.*

13 *In testium examinatione consideranda sunt quatuor.*

14 *Testimonium de visu, quo casu requiratur.*

15 *Testis dicens, Scio, quid scio, an det sufficientem causam suæ scientiæ.*

16 *Testis interrogatus de auditu, & respondens de visu, non probat.*

17 *Mutus an aliquo casu possit ferre testimonium.*

18 *Ratio naturalis pro lege est habenda.*

19 *Testimonium de tactu, quo casu reddatur.*

20 *Os olet ex nimia ingurgitatione, ex quo ferri potest testimoniũ de odoratu. Omnia membra non eundem actum habent, nec vnius officium est alteri attribuendum.*

21 *Testium examinator attendere debet verba, & personæ qualitatem.*

22 *Fidelis debet esse testium examinator, vt fideliter inscriptis veritatem redigi faciat.*

23 *Testimonium illius, qui iurauit super tota causa veritatem dicere, an sit sufficiens in casu, quo quis petit fundum rei vendicatione, altero contradicente.*

24 *Aduocatus testis iuris est: alij testes sunt facti testes.*

25 *Testis, dicens vidi ipsum dominum esse, vel tale, non probat.*

26 *Testis simpliciter dicens, se scire talem esse ebriosum, vel iracundum, &c. non nocet: si autem sufficienter suæ scientiæ rationem adiungat, tunc valet eius testimonium.*

27 *Verbum iuste, adunctum verbis possessiuis, dicitur aliquid viris habere.*

28 *Iuueni quibus casibus sit potius credendum, quàm seni.*

29 *Forma inquisitorij, per quod testis in causa inquisitionis examinetur, quæ esse debeat.*

30 *Testis interrogatus de statu ecclesiæ, tam de capite, quàm de membris, iurare debet se veritatem dicturum super his quæ scit, & credit, exceptis occultis criminib. quæ licet non debeat revelare, occultas tamen circunstantias manifestorum criminum tenetur manifestare.*

¶ De testium examinatione.

7.§. Nunc tractandum qualiter in testium examinatione sit procedendum. Et quidem iudex hac via procedat. Exiget enim à teste iuramentum: vt ſ. §. sequitur & hoc presente parte, contra quam producuntur, vel se contumaciter
2 absentante [a]. ext.eo.c.2.C.eo.si quando [b]. In auth.eo.§. sancimus
b & §.pen.& 3.q.9 chartæ. C.de fide instru. iudices. Demum ipsum super articulis datis secretè ac sigillatim examinabit diligenter,
c exemplo Danielis, [c] testes, qui contra Susannam inducti fuerunt examinantis. & arg.ext.de elec.quia propter.ext.eo.venerabili.C. eo.nullum.ext. de accusa. inquisitionis.§. j. de pœn. & re.omnis. j.vers.sed pone. Si enim simul dicerent seu examinarentur, vnus alium instrueret, & vnus sciret quid alter diceret, & eius dictum sequeretur: sicque non posset de facili veritas deprehendi. In au-
1 th eod.§.& quia vero multi.† Quidam tamen, vt Io.Theu.& Accur.dicunt, quod quæcunque pars vel it interesse interrogationibus, & examinationi, potest. C. eo. si quando.l. sed cum oporteat
d in fi. [d] & auth. sed & si quis.ff.eo.curẽt.& 2.q.j.in primis. versicu.
e quia igitur. Stephanus, vbi de hoc & ext.eod.ca.2. [e] quia pars, quæ nouit causæ circunstantias, melius interrogabit. ff. de adulter. si postulauerit §. quæstio. Sed ibi non loquitur de vero teste: & prædicta iura intelliguntur, quod potest & debet interesse in præstatione iuramenti: non in examinatione, quæ secretè fit, vt prædi-
f xi: & sic de facto seruatur vbique & bene [f]. Ideoque sic est tenendum. ff. de legi. si de interpretatione. extra, de consue. cum dilectus. Alioquin testis non liberè contra illum præsentem testificaretur. nec debitas negotii circunstantias rei de qua quæritur, exprimeret. Nec obst. quod dicunt interrogationes melius fieri per partes. Nam articuli & interrogatoria dantur in scriptis: vt ſ. §. proxi. versic. item cautè & §. nunc videndum. & sic iudex plene per seipsum inquirere poterit. Licet autem dixerim hoc secrete de-
2 bere fieri: † non tamen propter hoc excludo notarium, qui eorum dicta scribit: nec iudex hoc officium in quo tota vis causæ est, notario committat: sicut in curia faciunt auditores, secundum ea quæ no. j. versi. hoc autem. ibi: sed scribere, &c. sed per seipsum examinet. ff. eodem l. iii. §. item diuus. & l. mulier. vbi de hoc. C. de iudic. authen. ad hoc. & in authent. colla. v. vt defuncti seu eorum. §. illud. vbi dicitur, quod non debent iudices per consiliari-
g os testes recipere. arg. tamen contrà, extrà, de testi. co. c. j. § nisi vt dixi ſ. §. qualiter autem. versi. potest etiam iudex. Vel dic se-
h cundum Vin. [h] quod in ciuili, vel ecclesiastica causa, possunt iudices per alios recipere testes. In criminali vero non, sed tantum per se: nisi solus papa. in authen. de fi. instr. ext. de testi. cum olim. vbi committuntur in remotis partib. Papa tamen etiam in criminalibus potest per alium testes recipere. arg. xiii. q. iiii. ille gladium. sicut potest per alium pronunciare. extra, de testa. Raynutius. & §. illud obtinet. cum testes præsentes sunt: quo casu melius est hoc per iudices expediri. Vbi autem committit, consulo quod quando sibi tradet interrogatoria, iniungat ei sub pœna excommunicationis, & sub interminatione diuini iudicii, & periculo famæ suæ, quod bene & legaliter super quolibet articulo, iuxta ipsa interrogoria examinet ipsos testes. Vtrum autem possit committere, vide ſ. de iud. del § iam nunc. ver. sed nunquid.†¶ In examinatione ergo sic procedet:

¶ FORMA. Vocabit enim quemlibet testem ad se secretè & sigillatim, vt dixi, & dicet ei: Amice. falsificus testis tribus personis est obnoxius, scilicet Deo, cuius præsentiam, cum sit vbique, contemnit. Item iudici, quem mentiendo, fallit. Tertio, innocenti, quem falso testimonio lædit. Testis quoque, qui veritatem, quã nouit, occultat: & etiam is, qui mendacium dicit, reus est. Primus quia prodesse non vult: Secundus, quia nocere desiderat. Hæc leguntur ext. de cri. fal. c. j. & xi. quæ. iii. quisquis metu. Proinde cum iuraueris dicere veritatem, per illud iuramentum obsecro te, q animam tuam salues & quod scis de tali negotio, plene dicas. Inter talem enim & talem super hoc quæstio ventilatur: & tu in testem induceris. Intendit enim talis probare, &c. legat sibi plene articulum de verbo ad verbum, & exponat eum sibi diligenter: vt j. ver. fidelis. & ipse responsiones eius super singulis articulis diligenter audiat, & in scriptis per notariũ, vel per duos viros ad hoc deputatos: vt C. de testi. nullum. extra, eod. venerabili. extra, de pba quoniam contra. singula verba quemadmodum proferuntur, redigi faciat. xxii. q. v. humanæ. extra, eo. cum causam, quæ. & infra, ver. cautum quoque. & redacta testimonia iterum legat: vt se possit corrigere, & si ipse vel scriptor errauit: vt extra, de testi. eo. præterea. Quibus autem verbis testis vtatur, dic vt ſ. § j. vers. item quod non prohibet. & seq. Et sic super singulis articulis eum interroget de his, quæ ſ. § proxi sunt notata: hac tamen cautela ad-
i hibita [i], vt quandoque interroget de primo articulo, quandoque de vltimo, quãdoq; de mediis: nec hic scripturæ seruet ordinem, licet aliàs quãdoq; sit seruandus: vt xliiii. dist. sit rector. in fi. & extrà, de rescrip. cum dilecta. cum suis cõcor. Ioannes autem sic præpostere dixit quærendum: vt facilius apprehendat, an fuerit sub-
k ornatus testis, vel non [k]. vt ſ. §. j. ver. item quod testes idem. Et an dicat vera vel verisimilia. vel negotio de quo agitur, apta. vt 4. quæstio. iii. c. si eum. §. si testes. Diligenter ergo testem interroget, non suadendo ei nec eum inducendo vt aliquid certum dicat: sed quod in genere veritatem quærat. ff. de quæstionibus. le. j. §. quæstionem. Nec inducat eum ad dicendum se scire quod credit, vel econtrà: vt versicul. fidelis. Considerare etiam debet, an testis vacillet in dicto suo: vt ſ. §. primo. versicul. item quod testes sunt. Et an cum trepidatione, vel constantia deponat. ff. de quæstio. de minore. Et si eum viderit pallidum & tripidantem, vel vacillantem, tormentis afficiat, & timorem sibi incutiat. C. de testi. nullum. in fi. v. q. v. illi qui. nisi sit presbyter: vt C. de episc. & cler. l. presbyteri. & auth. presbyter. quas
l habes v.q.vj. Vnde, sicut ait Marcus Tullius in topic. [l] Sæpe †
4 pallor vultus, rubor & titubatio faciunt vt minus fidei alicui habeatur.

ADDITIONES

